De solenni commemoratione benefactorum. 1667. 398
De eadem. 1668. 399
De privilegiatis personis in jus vocatis. 1668. ib.
De viris sexagenariis. 1673. ib.
De moderatoribus in sophistarum disputationibus. 1680. 400
Ut iidem moderatores in annum sequentem constituantur. 1681. ib.
De libris procuratorum conscribendis. 1682. ib.
Ut professori practicæ theologiæ locus inter cæteros professores concedatur. 1683. 401
De bibliotheca publica. 1683. ib.
Orders for the public library. 1684. ib.
De professore musices instituendo. 1684. 404
De procuratorum libris conscribendis. 1685. ib.
De sumptibus D.D. respondentis in magnis comitiis moderandis. 1695. ib.
Ut erogentur viginti minæ annuatim commissario et procancellarii assessori. 1696. 405
De juramento ab admissis in bibliothecam publicam præstando. 1696. ib.
Ne Angli transfugæ sint hic doctores. 1696. ib.
De auditoribus officinæ typographicæ. 1698. 406
Ut rescindatur gratia (feb. 19. 1695 concessa) de sumptibus D.D. respondentis in magnis comitiis. 1698. ib.
De jure suffragiorum. 1698. ib.
De moderatoribus in scholis baccalaureorum constituendis. 1698. ib.
De licentiis vinariis non alienandis. 1700. 407
De modo eligendi scholares comitis de Craven. 1701. ib.
De stipendio organistæ academici. 1704. ib.
Quod Georgius Rolfe professoris anatomici titulum consequatur. 1707. 408
Quod Joannes Waller professoris chemiæ titulo cohonestetur. 1713. ib.
De stipendio operarii organorum mus. in ecclesia b. Mariæ. 1715. ib.
De typographio novo ad usum professorum chemiæ et anatomiæ assignando. 1716. 409
Quod gratiæ in duabus congregationibus recitentur. 1716. ib.
De concione ad clerum in die cinerum. 1718. ib.

De

Digitized by Google

De concione in die crucifixionis. 1718. pag. 410
De concionibus 30 Jan. 5 Nov. 29 Maij et die regiæ inaugurationis habendis. 1718. ib.
De pretobibliothecarii munere instituendo. 1721. ib.
De disputationibus inceptorum in artibus. 1721 411
De exercitiis quæstioniſtarum et inceptorum. 1721. ib.
Resolutions of the syndics concerning the salary of the principal librarian. 1721. 412
De admittendis ad gradum in medicina. 1721. 413
De taxatoribus a collegiis præsentandis. 1722. 414
De regio vectigali ab academia et oppidis solvendo. 1723. ib.
De electione scholarium. dni. Craven. 1724. 415.
Ut Ricardus Bradley titulum professoris botanici consequatur. 1724. ib.
De cautionibus forisfacendis nisi exercitia peragantur intra proximum terminum. 1725. ib.
Quod statutum de compositione in singulis admissionibus ad gradus legatur. 1726. 416
Ut stipendium annuum 20 £. assignetur. Gul. Greaves commissario et D. procan. assessori. 1726. ib.
De mundandis plateis. 1726. 417
De disputationibus quæstioniſtarum et sophistarum in termino quadragesimali. 1731. ib.
De iis qui surripiunt defunctorum cadavera. 1732. ib.
De scholaribus in alia collegia se transferentibus. 1732. 418
De gratiis pro gradibus rejectis. 1733. ib.
De multis theologorum ordine suo non respondentium. 1734. ib.
De incorporatis ad gradum A.M. hic admittendis. 1737. ib.
Quod statuta ad scholares infra A.M. spectantia typis mandentur. 1738. 419
That additional syndics be appointed for printing a collection of statutes for the use of scholars. 1739. ib.
That syndics be appointed to review the oaths taken on admissions to degrees. 1739. 420
De jocis scurrilibus in comitiis quadragesimalibus. 1740. ib.
De munere taxatorum a procuratorio discriminando. 1743. 421
De licentiis vinariis deputatis non committendis et tenere literarum oenopolis concessarum. 1744. pag. 421
Abrogatur gratia de incorporatis mar. 9. 1737. concessa. 1746. 422.
De opponentibus in disputationibus theologicis. 1747. ib.
De juramento in admissione ad quemlibet gradum. 1747. 423
De disputationibus et declamationibus. A. B. 1748. ib.
Orders for the public library. 1748. 424
Orders and regulations concerning dress &c. 1750. 426
Quod ordinationes de bibliotheca publica (11 jun. 1748 factæ) fiant perpetuæ. 1751. 431
De negotiis ad pretum spectantibus. 1752. ib.
Contra comessationes sophistarum. 1762. 432.
Abrogatio gratiæ (Apr. 1. 1748. concessæ) de disputationibus et declamationibus A. B. 1762. ib.
De quæstioniſtarum examinatoribus. 1763. ib.
Of the right of voting upon readmission. 1763. 433.
De jure suffragii. 1766. ib.
De sophistarum thesibus moderatoribus trudendis. 1766. 434
De augendo marescballi stipendio. 1768. ib.
De testimoniis ab iis qui gradum L.L.B. ambiunt capiti senatus exhibendis. 1768. ib.
De augendo bedelli inferioris stipendio. 1769. 435
De registrarii feudis pro subscriptionibus. 1770. ib.
De jure officiariorum academiæ in mulieres de malo suspectas. 1771. ib.
De jure academiæ quoad subscriptiones articulis fidei. 1772. ib.
De forma subscribendi ab iis qui gradum A. B. ambiunt. 1772. 436.
De examinationibus publicis. 1773. ib.
De ratione studiorum juventutis academicæ. 1774. 437
De libris in bibliotheca nova ordinandis. 1776. ib.
De tutelis privatis. 1777. 438
De pecunia vice-cancellario propter expensas literarum &c. allocanda. 1778. ib.
De augendo stipendio organistæ b. Mariæ. 1778. ib.
De procuratorum libris de novo conscribendis. 1779. 439
De quæstioniſtarum examinationibus publicis. 1779. ib.
De iisdem. 1779. ib.
De iisdem. 1779. 440

Digitized by Google

De iisdem. 1779. pag. 440.
De procuratorum libris conscribendis. 1779. 441
De forma subscribenda ab iis qui gradus baccalaureatus in jure civili medicina aut musica vel doctoratus in musica ambiunt. 1779. ib.
De fœneratoribus. 1779. ib.
De procuratorum libris conscribendis. 1779. 442
Quod septuagenarii non teneantur ullum magistratum academicum gerere. 1780. ib.
De Norrisii numismate honorario cudendo. 1781. ib.
De literis certificatoriis ad gradum per regium mandatum obtinendum transmittendis. 1781. 443
De iis qui intra biennium gradum A.B. suscepturi auxilio privati tutoris utuntur. 1781. ib.
Quod liber cui titulus est "Excerpta e statutis" *in censu agendo scholaribus tradatur.* 1781. ib.
De augendo stipendio operarii organorum pneumaticorum in templo b. Mariæ. 1782. pag. 444
Quod ii qui primum annum post magisterii gradum compleverint ad concionandum in academiæ templo teneantur. 1782. ib.
De electione scholarium dni. Gulielmi Brown. 1782. ib.
De forma commemorationis benefactorum corrigenda. 1782. 445
De annuo redditu 500£. ad usum librorum imprimendorum applicando. 1782. ib.
De officiis procuratorum et taxatorum revidendis. 1783. 446
Quod academiæ statuta typis mandentur. 1783. ib.
De australi latere novi ædificii extruendo. 1783. ib.
De iis qui ad academiam viginti quatuor annos nati accedunt. 1783. 447
Regulations respecting the proctors and taxors offices. 1784. ib.
De domo ad usum professoris botanices et professoris D. Jacksoni ædificanda. 1784. 449

Decreta præfectorum.

CONTRA baccalaureos qui officia sua in publicis academiæ problematibus non præstant. 1552. 452
Quod mulctentur sophistæ qui vices suas opponendi prætermittunt. 1552. ib.
Quod cooptati in ordinem inceptorum in artibus omnibus baccalaureis seniores habeantur. 1552. 453
That scholars and their servants being inhabitants of the town are not exempted from common days work in the high-ways. 1570. ib.
Contra aquam ingredientes natandi causa. 1571. ib.
De auctoritate procuratoris junioris in die cinerum et procuratoris senioris in magnis comitiis. 1571. 454
Concerning the limitation of the proctors power at the latter act. Kelk procan. 455
That where a penalty is specified in the statutes the proctors cannot exercise suspension. Kelk procan. ib.
Concerning the wearing of hats. Kelk procan. ib.
Concerning the allowance to the proctors for the night watch. 1572. ib.
De mulctis absentium ab ordinariis lectionibus. 1573. 456
De mulctis decanorum qui monitores non assignant. 1573. ib.
De tempore pro completione terminorum reputando. 1573. 457
About the size of bushels. 1573. ib.
Concerning the same. 1573. ib.
Against going to plays or games within five miles of Cambridge. 1574. ib.
De electione disputantium respondentium et patris in die cinerum et maximis comitiis. 1575. 458
Concerning the exercises to be kept at the first and latter act. 1576. 459
De capite senatus. 1578. ib.
An account of a decree taken from the buckle book. 1578. 460
Quod magistratus aut munus publicum neminem ab exercitiis scholarium immunem præstare potest. 1578. ib.
That none but doctors hoods be lined with silk. 1578. 461
Concerning scholars playing at foot-ball. 1580. ib.

Concerning

Concerning booksellers and bookbinders. 1583. pag. 462
De nominibus quæstionistarum procancellario exhibendis et de iis qui ex uno collegio in aliud migrant. 1584. 464
Concerning persons who may be dispensed with for degrees. 1586. 465
Concerning graces and exercises for the degree of B. D. 1586. 466
Orders concerning the proclaiming of Sturbridge fair. 1586. 467
Concerning the observation of an order in the book of advertisements the habits of questionists and bachelors and the behaviour of scholars and bachelors at sermons and scholastical exercises. 1586. ib.
Concerning the election of the examiners of the questionists. 1590. 469
Concerning recognizances of the peace. 1600. 470
That there be a sermon and speech on the fifth day of November. 1606. 471
Against disorders at public assemblies. Harsnett procan. 472
Concerning night jetters keepers of greyhounds &c. Harsnet procan. 474
Against excessive drinking and taking tobacco. Harsnett procan. 475
De non termino per triduum post mortem gremialis. 1619. 477
Concerning subscriptions to the 36th canon. 1623. 478
De comessationibus candidatorum. 1625. 481
De personis vagis et fœminis amovendis a collegiis. 1625. 482
De exercitiis B.D. præstandis ante festum Sti. Barnabæ. 1626. 484
Concerning Fees to be taken by the examiners of the questionists. 1630. ib.
That there be a sermon and speech on the 30th of January. 1662. 486
Concerning the behaviour of students and scholars of the university and concerning women allowed to be employed in colleges. 1635. 487
De ordine quo singula collegia concionatores et opponentes suppeditabunt. 1663. 488
De ordine quo singula collegia procuratores taxatores et scrutatores nominabunt. Rainbow procan. 489
Concerning the nomination of moderators and concerning persons in statu pupillari going to coffee houses. 1664. 494
Concerning the prevaricator in the majora comitia and the tripos in the minora comitia. 1667. ib.
Concerning the appointment of the library-keepers salary. 1668. pag. 495
De solutionibus ab academia et collegiis in pauperum alimoniam factis. 496
Concerning scholars resorting to houses of bad report in Barnwell. 1675. 497
Concerning scholars resorting to houses of bad report in Cambridge. 1675. ib.
Concerning cautions for the exercises of D.D. L.L.D. and M.D. the entertainment of the doctor in divinity answering in vesperiis comitiorum and the time of propounding the grace of D.D. 1678. 498
Against sophisters treats and the neglect of their exercises. 1680. 499
Concerning the gowns of bachelors and undergraduates. 1681. 500
That scholars be obliged to residence until they have taken their first degree. 1681. 501
De gratiis a præpositis collegiorum subscribendis. 1683. 503
That the ordinary lecturers be chosen out of the colleges of the proctors and scrutators. 1684. ib.
That residence for the greater part of nine terms is necessary for the degrees of bachelor of law and bachelor of physic. 1684. 504
Concerning cautions appointed for exercises. 1690. 505
Against disorders amongst the scholars of the university. 1716. 506
Concerning the advance of caution and tuition money. 1721. 507
Concerning cautions of undergraduates the discharge of quarterly bills and the responsibility of tutors for their pupils debts. 1721. 509
Against scholars resorting to public houses. 1728. 510
Against scholars carrying torches in the streets. 1751. 512
Concerning cautions for the exercises for the degree of L.L.D. 1766. ib.
That fees in the respective colleges shall be paid for mandate degrees and that no certificate be signed for persons not members of any college in this university. 1767. 513
Concerning the augmentation of the payments for tuition. 1767. ib.
Concerning fees to be paid for degrees by noblemen or those admitted tanquam nobiles. 1769. 514
Concerning fees to be paid by nobiles or tanquam nobiles taking the degree of D.D. 1769. 515

Confirmatio

Confirmatio compositionis inter universitatem et collegium Regale — — — pag. 518

Juramenta.

JURAMENTUM in matriculatione præstandum pag. 526
Juramentum in admissione ad quemlibet gradum. ib.
Juramentum incorpor. Oxon. vel. Dublin. 527
Juramentum procancellarii. 528
The oath for the supremacy of the king. ib.
Juramentum eligentium professorem sive lectorem dominæ Margaretæ. ib.
Juramentum eligentium hebraicum vel græcum prælectorem. 529
Juramentum auditorum ib.
Juramentum procuratoris deputati. ib.
Juramentum electi ad aliquod officium. 530
Juramentum executoris. ib.
Juramentum administratoris. ib.
Juramentum tutoris. 531
The oath of scholars servants and other privileged persons. ib.
Juramentum in electione procuratorum et scrutatorum. 532
Juramentum procuratorum et advocatorum in consistorio. ib.
Juramentum vicecomitis et ministrorum ejus. ib.
Tenor sacramenti vicecomitis Cantabrigiæ. pag. 533
Juramentum prædicatoris dominæ Margaretæ. 534
Dispositio magnæ congregationis. ib.
Juramentum majoris et balivorum. ib.
Juramentum aldermannorum duorum et consiliariorum quatuor. 535
Juramentum taxatorum. ib.
Juramentum septem de urbe et trium de suburbia. 536
Juramentum duorum de qualibet parochia. ib.
Juramentum mundatorum viarum. ib.
Juramentum senescalli. 537
Juramentum principalium. ib.
Juramentum clericorum qui constabilarii dicti sunt. 538
The oath for Michaelmas day. ib.
The oath of them that cleanse the ways. ib.
The oath of seven of the city and three of the suburbs. 439
The oath of the steward. ib.
The three oaths to be administered in magna congregatione. 539, 540
The oath for search of leather. 541

Formulæ.

FORMULÆ admissionum ad gradus. 544
Formulæ suspensionis et absolutionis. 546
Formulæ in fine cujusque termini usitatæ. ib.
Formulæ in baccalaureorum comitiis prioribus usitatæ. 547
Formulæ in comitiis posterioribus usitatæ. 548
Formulæ in comitiis majoribus usitatæ. ib.
Formula professionis inceptorum in theologia. 549

Tabulæ feodorum. 552

Appendix

Digitized by Google

APPENDIX STATUTORUM.

Statuta Reginaldi Pole 1557 edita.

PRÆFATIO. pag. 563
De electione vice-cancellarii. Cap. 1. 564
De electione lectorum ordinariorum. Cap. 2. 565
De gradibus exhibendis. Cap. 3. 566
De gratiis concedendis. Cap. 4. ib.
De regentia per triennium continuanda. Cap. 5. 567
De vice-cancellario et aliis officialibus ac ministris universitatis. Cap. 6. ib.
De puritate catholicæ fidei servanda. Cap. 7. 569
De missis processionibus et exequiis publicis. Cap. 8. 570
De concionibus. Cap. 9. 571
De habitibus. Cap. 10. 572
De publicis prælectoribus. Cap. 11. 574
De auditoribus publicarum lectionum. Cap. 12. 575
De publicis disputationibus. Cap. 13. 576
De usu latini sermonis. Cap. 14. 577
De communi cista. Cap. 15. ib.
De cistis privatis. Cap. 16. 579
De pace universitatis conservanda. 580

Ordinationes pro salubri regimine collegiorum observandæ.

De debito numero sociorum et scholarium in collegiis habendo. Cap. 1. 581
De numero in collegiis non diminuendo et scholaribus ab universitate non temere dimittendis. Cap. 2. ib.
De electionibus. Cap. 3. 582
De absentia præpositi. Cap. 4. 583
De officio præpositi sive magistri et aliorum officialium et ministrorum collegii debite fungendo. Cap. 5. pag. 583
De divinis officiis. Cap. 6. 584
De precibus non omittendis. Cap. 7. 586
De gestando per statuta collegiorum habitu designato. Cap. 8. ib.
Quo modo scholares per oppidum ire debent. Cap. 9. 587
De non pernoctando extra domum. Cap. 10. ib.
De non discedendo ab universitate. Cap. 11. ib.
De mulieribus ad comedendum in collegio vel aula non admittendis. Cap. 12. 588
De mulieribus in collegium non admittendis. Cap. 13. ib.
De comedendo in aula. Cap. 14. ib.
De non admittendis extraneis qui oneri sunt collegio. Cap. 15. 589
De portis debito tempore claudendis. Cap. 16. ib.
De tutela non suscipienda absque præpositi licentia. Cap. 17. 590
De lectionibus. Cap. 18. ib.
De disputationibus. Cap. 19. 591
De gradibus et ordinibus assumendis. Cap. 20. 592
De latino sermone. Cap. 21. ib.
De senioritate servanda. Cap. 22. 593
De communiis. Cap. 23. ib.
De bursariis. Cap. 24. 594
De seneschallo. Cap. 25. ib.
De registro seu libro in quo acta collegii describantur. Cap. 26. 595
De mulctis applicandis. — de magistrorum loca tenentibus. — de statutis universitatis vel collegiorum ubi his strictiora sunt observandis. — de dubiorum explicatione. — de copiis harum ordinationum in collegiis habendis. Cap. 27. 595

Digitized by Google

An interpretation *of a part of the ſtatute De cauſis forenſibus.* 1596. pag. 597

Senatuſconſulta ſive gratiæ.

De determinationibus incipientium in ſacrâ theologia. 1596. 598
De clericis mercatus et de gubernatione victualium. ib.
De graduatis in muſica ad bibliothecam publicam admittendis. 1684. pag. 599
Ut Johannes Franciſcus Vigani titulo profeſſoris chemiæ cohoneſtetur. 1702. ib.

A decree *concerning the ſervants of the proctors and taxors.* 1596. 600

CORRIGENDA.

Digitized by Google

CORRIGENDA.

Pag. 60.	lin. 19.	*pro* in in theologia, *lege* in theologia.
67.	29.	*pro* 131, *lege* 141.
101.	ult.	*pro* anti, *lege* ante.
109.	2.	*pro* quam quam, *lege* quam.
119.	22.	*pro* auferandam, *lege* auferendam.
128.	26.	*pro* adimire, *lege* adimere.
154.	14.	*pro* fuerit, *lege* fuerint.
205.	5.	*pro* fundatotis, *lege* fundatoris.
208.	3.	*pro* miniſti, *lege* miniſtri.
224.	8.	*pro* begnitate, *lege* benignitate.
238.	30.	*pro* Madalenæ, *lege* Magdalenæ.
326.		*pro pag.* 306, *lege* 326.
354.	20.	*pro* idem curſus, *lege* idem rurſus.
361.	23.	*pro* Sept. 4. 1758, *lege* Sept. 4. 1587.
384.	21.	*pro* dedem, *lege* decem.
393.	17.	*pro* importing, *lege* empowering.
413.	17.	*pro* favore, *lege* favori.
426.	2.	*pro* an, *lege* on.
496.	ult.	*pro* 125, *lege* 123.
506.	9.	*pro* hath been, *lege* have been.
528.	10.	*pro* eccleſiarium, *lege* eccleſiarum.
553.	1.	*pro* TABULA, *lege* TABULÆ.
554.	1.	*pro* TABULA, *lege* TABULÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTA ANTIQUA

IN ORDINEM REDACTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTA ANTIQUA

IN ORDINEM REDACTA.

1. *De modo ſtatuendi.*

AUCTORITATE totius univerſitatis Cantabrigiæ tam regentium quam non-regentium ordinatum eſt quod, in ſtatuendis rebus et negotiis utilitatem communem dictæ univerſitatis concernentibus ſolum illud pro ſtatuto habeatur quod de conſenſu majoris et ſanioris partis dictorum regentium et de conſenſu non-regentium fuerit ſtatutum per decretum ſalvo regentibus exercitio ſtatutorum non-regentibus non reſervatorum cum diſpenſatione ſuper eadem.

2. *Modificatio de alienationibus faciendis ſtatutis condendis et gratiis concedendis et quo tempore.*

ITEM ſtatutum eſt quod ſine expreſſo et ſpeciali conſenſu majoris et ſanioris partis regentium et etiam majoris et ſanioris partis non-regentium res immobiles dictæ univerſitatis jura ſeu reditus ejuſdem nullo modo alienentur nec pro perpetuo nec ad tempus nec penſiones anni alio modo cuiquam ab univerſitate concedantur nec etiam alienatio vel alienationes nec hujuſmodi penſionum conceſſiones nec ſtatutorum declarationes aliquæ ſeu diſpenſationes fiant vacationum temporibus conſuetis quovis modo. Contra hoc ſtatutum vel ejus aliquam partem ſine ſpeciali conſenſu omnium regentium et non-regentium nullatenus diſpenſetur. Huic ſtatuto adjicimus quod commiſſiones cauſarum cognitionum factæ in univerſitate exiſtente plena tempore vacationis non revocentur nec fiant commiſſiones novæ. Si vero ſecus actum fuerit, revocatio hujuſmodi ſeu nova commiſſio facta nullius ſit momenti.

Digitized by Google

3. *De redactione ſtatutorum in ſcriptum infra certum tempus.*

ITEM ſtatuimus quod omnia ſtatuta et declarationes ſtatutorum et conſuetudinum dictæ univerſitatis de cætero faciendæ infra 15 dies a tempore editionis ſeu declarationis eorundem regiſtrentur: ita quod quandocunque aliquid de novo ſtatuitur in eadem congregatione deputentur certæ perſonæ tam regentium quam non-regentium quæ ſtatuta hujuſmodi in certam formam teneantur redigere ſic videlicet quod cancellarius dictos deputatos infra octo dies a tempore editionis convocet ad actum illum implendum: quod ſi cancellarius non fecerit ex tunc procuratores vel eorum alter dictos deputatos ſub debito juramenti convocet tali tempore quod infra ſeptem dies reſiduos poterunt cum deliberatione debita hujuſmodi ſtatuta in debitam formam redigere et ipſi procuratores inſerere in regiſtro.

4. *De electione cancellarii.*

ITEM ſtatuimus quod cancellarius ſciens volens et potens tanquam major inter omnes omnibus per regentes ſi forte 12 in artibus tunc fuerint regentes alias per regentes et non-regentes præficiatur omnibus regentibus ſi 12 fuerint vel alias omnibus regentibus et non-regentibus aut parte majori in numero de quibus duo ſint pileati omnino in ipſum conſentientibus. Fiat autem ejus electio per ſcrutinium ſub hac forma. Duo rectores cum uno theologo ſeniore religioſo cum per ſolos regentes electio celebratur alias cum uno non-regente et theologo per non-regentes electo ſcrutatores deputentur qui ſpecialiter coram congregatione jurent quod actum electionis ſine fraude exequentur: et hoc juramentum ab alio ſeniore theologo una cum juramentis ſingulorum in dicta electione vota habentium exigatur. Vota etiam ſcrutatorum primo inter ſe inquirantur duobus eorum inquirentibus votum tertii quouſque quilibet eorum aliis duobus dixerit votum ſuum. Nullus etiam magiſter poſtquam votum ſuum præſtiterit valeat votum ſuum in poſterum variare niſi ob cauſam neceſſariam ſcrutinium oporteat fieri iterato. Scrutinio vero et collatione ſcrutatorum inter ſe privatim ſecundum formam ſtatuti factis alter procuratorum ipſam electionem toti congregationi pronunciet ſub his

Digitized by Google

his verbis ego procurator seu rector vice majoris et sanioris partis hujus universitatis regentium et non-regentium si forte concurrant in electione eligo N in cancellarium universitatis Cantabrigiæ et ejus electionem vobis pronuncio secundum statuta et consuetudines hujus universitatis.

5. *De juramento et obedientia cancellarii.*

CANCELLARIUS cum electus fuerit mature congregationem omnium regentium facere teneatur et coram tota congregatione primo idem cancellarius sacramentum corporale præstet quod omnia ad ejus officium spectantia diligenter et fideliter exéquetur. Quod juramentum per alterum procuratorum ab eodem cancellario exigatur quo juramento præstito idem procurator sigillum cancellariæ una cum clavi communis cistæ eidem cancellario statim tradat.

6. *De officio cancellarii quod nihil innovet.*

CANCELLARIUS nihil novi sine consensu majoris et sanioris partis regentium et sine consensu majoris et sanioris partis non-regentium statuere præsumat sed ea quæ statuta sunt intendat efficaciter custodire.

7. *De modo committendi causas.*

STATUIMUS quod nec cancellarius nec aliquis judex ordinarius alicui causam aliquam committat nisi coram cancellario vel rectoribus statuta et consuetudines observare prius juraverit in causis coram eo tractandis.

8. *Per quantum tempus poterit cancellarius abesse a municipio et de vice-cancellario.*

LICEAT quoque cancellario ad sui exonerationem alicui non suspecto statutis consuetudinibus et privilegiis hujus universitatis jurato ad certas causas vel universitatem causarum vices suas ad tempus suo jure committere nisi talis sit causa quæ de sui natura delegationem non requirit ut in atrocibus delictis quæ bannitionem vel incarcerationem requirunt. Causæ autem regentium

Digitized by Google

et non-regentium ex parte rea vel actoris et de penſione et jure inhabitationis domorum non committantur nec coram alio quovis modo tractentur. Et quia ſub colore atrocis injuriæ magiſtri regentes a ſuis curiis defraudantur ſeu privantur ſtatutum eſt quod crimina non atrocia tanquam atrocia criminaliter proponentes et in proceſſu cauſæ in probatione deficientes in xii denariis communi ciſtæ applicandis mulctentur. Nec liceat cancellario citra ceſſationem magiſtrorum ſe ab univerſitate abſentare ultra menſem. Cancellarius vero ultra xv dies abfuturus neminem habeat vicarium niſi in quem major pars regentium conſenſerit cui virtute ſtatuti juriſdictionem ſuam committere teneatur.

9. *De poteſtate cancellarii.*

CANCELLARIUS vel ejus vicarius dicto modo ſubſtitutus per ſe tantum ſi voluerit cauſas ſcholarium univerſas audiat et decidat niſi facti atrocitas vel publicæ quietis perturbatio magiſtrorum requirat convenientiam et aſſenſum.

10. *De rebellantibus cancellario.*

SI quis de univerſitate juriſdictionem cancellarii contemnens propriam vel alienam injuriam cum deliberatione vel ex intervallo vindicaverit inſultum in ipſum quem deliquiſſe dicit aut in ejus hoſpitium faciendo aut eundem verberando ſeu male tractando ſi monitus ad arbitrium cancellarii vel univerſitatis ſatisfacere noluerit cum effectu infra triduum ab univerſitate expellatur cæteris pœnis juxta privilegia conſuetudines et ſtatuta malefactoribus imponendis eiſdem malefactoribus infligendis. Quas quidem punitiones non tantum ad ipſos malefactores verum etiam ad eorum fautores ſeu defenſores ſine perſonarum acceptione volumus extendi. Contra cancellarii quoque prohibitionem colluctantes et alias ſibi inobedientes et contumaces cum ſuper hujuſmodi ſecundum modum univerſitatis fuerint convicti ſine differentia perſonarum ſimili pœna coerceantur ſi hoc meruerit protervitas contumacium. Verum ſi magiſtri regentes vel aliquis eorum contra cancellarium colluctans vel alias inobediens extiterit eorum cauſa per electas ab aliis regentibus perſonas tractetur et terminetur. In quarum electione perſonarum ut omnis timor ſubornationis abſiſtat

Digitized by Google

tat tam cancellarius quam taliter rebellans ſint abſentes. Item quod omnes qui debent incarcerari in carcere domini regis in villa incarcerentur. Item declaratum eſt quod in correctionibus rectores vel procuratores debent aſſidere cancellario vel ejus commiſſario ita quod præmuniantur de loco et tempore ſi venire voluerint: et iſta declaratio in perpetuum maneat inconcuſſa. Item in correctionibus faciendis ſi pœnitentiam álicui inflictam pro commiſſo in pœnam pecuniariam converti contingat ſtatuimus quod illa pecunia per procuratores vel eorum alterum recipiatur.

11. *De convocationibus faciendis per cancellarium.*

UNIVERSI regentes ad vocationem cancellarii omnibus interſint inceptionibus et ſolennibus reſumptionibus non niſi licenciati inde receſſuri quouſque inceptio vel hujuſmodi reſumptio totaliter ſit completa. Ad vocationem etiam cancellarii ob alias certas cauſas aliis temporibus faciendis prout eidem cancellario videbitur univerſitati expediens conveniant omnes magiſtri regentes ac etiam ſi neceſſe fuerit non-regentes de utilitate communi et publica quiete ſeu aliis negotiis univerſitatem contingentibus communiter tractaturi: in quo caſu nullus ſe abſentare præſumat quem abſentia rationabiliter non excuſat. Diebus vero quibus fit generaliter congregatio ſive regentium tantum ſive regentium et non-regentium diſputatio nulla fiat.

12. *De tempore quo durat officium cancellarii.*

ITEM ſtatutum eſt quod cancellarius qui pro tempore fuerit ultra biennium continuum cancellarii officio non fungatur: liceat tamen majori parti regentium circa finem biennii ut per annum unum continuum ſequentem duntaxat ſtare valeat in dicto officio diſponere.

13. *Quod nullus ſit cancellarius hic et officialis epiſcopi.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus cancellarius dictæ univerſitatis ſimul habeat ſeu teneat officium cancellariæ univerſitatis prædictæ cum officialitatis epiſcopi officio quovis modo. Cancellarius ſententias

Digitized by Google

ſententias magiſtrorum cum ſibi per eoſdem denunciatæ fuerint exequi teneatur.

14. *De inquiſitione facienda ſuper revelatione ſecretorum.*

ITEM ſtatutum eſt quod cancellarius univerſitatis præſidenſve ejuſdem quicunque ſtatutum de ſecretis congregationum magiſtrorum non revelandis a dictis magiſtris nuper editum ſingulis terminis per inquiſitionem ſolertem inter dictos magiſtros et in eorum plena convocatione faciendam ſub debito officii ſui exequi teneatur. Item quod cancellarius vel præſidens alius una cum alio a majori parte regentium deputato circa medietatem ſingulorum terminorum a ſingulis magiſtris regentibus ſub debito juramenti ſecrete inquirant ſi quis ſuper ſecretis revelandis probabiliter ſuſpectus habeatur intelligendo probabiliter ſuſpectum qui a duobus vel pluribus ſciatur vel credatur ſuſpectus: contra quem talem ſic ſuſpectum inventum cancellarius præſidenſve ſub ſui debito juramenti ſtatutum de ſecretis non revelandis exequi teneatur infra quindenam a tempore dictæ inquiſitionis factæ de plano nullis capitulis dandis parti ſine omni ſtrepitu et figura judiciali.

15. *De officio cancellarii reſignando.*

ITEM ſtatutum eſt quod cum cancellario officium ſuum reſignare contigerit ſigillum officii ſui ac etiam clavem communis ciſtæ quam penes ſe habuit coram tota univerſitate regentium procuratoribus vel alteri eorum tradere teneatur et tunc hujuſmodi ſigillum et clavis in præſentia ejuſdem univerſitatis ſigillis aliorum duorum regentium quos ad hoc per univerſitatem deputari contigerit conſignentur et ſic in manibus alterius procuratoris remaneant conſignata quouſque alteri cancellario ſub forma prædicta electo ac etiam jurato coram eadem univerſitate tradantur.

16. *Per quantum tempus vice-cancellarius ſuo fungatur officio.*

ITEM ſtatutum eſt quod in futurum vice-cancellarius qui pro tempore fuerit per unum annum duntaxat ſuo fungatur officio et quod completo anno vel ipſo officio interim alio modo vacante fiat

Digitized by Google

fiat fine moræ diſpendio in congregatione regentium ſuper vacatione hujuſmodi officii publica denuntiatio et cum omni celeritate accommoda in alia congregatione proximo futura vice-cancellarius eligatur.

17. *Determinatio quæ dicenda ſit cauſa probabilis.*

ILLAM cauſam decernimus probabilem quam coram univerſitate regentium propoſitam major pars ejuſdem pro cauſa juſta et ſufficienti abſentiæ proponentis duxerit approbandam. Si autem ex hujuſmodi cauſæ detectione grave damnum et præjudicium credat ſibi veriſimiliter provenire juret tactis ſacroſanctis coram univerſitate regentium quod cauſam arduam habet juſtam et ſufficientem ſe abſentandi quam univerſitati propter præjudicium et damnum ſibi imminens detegere non eſt auſus. Si vero tam urgens cauſa fuerit et feſtina quod congregationem expectare non poterit cauſam ſe abſentandi proponat coram cancellario vel vice-cancellario et procuratoribus quam ſi juſta et ſufficiens eis viſa fuerit approbent in conſcientiis eorum et juret ſic proponens quod congregationem ſine gravi damno expectare non poteſt. Si autem dictam cauſam coram eis explicare non audeat juret coram eis quod cauſam arduam habet ſufficientem. Et ſi contingat aliquem hujus modi vel cauſa infirmitatis die quo diſputare deberet in ſuo curſu abſentari tunc magiſter proximus poſt ipſum diſputare tenetur tanquam curſu proprio. Si quis autem hujus declarationis temerarius violator extiterit pronuncietur per cancellarium publice pro perjuro.

18. *De hoſpitiis per cancellarium viſitandis et erroribus reformandis.*

SCHOLARIUM noſtrorum tranquillitatem promovere omnemque diſſolutionis occaſionem reſecare cupientes ſtatuimus quod liceat cancellario ejuſve locum tenenti bis in anno vel amplius ſi rei neceſſitas id flagitaverit accitis ad ſe quibuſdam de doctoribus collegiorumque magiſtris et procuratoribus ſeu aliis quos ad hoc vocare decreverit omnium hoſpitiorum loca viſitare compertoſque errores tam ipſorum principalium quam aliorum ſcholarium corrigere et reformare ſic videlicet quod ſi principalis aliquis minus reperiatur idoneus vel in officio ſuo negligens niſi

infra

Digitized by Google

infra menſem poſt monitionem ſibi per cancellarium vel ejus vices gerentem factam ſe correxerit ab officio deponatur aliumque principalem ſociis ejuſdem hoſpitii dummodo intra octo dies id fecerint elegendi libera facultas maneat. Quod ſi facere neglexerint collegio cui illud hoſpitium pertinet ſi forte alicui collegio pertinuerit ſin autem cancellario ejuſve locum tenenti imponendi principalem plena poteſtas devolvatur: proviſo ſemper quod hujuſmodi principalis ſic ut præmittitur vel per ſocios electus vel per collegium impoſitus infra triduum cancellario vel ejus locum tenenti præſentetur cujus idoneitatem cancellarius vel ejus locum gerens approbans curam ſcholarium illius loci committat recepto prius juramento ab eodem videlicet quod omnia quæ ad officium principalis pertinent diligenter exequetur. Et ſi ad id officium electus minus idoneus reperiatur cancellarius vel ejus vicem gerens illud eidem hoſpitio denuntiet et alium principalem eligendi ſociis illius hoſpitii ſervato tamen ordine prætexato libera facultas conceditur. Quod ſi forte electus principalis vel per collegium impoſitus infra triduum cancellario vel ejus vices gerenti non præſentetur tunc electionem proviſionem ſeu impoſitionem ſic factam nullam eſſe et viribus carere ipſo facto idemque officium vacare decernimus. Si vero ſcholaris aliquis ſuo principali rebellis inveniatur aut vagabundus vel in aliquo crimine probabiliter ſuſpectus aut diffamatus apud bonos et graves vel qui lecturis aularibus et ordinariis intereſſe non curat aut collectam ſecundum antiqua ſtatuta ſolvere neglexerit niſi infra quindecim dies poſtquam per cancellarium vel alias vicecancellarium monitus fuerit ſe reformaverit a communione ſcholarium omnino expellatur. Qui vero arma in camera ſua tenuerit niſi monitus infra triduum ſub cuſtodia principalis ea depoſuerit ſimili ſententiæ ſubjacebit. Huic ſtatuto adjicimus quod nullus ſcholaris alibi in villa quam in aula vel hoſpitio ſub magiſtro vel principali moram facere præſumat ſub pœna ſuperius limitata.

19. *De aſſiſtentia doctorum vice-cancellario in correctionibus.*

ITEM ſtatuimus quod omnes doctores et collegiorum magiſtri cancellario vel ejus locum tenenti diligenter aſſiſtant in viſitationibus et correctionibus faciendis. Et ſi forte aliquis verba facere præſumat occaſione qualicunque reum defendendo quo minus juſtitia valeat exerceri niſi per cancellarium vel alias per vice-cancellarium

Digitized by Google

rium monitus desistat tanquam rebellans cancellario puniatur. Et si forte aliquis scholaris suis exigentibus demeritis per cancellarium vel vice-cancellarium carceri adjudicetur præcipimus quod nullus eum visitare præsumat nisi licentia prius a cancellario vel ejus vices gerenti petita pariter et obtenta. Quod si quis secus agere præsumpserit pœnam carceris etiam ipse subibit.

20. *Quod omnes gremiales latine loquantur in congregationibus.*

PRÆTEREA statutum est ne quis gremialis in congregationibus magistrorum aliqua verba in publico proferat nisi latina. Quod si forte fecerit per cancellarium vel ejus locum tenentem a voce danda in hujusmodi congregationibus suspendatur sicque tam diu suspensus maneat quousque quatuor denarios communi cistæ applicandos persolverit quo tandem facto beneficium absolutionis obtineat.

21. *De gratiis petendis.*

STATUTUM est et ordinatum per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Thomam Rotheram archiepiscopum Eboracensem almæ universitatis dominum cancellarium ac cœtum magistrorum regentium et non-regentium xxviii die mensis maii anno Domini millesimo cccc^mo lxxxviii^mo quod nulla gratia tempus aut formam concernens de cætero petatur nisi prius coram cancellario præsidente aut vice-cancellario et duobus doctoribus in congregatione publice legatur ac per eosdem petenda decernatur et non nisi prima aut secunda die congregationis præsentibus viginti regentibus et non-regentibus æqualiter divisis concedatur et quod ad observantiam præmissorum vice-cancellarius in sua admissione corporale præstet juramentum.

22. *Iterum de gratiis petendis.*

STATUIMUS et ordinamus quod nulla gratia petatur nisi * in præsentia cancellarii vel alicujus doctoris per eorum alterum expresso consensu deputati. Volumus etiam quod nulla gratia petatur

* In marg. lib. proc. sen. ita legitur manu recent. "in præsentia canc. vice canc. vel alicujus doctoris. Vid. Marknant, F. ult."

Digitized by Google

petatur ante ceſſationem campanæ quam tanto tempore pulſari volumus quod quilibet habens intereſſe poſſit interim venire a loco habitationis ſuæ uſque ad locum congregationis. Volumus inſuper quod cum hoc ſtatuto non diſpenſetur abſque conſenſu omnium et ſingulorum et quod nulla gratia petatur quouſque cauſa congregationis per cancellarium vel ejus vices-gerentem proponatur.

23. *Forma bannitionis ſcholarium.*

IN Dei nomine amen. Quia nos Edvardus Story univerſitatis Cantabrigienſis cancellarius per inquiſitionem per nos una cum procuratoribus dictæ univerſitatis legitime ſecundum formam vim et effectum ſtatutorum privilegiorum et conſuetudinum ejuſdem factam N, N, et N ſcholares ſubditos noſtros comperimus fuiſſe diverſis vicibus vagabundos cum armis in noctibus in univerſitate prædicta ac arma in eadem contra pacem domini noſtri regis detuliſſe ac per eandem inquiſitionem ſic ut præmittitur factam alios ſcholares noſtros ſubditos videlicet A, B, et C etiam comperimus hujuſmodi vagabundis cum armis in univerſitate prædicta per eoſdem delatis contra pacem domini noſtri regis per ſuum iniquum conſilium faviſſe atque contra honorem dictæ univerſitatis et ejus ſtatuta ac privilegia et conſuetudines deliquiſſe propter quæ ſunt ab univerſitate præfata pro perpetuo merito expellendi nos dictorum ſtatutorum privilegiorum et conſuetudinum æquitatem ſervare volentes prædictos A, B, C ac etiam D, E, F ſuis exigentibus demeritis tenore præſentium bannimus ac tanquam membra putrida a communitate univerſitatis noſtræ prædictæ in his ſcriptis penitus ſegregamus mandantes et firmiter injungentes eiſdem quatenus infra tres dies proxime ſequentes a die præſenti computandos ab univerſitate prædicta ſe divertant poſtmodum ad eandem nullatenus reverſuri.

Dat. ſub ſigillo officii noſtri quinto idus Julii.

24. *Contra ferentes arcus aut baliſtas infra municipium.*

STATUTUM eſt in plena congregatione regentium et non-regentium univerſitatis Cantabrigiæ ultimo die Maii anno Domini milleſſimo cccc^mo^ lx^mo^ nono quod nullus magiſter ſeu ſcholaris ſerviens ſcholaris ſcriptor vel ſtationarius contra tranquillitatem

Digitized by Google

tem et pacem domini regis et universitatis extra locum seu mansum suum arcum et sagittas balistam vel balistæ tela die vel nocte insurgendo invadendo insultando contra aliquem vel aliquos scholarem vel scholares infra villam Cantabrigiæ vel in suburbiis ejusdem commorantes seu infra libertates universitatis Cantabrigiensis existentes per se vel per quoscunque sibi faventes vel adhærentes portet gerat seu utatur nec quovis modo ad illud maleficium aliquem vel aliquos procuret sub pœna bannitionis perpetuæ ipso facto si super illo legitime convincatur. Licebit tamen cancellario et ejus locum tenenti licentiam dare scholaribus et eorum servientibus propter bonum pacis et privilegiorum universitatis defensionem hujusmodi arcus et balistas gerere et uti hoc statuto non obstante. Et ne hujusmodi statuti scholaris aliquis servientve scholaris prætendat ignorantiam ulterius statuendo volumus quod hoc statutum in singulis scholis annuatim integraliter perlegatur.

25. *De pacis perturbatoribus.*

QUIA novis morbis supervenientibus nova convenit antidota præparari monemur quod licet temporibus ab antiquis apud nostra statuta salubriter sit provisum quod quilibet admittendus ad aliquem gradum scholasticum in sua admissione juramentum præstet corporale quod pacem nostræ universitatis non perturbabit nec per se nec per alios pacis perturbatoribus auxilium consilium vel favorem præstabit et si aliquos tali crimine irretitos sciverit illos cancellario vel ejus locum tenenti denunciare teneatur quia tamen sæpe contingit quod dolenter referimus plures ex nostris scholaribus non graduatos spiritu perversi consilii ductos immo verius seductos pacem dictæ universitatis graviter perturbasse in præjudicium ejusdem non modicum et gravamen nos igitur cœtus unanimis regentium et non-regentium in eadem paci et tranquillitati dictæ universitatis in quantum possumus secundum Deum salubriter providere necnon periculis animarum dictorum scholarium sic delinquentium celeri remedio obviare volentes statuimus et ordinamus quod si aliquis non-graduatus ut præmittitur per se vel per alium pacem dictæ universitatis perturbaverit auxilium consilium vel favorem præstiterit in hac parte ac convictus inde fuerit vel confessus coram cancellario vel ejus locum tenente eidem liceat dictos scholares pensatis qualitatibus personarum et excessuum secundum moderamen

Digitized by Google

arbitrii ſui incarcerare quamdiu ſibi viſum fuerit expedire necnon et eoſdem pœna mulctare pecuniaria forma tamen ſubſequenti videlicet ſi beneficiatus fuerit taliter delinquens xl' ſi vero beneficiatus non fuerit xl^{d} quorum medietatem communi ciſtæ perſolvere ſeu cautionem ſufficientem ante egreſſum de carceribus exhibere omnino teneatur totiens quotiens culpabilis quis repertus fuerit in hac parte. Et ſi contingat quod abſit dictorum ſcholarium ſic delinquentium aliquem ſeu aliquos contra dictum cancellarium vel ejus locum tenentem rebellem ſeu rebelles exiſtere in præmiſſis quod tunc damno perpetuæ bannitionis ipſo facto ſupponantur cum dignum fore exiſtimamus ut quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non provocant, eoſdem feriat ſeveritas diſciplinæ. Præterea ſtatuimus et ordinamus quod ſi aliquis ſcholaris demeritis ſuis exigentibus a loco habitationis ſuæ expellatur quod in nullo loco noſtræ univerſitatis poſtea admittatur niſi ex cauſa per cancellarium et procuratores approbanda ſub pœna xl' per principalem ipſum admittentem ſolvendorum et communi ciſtæ applicandorum. Inſuper ſtatuimus et ordinamus quod præſens ſtatutum in ſingulis collegiis et hoſpitiis noſtræ univerſitatis ſemel in anno publice legatur ne quis hujus ſtatuti celeberrimi ignorantiam valeat prætendere nec pœnam ejuſdem ullo modo evitare. Collegiati tamen ad lecturam præmiſſorum minime obligentur niſi eorundem collegiorum magiſtri et collegæ id ſponte duxerint faciendum fore: neque intendimus per preſens ſtatutum ſtatutis conſtitutionibus compoſitionibus cæteriſve collegiorum privilegiis in aliquo derogare.

Dat. in domo noſtræ congregationis xx^{o} die menſis Novembris anno Domini * milleſſimo cccc^{o}lxx^{o}.

Declaramus præterea et definimus omnes et ſingulos ſervientes ſcholarium præſenti ſtatuto fore ſubdendos et eodem ligatos.

† Per judices itaque ab univerſitate ad hoc deputatos adjectum eſt ut quilibet ſi præbendam liberam capellam hoſpitale cantariam annuale ſtipendium . . . odum patrimonium aliudve hujuſmodi quodcunque ad ſummam et valorem centum ſolidorum per annum habuerit et de perturbatione pacis convictus fuerit xl' quemadmodum beneficiatus ſolvere compelletur.

26. *Reſtrictio*

* In lib. proc. jun. "milleſſimo cccc^{o}lxiv."

† Hæc verba ſunt in marg. lib. proc. ſen: in marg. lib. proc. jun. hujus ſententiæ pars poſterior, ſola reſtat.

Digitized by Google

26. *Reſtrictio officii taxatorum et privilegiorum ejuſdem.*

CUM in quodam noſtræ univerſitatis privilegio inter cætera ſic habetur quod omnis correctio omniaque amerciamenta et punitio pro ſingulis offenſis contra aſſiſam panis et cerviſiæ quomodocunque perpetratis cancellario hujus univerſitatis ſoli et in ſolidum ejuſque ſucceſſoribus pertinent in perpetuum quod privilegium taxatores ſæpius non formidabant violare et infringere in magnum præjudicium domini cancellarii qui pro tempore fuerit cujus prætextu ex unanimi conſenſu regentium et non-regentium ſtatutum eſt quod taxatores in futurum eligendi ante eorum admiſſionem jurent quod de cætero non intromittent ſe de his quæ conceſſa ſunt cancellario dictæ univerſitatis per illuſtriſſimum dominum regem Angliæ Edvardum quartum et progenitores ſuos exigendo vel recipiendo quovis modo vel titulo de piſtoribus braſiatoribus pandoxatoribus aliiſve vendentibus panem cerviſiam vel quæcunque alia victualia a partibus ad villam Cantabrigiæ vel ad aliquem alium locum infra juriſdictionem univerſitatis quocunque modo invehentibus nec aliquo modo ſe intromittent de incarcerationibus vel correctionibus faciendis aliquorum delinquentium niſi quatenus eſt eis conceſſum per ſtatutum univerſitatis: necnon jurabunt quod de omnibus per eos receptis et ſolutis ex debito ſolvendis in nundinis de Sterebrygge pro defectibus ſi ibidem aliqui inveniantur facient fidelem computum domino cancellario ejuſve aſſignato ſi dictum officium exercuerint in dictis nundinis. Quod ſi in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum dicti taxatores culpabiles inventi fuerint vel ſuper aliquo defectu præmiſſo notati aut aliquis eorum culpabilis vel defectuoſus in præmiſſis inventus fuerit vel notatus fama referente vel aliquo nunciante niſi quatenus ſe legitime purgaverit ad aſſignationem domini cancellarii vel ejus vicem gerentis ſint ipſo facto privati officiis ſuis et quilibet eorum ſic ut præmittitur convictus ſit privatus ipſo facto dicto ſuo officio et alius vel alii in eorum loca ſubrogentur ſecundum ſtatutum univerſitatis prædictæ.

Digitized by Google

27. *In admiſſione ad quodlibet officium.*

STATUIMUS præterea et ordinamus quod nulla perſona privilegiata de cætero admittatur ad aliquod officium in hac univerſitate gerendum niſi prius in ſua admiſſione ad officium hujuſmodi coram cancellario vel ejus vicem gerente et univerſitate regentium corporale præſtiterit juramentum ſe officium illud fideliter executurum et impleturum omnia ad officium hujuſmodi pertinentia effectualiter et ſine fraude. Et ſi in aliquo dictum officium ſeu ejuſdem executionem concernente forisfecerit vel culpabilis inveniatur quod cancellarii ſeu ejus vicem gerentis ſive ex eorum defectu majoris partis congregationis regentium et non-regentium correctionem ſubibit quocunque privilegio non obſtante. Quod ſi ſimpliciter jurare noluerit ad officium hujuſmodi nullatenus admittatur. Verum quia non decet a capite membra diſcedere ſtatuimus et ordinamus quod ſi aliquis procuratorum juſſus per cancellarium vel ejus vices gerentem aliquam gratiam petere ſeu negotium aliud per ſcrutinium promovere tertio requiſitus id facere recuſaverit ſi cancellario vel ejus vices gerenti et majori parti pileatorum præſentium videatur gratiam ſeu negotium hujuſmodi ad univerſitatis commodum et honorem fore merito promovendum ipſo facto ab officio ſuo perpetuo ſit privatus ita quod ſtatim in eadem congregatione loco illius privati ſecundum formam ſuperius limitatam alius eligatur. Poſtremo ad faciliorem delinquentium coercionem et pro bono pacis in noſtro municipio continuando duximus ſtatuendum quod nullus de cætero in hac univerſitate ad gradum aliquem ſcholaſticum admittatur niſi in ſua admiſſione inter cætera jurare voluerit quod erit obediens cancellario hujus univerſitatis qui pro tempore fuerit et ejus vices gerenti quamdiu moram traxerit in eadem. * Et ſi forte aliquis t . . . admittendorum privilegiatus fuerit vel exemptus quod ſimpliciter et ante omnia ſuo renunciet privilegio in quantum privilegiis et ſtatutis univerſitatis contrariatur: ſalvis tamen ſemper compoſitione et omnibus in ea contentis facta inter univerſitatem et collegium regale beatæ Mariæ et ſancti Nicholai.

28. *De*

* Verba ſequentia (imperfecta tamen) leguntur in marg. utriuſque lib. proc.

Digitized by Google

28. *De judiciis et his quæ circa judicia ſunt et primo de modo admittendi advocatos.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus pro alicujus advocato curiæ communiter ſe gerens ad poſtulandum in aliqua curia univerſitatis memoratæ admittatur de cætero niſi juramentum infra ſcriptum in congregatione regentium prius præſtiterit cancellario vel ejus locum tenente hoc recipiente ego N ad iſta ſancta Dei evangelia per me corporaliter tacta juro quod ſtatuta privilegia et conſuetudines univerſitatis Cantabrigienſis approbatas pro poſſe meo fideliter obſervabo miniſtros dictæ univerſitatis honorifice tractabo juriſdictionem ejuſdem nullo modo impediam nec impedire volentibus ſeu volenti conſilium vel auxilium præſtabo cæteris ſtatutis de advocatis mentionem facientibus in ſuo robore duraturis.

29. *De defenſoribus et procuratoribus litigantium.*

ITEM ſtatutum eſt quod citatis perſonis in villa præſentibus nec defenſores nec procuratores coram cancellario vel ejus commiſſario admittantur pro eiſdem niſi perſonæ citatæ adverſa valitudine ſeu alia legitima cauſa ſint detentæ quo minus in judicium ſui præſentiam poterint exhibere de quo in principio coram cancellario vel ejus commiſſariis fidem faciant juramento quo præſtito admittantur defenſores ſeu procuratores juxta conſuetudines et ſtatuta univerſitatis in litem proceſſuri: et poſtquam ſemel cauſam peregerint iterum tanquam defenſores ſeu procuratores non admittantur niſi ſub forma prius poſita. Si vero præſente actore reus fuerit abfuturus ejus procurator non admittatur niſi dominus ſuus prius præſtiterit juramentum quod malitioſe minime ſe abſentet. Hæc autem in omnibus cauſis arctius volumus obſervari exceptis cauſis illis in quibus delicti enormitas ſeu facti ipſius atrocitas ob quietem communem cancellarii et magiſtrorum requirit audientiam in quibus cauſis nullatenus admittatur defenſor ſeu procurator ſed contra reum ſive venerit ſive non venerit procedatur de die in diem a tempore notificati delicti vel denunciati: et cum convictus fuerit ad minus infra triduum executio fiat plenaria ſecundum quod ſtatuta de malefactoribus edita plenius continent pœnis contra delinquentes

Digitized by Google

quentes et eorum fautores in ſtatutis dictæ univerſitatis expreſſis in ſuo robore perpetuo duraturis.

30. *De advocatis et auditione cauſarum.*

ITEM ne cauſæ in univerſitate motæ ultra debitum prorogentur ſtatutum eſt quod principales perſonæ factum ipſum per ſe proponent: actor videlicet primo per ſe ſuam proponat actionem reus vero per ſe ſuam afferat defenſionem idiomate quo voluerint dum tamen intelligibili. Quod ſi actor contra tenorem præmiſſorum advocatum aliquem procuraverit pro ſe loqui aut ad loquendum excitaverit aut taliter verba facientem approbaverit cauſam ſuam hoc ipſo amittat reus vero ſimilia faciens pro convicto habeatur. Qui vero contra hoc ſtatutum pro actore ſeu pro reo vetitum præſtiterit patrocinium ſi fuerit magiſter ordinarie legens vel baccalaureus curſorie ex tunc a lectionibus ſuis per octo dies ſi ſcholaris ab ingreſſu ſcholarum per octo dies ſimiliter ſit ſuſpenſus nec pro ſcholari habeatur quouſque communam ſuam unius hebdomadæ communi ciſtæ perſolverit. Si quis vero durante ſuſpenſione prædicta auſu temerario ſcholas ingrediendo actibus ſcholaſticis ſe ingeſſerit eo ipſo per annum integrum ab univerſitate expellatur niſi uberiorem gratiam ab eadem univerſitate meruerit obtinere. Alii quidem quam magiſtri vel ſcholares ſic advocantes ſeu verba facientes pro aliqua partium prædictarum ſi a judice moniti non deſiſtant tanquam pacis perturbatores puniantur vel ſicut judicis juriſdictionem impedientes excommunicentur.

31. *De procuratoribus admittendis.*

ITEM ſtatutum eſt quod de cætero nullus advocatus procurator admittatur. Per advocatum in iſto caſu declaramus intelligendo quemlibet baccalaureum in jure canonico ſeu civili ac omnes alios qui communiter ingerunt ſe ad allegandum in cauſis pro actore ſeu reo.

32. *De modo veniendi ad lites ſeu diem amoris.*

ITEM ſtatutum eſt ne quis ad litem vel diem amoris cum oneroſa multitudine venire præſumat ſed cum magiſtro ſuo et tribus

Digitized by Google

bus tantum aut quatuor ſociis pacificis et modeſtis. Partibus vero taliter congregatis ad diem amoris certas hinc inde eligant perſonas pro conſilio habendo quæ tamen præmiſſum numerum non excedant: qui vero contra fecerit actor ipſo facto cadat a cauſa reus vero pro victo habeatur. Aliæ etiam quæcunque perſonæ quæ contra hujus ſtatuti tenorem ibidem temere ſe ingeſſerint immunitate ſcholarium ex tunc ſint privatæ niſi tales ſint perſonæ et tam excellentes quibus univerſitatis diſcretio deferre duxerit in hac parte.

33. *De judiciis et foro ſcholarium.*

CONTRA ſcholares ſi quis cauſam habeat et ſcholaris contra aliquem dummodo ſit de municipio de contractu vel quaſi ſeu de maleficio vel quaſi coram cancellario vel ejus commiſſario tractetur cauſa et terminetur infra triduum ſi commode poſſet quoquo modo niſi per legitimam cauſam a commiſſario ad cancellarium vel a cancellario ad univerſitatem gradatim deferatur vel niſi talis ſit cauſa quæ pro aliqua ſui parte præſentiam exigat. univerſitatis illis cauſis duntaxat exceptis quæ ad coronam regiam vel ad forum laicale uſque adeo pertinere dignoſcuntur quod per nullam cancellarii vel univerſitatis juriſdictionem licite valeant expediri. Cæterum domeſticam ſcholarium familiam cum ſcriptoribus eorundem et aliis eorum officiis in ſimilibus deputatis ſimili volumus in hac parte immunitatis jure cenſeri.

34. *De ordine judiciorum in cauſis ſcholarium.*

ITEM proviſum eſt ut in examinatione cauſarum juris ſolennitas nullatenus obſervetur nec ſuper actibus judicialibus quibuſcunque judices ſeu partes ſcripturam edere teneantur ſed omnia acta judicialia ſine quibus ad ſententiam perveniri non poterit ſine ſcriptura procedant.

35. *De juramento litigantium.*

IN proceſſibus cauſarum prius actor demum reus ſine perſonarum acceptione de calumnia et ſi non de veritate dicenda et falſitate ſubticenda juramentum præſtet corporale.

Digitized by Google

36. *De jurisdictione magistrorum.*

MAGISTRI regentes causas scholarium suorum ex parte rea existentium audiant et decidant universas dummodo hoc postulaverint vel conventi hoc idem in judicio allegaverint nisi alia pars in universitate ista rexerit vel de pensionibus domorum vel ubi delicti enormitas aut quies communis cancellarii vel magistrorum audientiam requirit specialem vel conventi expresse vel tacite foro magistri sui renunciaverint.

37. *De pœnis appellantium et eorum cautione.*

ITEM statutum est ut quicunque a cancellario ad universitatem vel a commissario ad cancellarium appellaverit cautionem XII denariorum communi cistæ infra octo dies applicandorum si forte frustratorie appellasse constiterit alteri procuratorum exponat qui statim inhibeat judici ne ulterius in causa procedat. Si vero super eodem articulo sive a definitiva sententia sive ab interlocutoria secundo apellaverit cautionem XVIII denariorum secundum formam priorem exponat procuratoribus vel alteri eorum statuentes quod hujusmodi cautio per appellantem exposita ante plenam probationem causarum et veritatis gravaminis seu gravaminum nunquam relaxetur.

38. *De tempore prosequendi appellationes.*

ITEM quod quilibet appellans in universitate ista suam appellationem infra triduum juridicum a tempore inhibitionis factæ numerandum effectualiter prosequatur: alioquin appellatio sua habeatur pro deserta et eo ipso commissa cautio habeatur.

39. *De pœna eorum qui dilatorie sententiam excommunicationis excipiendo proponunt.*

QUIA nonnulli causa differendi lites quæ infra triduum juxta statuta istius universitatis deberent terminari exceptiones excommunicationis majoris malitiose exponunt statuimus quod si quis coram quocunque judice de universitate ista exceptionem excom-

Digitized by Google

excommunicationis hujus contra aliquem dilatorie proposuerit si contingat eum in dictæ exceptionis probatione deficere IIII^or denarios communi ciſtæ persolvat.

40. *De modo convincendi perjuros.*

QUIA nonnulli pœnam perjurii non verentes non solum malefactores in ista universitate contra statuta celare sed etiam eos in eorum nequitia manifeste fovere nituntur idcirco statutis quæ de malefactoribus loquuntur adjicimus ut quicunque in aliquo articulo contra dicta statuta per duos vel tres testes de scientia deponentes coram judicibus ab universitate deputatis de cætero venire detectus fuerit nisi notorietas aliud ostendat XL solidos communi ciſtæ istius universitatis applicandos solvere teneatur. Si autem de dicta pecunia satisfacere detractaverit ex tunc ab omni commodo et honore universitatis quousque satisfecerit ipso jure privatus existat et sic convictus ad congregationem de cætero non admittatur nisi gratiam uberiorem ab universitate meruerit obtinere judicibus procedentibus in tali causa exclusis personis quæ ad cognitionem causæ coram congregatione non admittantur omnibus aliis pœnis contra delinquentes et eorum fautores in statutis universitatis expressis in suo robore duraturis. * Hoc decrevimus æque de non gremialibus atque gremialibus accipiendum fore atque ob id adjecimus hoc sive non gremialis fuerit: sed pœnam illam non intrandæ congregationis gremialibus ut justum fuerit solis assignavimus.

41. *De pacis perturbatoribus et aliis falsis scholaribus: primo de conventiculis et perturbatione pacis.*

ITEM statuimus ne aliquis vel aliqui conspirationem vel conspirationes confœderationem vel confœderationes conventiculam vel conventiculas judicio majoris partis universitatis regentium illicitas seu inhonestas faciant aut fieri procurent aut talibus consilium auxilium vel consensum adhibeant. Qui vero contra iverit si magister fuerit ab officio regendi et magisterii ipso facto absque spe restitutionis sit suspensus si baccalaureus incepturus ad inceptionem seu honorem magistralem nullatenus admittatur unquam in posterum in dicta universitate: si vero inferioris cujuscunque status vel qualis-

* Verba sequentia sunt in marg. lib. proc. sen.

Digitized by Google

qualiſcunque conditionis extiterit a collegio et honore et omni beneficio dictæ univerſitatis ipſo facto ſit privatus: et ſi beneficiatus fuerit contra ipſum ſuper hujuſmodi exceſſu per literas univerſitatis ſigillo communi ejuſdem roboratas epiſcopo ſuo fiat denuntiatio infra menſem ſalvis omnibus aliis pœnis quæ per privilegia univerſitatis hujuſmodi delinquentibus poterunt infligi. Item excommunicamus et excommunicatos denuntiamus omnes perturbatores pacis univerſitatis Cantabrigiæ ac etiam omnes et ſingulos privilegia libertates ſeu conſuetudines ejuſdem univerſitatis approbatas et conſuetas indebite ſeu malitioſe impugnantes enervantes impugnationi ſeu enervationi earundem ſeu alicujus earum conſentientes faventes ſeu conſulentes ſeu quovis quæſito colore impugnationem ſeu enervationem ut præmittitur machinantes ſeu procurantes clam vel palam directe vel indirecte omnium et ſingulorum in hac parte delinquentium abſolutione cancellario iſtius univerſitatis ſpecialiter reſervata. Hoc idem vero de fautoribus meretricum ſeu concubinarum vel malefactorum ſtatuimus firmiter obſervandum. Nec intendimus per hoc ſtatutum magiſtros regentes ſeu non-regentes conjunctim ſeu diviſim ſuper negotiis utilitatem communem univerſitatis prædictæ tangentibus ad invicem qualitercunque tractantes in præſens ſtatutum ſeu aliquam ejus partem ex hoc incidere debere quovis modo. Ordinamus etiam quod iſtud ſtatutum ter in anno per bedellos in ſcholis recitetur. Item per ſtatutum prædictum declaratum eſt quod in notam conſpirationis et in commiſſum iſtius ſtatuti illi intelliguntur incidere qui per preces munera ſeu promiſſiones ſeu pacta quæcunque ambitioſa cum aliquo vel aliquibus conſpiraverint ut ſcholares alicujus magiſtri regentis ab eo ſubtrahantur ſi tamen per hujuſmodi conſpirationes ab auditorio ſuorum magiſtrorum actualiter divertant. Item illi qui propter conſcientiam cancellarii et procuratorum ac majoris et ſanioris partis regentium clanculas conſpirationes cum aliquo vel aliquibus faciant ſeu pacta ambitioſa ineunt cujus prætextu gratiæ univerſitatis reddantur venales.

42. *De immunitate ſcholarium.*

INDIGNUM eſſe judicamus ut quis ſcholarem tueatur qui certum magiſtrum infra xv dies poſt ejus ingreſſum in univerſitate non habuerit aut nomen ſuum infra tempus prælibatum in matricula

Digitized by Google

matricula magiſtri ſui redigere non curaverit niſi magiſtri ſui abſentia vel juſta eorum occupatio illud impediat: immo ſi quis talis ſub nomine ſcholaris ſic latitare compertus fuerit vel detineatur vel rejiciatur juxta domini regis ſuper hoc conceſſam libertatem. Nullus inſuper magiſtrorum aliquem tanquam ſcholarem proprium defendat qui ſcholaris ejus non exiſtit et cujus nomen in matricula ſua non habeat inſertum niſi alias quod ſuus ſit ſcholaris certam de eo habuerit notitiam. Caveant tamen magiſtri regentes ne erga pauperes ſcholares ſuos difficiles ſe exhibeant ſed cum ſcholares hujuſmodi ſuum nomen petant inſeri de inopia ſua facta fide magiſter eos benigniter admittat. Proviſum eſt autem et ſtatutum ut omnes morantes in municipio noſtro qui ſpem gerunt ſcholarium ſint veri ſcholares et lectionibus magiſtrorum ſuorum interſint prout decet. Hi quoque ſcholarium gaudeant immunitate qui ſaltem per tres dies in ſeptimana ſcholas magiſtri ſui ingrediantur tres lectiones ad minus audituri dummodo per tres dies magiſter ſuus legerit niſi magiſtri ſui licentia ex cauſa rationabili eorum excuſaverit abſentiam exceptis illis qui in lectura aliqua theologiæ juris canonici ſeu civilis publice fuerint occupati exceptis etiam majoribus qui ſaltem bis in ſeptimana interſint lectionibus magiſtrorum ſuorum ſi commode poterint.

43. *De falſis ſcholaribus et aliis pacis perturbatoribus.*

NULLUS clericus de cætero moram faciat in municipio niſi ſit ſcholaris ordinarius alicujus magiſtri in ſua matricula poſitus ita quod per ſocios ſuos ſcholares de hoc conſtare poterit evidenter. Statuimus etiam ſub pœna anathematis quod ſi aliqui ſcholares aliquem ſciant ſub nomine ſcholaris ſe gerere vel in ſocietate ſua aliquem habeant qui magiſtrum non habeat aut lectionibus ordinariis magiſtri ſui ſecundum formam prædictam non interſit vel qui concubinam ſuam manifeſte tenet vel aliquo modo per ſigna manifeſta vel facti evidentiam malæ opinionis fuerit et hoc quia fur vel incontinens vel pacis perturbator fuerit magiſtro ſuo denuntient vel cancellario ut poſt denunciationem ſtatim ab univerſitate expelli poſſit. Qui vero proviſionis hujuſmodi formam conſervare contempſerit ſine ſtrepitu judicii ab univerſitate ſententialiter expellatur et majori et ballivis per cancellarium denuntietur.

Digitized by Google

tur ut talem tanquam de pacis perturbatione ſuſpectum amoveant a municipio: et ſi beneficiatus extiterit prælato ſuo ſi fieri poteſt denuntietur ut eum ad curam debitam revocare non differat.

44. *Statutum novum contra turbatores in vico ſcholarum die cinerum.*

ITEM monemus primo ſecundo et tertio ſub pœna excommunicationis majoris ne quis de cætero in vicis ſcholarum turbationem aliquam pulſu tractu ſeu quovis alio modo faciat foveat aut procuret aut eodem die ſeu aliquo alio tempore fiant conventiculæ ſeu concurſus ſcholarium alicujus facultatis per ſe vel facultatum ſimul ad diſponendum eligendum vel nominandum eis capitaneum ducem cancellarium procuratores vel bedellos ſeu quemcunque alium vel alios ductores vel officiarios quocunque nomine cenſeantur nec ad hujuſmodi conventiculas vel concurſus faciendos campanas pulſent cornua vel tubis clangent nec quovis alio quæſito colore convocent ſeu faciant congregari. Ac inſuper in hujuſmodi contravenientes ſententiam ferimus in his ſcriptis ſuper quo ſtatuit dicta univerſitas quod talis contraveniens ſtatim authoritate dictæ univerſitatis pro excommunicato per eccleſias denuntietur nec ab hujuſmodi excommunicatione abſolvatur quouſque ciſtæ univerſitatis communi ratione hujuſmodi exceſſus ſuam communam ſolverit duplicatam: adjicientes quod quiſcunque ſibi tale nomen officii ſive capitanei ducis cancellarii procuratoris vel bedelli ſeu quocunque alio nomine cenſeatur in tali comitiva uſurpaverit omni gradu ſcholaſtico in iſta univerſitate habenda perpetuo ſit indignus.

45. *De ejectis Oxoniæ et aliis vagabundis.*

ADVENTITIUS malefactor in municipio noſtro nuſquam recipiatur quem per literas cancellarii Oxoniæ vel alio legitimo modo malefactorem eſſe conſtiterit et ab univerſitate Oxoniæ tanquam talem fuiſſe ejectum. Fractores domorum et inſultores earundem raptores mulierum inſidiatores viarum vagabundi cum armis vel alias arma deferentes ſeu deferri facientes per ſe vel per alios in villa vel juxta villam occulte vel manifeſte de die vel de nocte niſi ex cauſa rationabili per cancellarium approbanda ab univerſitate

Digitized by Google

universitate sine spe restitutionis ejiciantur * vel in carcerem detrudantur. Liceat cancellario ex causa rationabili conscientiæ suæ arbitrio relinquenda super delatione armorum ad tempus dispensare.

46. *De repulsis ab actu scholastico rubrica.*

ITEM statutum est quod nullus in aliqua universitate approbata ab aliquo gradu alicujus facultatis repulsus ad eundem gradum ejusdem facultatis durante causa repulsionis admittatur dummodo per literas cancellarii ejusdem universitatis vel alio legitimo modo super hujusmodi repulsa ab eadem universitate facta constare poterit evidenter.

47. *De choreis et eas ducentibus.*

PROVISUM est ne publicæ choreæ per plateas de cætero fiant sed omnino inhibeantur quia visum est universitati per hujusmodi choreas plurima posse evenire pericula. Item statutum est quod omnes dictam inhibitionem contravenientes ipso facto in sententiam incidere excommunicationis: et ideo inhibeat cancellarius de cætero hujusmodi choreas fieri sub pœna anathematis transgressores ipsius statuti sententia anathematis involvendo pœna nihilominus incarcerationis hujusmodi transgressoribus imminente: salva tamen potestate cancellario dispensandi super choreis ducendis coram incipientibus die inceptionis eorundem.

48. *De pœna eorum qui contemnunt magistros.*

STATUIMUS quod quicunque scholaris non gremialis vel serviens scholarium in ecclesia in scholis in judiciis vel alibi in universitate in loco publico alicui magistro regenti vel non-regenti istius universitatis publice aliquem contemptum contra statum sui magisterii vel officii vel aliqua verba in defamationem seu notabilem contemptum personæ ipso facto ab omnibus beneficiis ac communione universitatis sit suspensus quousque læso sit competenter satisfactum.

49. *Ne*

* In marg. lib. proc. sen. post ejiciantur legitur "aut pro arbitrio cancellarii et ejus assistentium in carcerem detrudantur pœna mulctati pecuniaria ad instar pacis purturbatorum. Moderari eam pœnam cancellario et ei assistentibus liceat pro delicti qualitate atque etiam" "liceat, &c.

Digitized by Google

49. *Ne clerici ad forum laicale trahantur.*

ITEM ſtatuimus quod ſi clericus alium noſtræ univerſitatis clericum ad forum ſeu judicium laicale de cætero vocari trahi vel in cauſa conveniri fecerit ſeu convenerit vel quomodolibet in hac parte vexaverit ex tunc ipſe necnon quiſcunque dictæ univerſitatis clericus cujuſcunque conditionis extiterit conſilium auxilium vel favorem eiſdem in præmiſſis vel eorum aliquo præſtans ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat a qua niſi tam univerſitati prædictæ cujus juriſdictio fuerit uſurpata vel impedita quam parti quæ turbata in hujuſmodi perſecutione fuerit de injuria damnis expenſis et intereſſe prius per eundem integro fuerit ſatisfactum per dictæ univerſitatis cancellarium præſidentemve quemcunque nullatenus abſolvatur. Quod ſi hujuſmodi abſolutio præter vel contra formam prædictam aliqualiter fuerit impenſa ipſo jure nullius penitus ſit momenti ac etiam quicunque ut præmittitur delinquens a quocunque actu et honore doctorali magiſtrali ſeu ſcholaſtico alienus habeatur ex tunc et excluſus. Et quia prædictum ſtatutum univerſaliter loquitur de clerico quidam ex hoc materiam dubitationis aſſumunt an ſcilicet virtute illius verbi "clericus" clerici tantum qui ſunt ſcholares in dicto ſtatuto includantur vel non declaratum eſt quod ſtatutum prædictum juris communis executivum tam clericos ſcholares quam clericos non ſcholares infra juriſdictionem cancellarii ſeu univerſitatis prædictæ in dictum ſtatutum quomodocunque committentes quoad omnes ſui pœnas et cenſuras complecti intelligatur.

50. *De juramento ſcholarium in primo ſuo adventu. Item de electione cancellarii et prorogatione ejuſdem.*

AD laudem Omnipotentis Dei et pro glorioſo incremento laudabiliſſimaque univerſitatis fama pro ejus perpetua tuitione pace et tranquillitate decernimus et ſtatuimus conſenſu et authoritate regentium et non-regentium ut collegiorum aularum et domorum ac omnium hoſpitiorum hic præpoſiti magiſtri præſidentes et principales jusjurandum a cunctis et ſingulis ſcholaribus ſuis ætatis quatuordecim annorum et ſupra exiſtentibus infra terminum eorum acceſſionis hic ad univerſitatem accipiant videlicet de obedi-

Digitized by Google

obedientia præſtanda ſummo cancellario et ſuis aſſignatis præpoſitis magiſtris præſidentibus et eorum principalibus itaque de pace et honore univerſitatis conſervandis et de reſiſtendo adverſariis ejus et ejus injuriis repellendis. Inſuper decernimus et ſtatuimus ut nullus hic ſummus cancellarius ullo anno ipſius officii gaudeat præter ipſos annos ſibi per regentes tantum conceſſos niſi ex conſenſu majoris partis regentium et non-regentium et id per electionem more procuratorum in publico ſcrutinio habitam atque celebratam his videlicet in ipſo ſcrutinio præſentibus præſidente vel vice-cancellario ſeniore doctore theologiæ religioſo ambobus procuratoribus cum ſeniore non-regente. Decernimus etiam et ſtatuimus ut cum prorogatio vel electio prædicti cancellarii ſive per regentes tantum ſive per regentes et non-regentes celebranda fuerit ipſe dies electionis vel prorogationis publice limitetur et aſſignetur in plena univerſitatis regentium et non-regentium congregatione videlicet ut ipſa electio vel prorogatio per ſeptem ante dies denuntietur et futura eſſe prædicetur quo maturius et circumſpectius fieri poſſit. Decernimus pariter et ſtatuimus ut nunquam cum his ſtatutis abſque conſenſu et authoritate ſingulorum regentium et ſingulorum non-regentium diſpenſetur.

51. *De prædicatoribus in cruce ſancti Pauli.*

ITEM decernimus et ſtatuimus conſenſu et authoritate regentium et non-regentium ut quilibet hujus univerſitatis in ſacratiſſima theologia doctor infra duos annos immediate poſt ſuam hic apud nos commenſationem aſcendat et prædicet in celeberrima cruce ſancti Pauli Londoniis videlicet vel per ſe vel per alium ejuſdem hic facultatis doctorem vel baccalaureum ſecularem et quod quilibet ipſius facultatis theologiæ futurus baccalaureus hic apud nos infra IIII^or^ annos poſt introitum ſuum in libros ſententiarum immediate etiam eandem crucem ſancti Pauli Londoniis aſcendat et publice prædicet per ſe ſcilicet vel per alium ejuſdem hic facultatis baccalaureum vel doctorem ſecularem: et quod quilibet ipſius facultatis theologiæ actualiter baccalaureus magiſter ſocius vel perhendinans alicujus collegii hujus univerſitatis tempore editionis hujus ſtatuti infra tres annos immediate ſequentes eandem crucem ſancti Pauli Londoniis aſcendat et publice prædicet per ſe ſcilicet vel per alium ejuſdem hic facultatis baccalaureum vel doctorem

Digitized by Google

ſecularem illis duntaxat inde exceptis qui anno editionis hujus ſtatuti commenſabant.

Dat. in nova capella quarto die martii anno Domini milleſſimo cccc° nonageſimo quinto.

52. *De modo eligendi vice-cancellarium atque de ejuſdem in officio continuatione annua.*

QUI munere vice-cancellarii ſit functurus is a majori parte regentium eligatur in ſcrutinio quodam cui præeſſe volumus ambos procuratores una cum doctore aliquo religioſo maxime ſeniori ſi quiſpiam hujuſmodi fuerit ſin minus cum ſeniori in theologia baccalaureo: qui tres priuſquam id ſcrutinium aggrediantur publice juramentum altero taxatorum id poſtulante præſtabunt vice-cancellarium illum ſe declaraturos in quem majoris partis regentium ſuffragia conſenſerint: eritque magiſtratus iſte deinceps ſemper annuus nullo id prohibente cancellarii ad univerſitatem acceſſu aut alia qualibet ipſius permutatione futura.

53. *De electione procuratorum.*

SINGULIS annis poſt feſtum ſancti Michaelis die reſumptionis magiſtrorum in principio congregationis eodem die faciendæ duo magiſtri artium actualiter regentes rectores ſeu procuratores per majorem partem magiſtrorum in artibus regentium eorum judicio in virtute juramenti præſtiti ad hoc magis idonei in diverſis ſcrutiniis eligantur omnibus et ſingulis magiſtris in eadem congregatione præſentibus ſpecialiter juratis de magis idoneo in electione præponendo ita quod ipſe ſic præpoſitus in electione procurator ſenior habeatur. Quod ſi numerus regentium in artibus ad duodecim non attigerit non-regentes artium in eligendo procuratores regentibus ſint adjuncti. Scrutatores vero deputentur magiſter glomeriæ et duo juniores magiſtri in artibus actualiter regentes coram tota univerſitate ſpecialiter jurati quod hujuſmodi ſcrutinium fideliter exequentur et ſecundum formam in electione cancellarii prænotatam. Scrutatores primo inter ſe dicent vota ſua nec alicui magiſtrorum poſtquam votum ſuum dixerit niſi ex cauſa ſuperius expreſſa liceat variare. Quod ſi major pars dictorum XII regentium in artibus ut præmittitur in electione procuratorum factis inter

Digitized by Google

ter eos tribus ſcrutiniis nequeat concordare volumus ex tunc quod non-regentes in artibus coeligendi cum eis plenariam habeant poteſtatem quantuſcunque fuerit numerus magiſtrorum regentium in artibus. Scrutinio vero et collatione facta magiſter glomeriæ hujuſmodi electionem toti congregationi fideliter pronuntiet in virtute juramenti præſtiti. Iidem vero procuratores cum electi fuerint coram tota univerſitate corporale juramentum præſtent cancellario illud ab eiſdem exigente quod omnia et ſingula ad eorum officia ſpectantia diligenter ac fideliter exequentur. Jurent etiam quod nullius negotium procurabunt quod credent eſſe contra ejuſdem univerſitatis commodum vel honorem. Nullus etiam magiſter in procuratorem ultra ſecundam vicem abſque alio interveniente iterum eligatur. Et ſi magiſter glomeriæ non ſit præſens aut vertatur in dubium quis ſit magiſter glomeriæ tunc in loco ſuo ſi talis habeatur regens qui per biennium proxime præcedens procurator fuerit ſubrogetur: alioquin junior magiſter non-regentium in artibus ibidem præſens qui voce careat in hujuſmodi electione per regentes tantummodo celebranda ad dictum ſcrutinium admittatur.

54. *De officio et poteſtate procuratorum.*

TEMPORA et modus legendi et diſputandi exequias celebrandi et incipiendi et feriarum obſervantiæ ad ipſos procuratores pertineant: in tranſgreſſores contra prædicta et in bedellos ſi mandatis eorum non paruerint coercione conceſſa eiſdem animadverſione graviſſima per cancellarium et magiſtros ſi opus fuerit nihilominus irroganda. Liceat etiam procuratoribus ſuſpenſos per eoſdem reſtituere exceptis regentibus et aliis caſibus in quibus hujuſmodi reſtitutio eſt cancellario et univerſitati per ſtatutum ſpecialiter reſervata ad qualem reſtitutionem faciendam ſufficiat conſenſus majoris et ſanioris partis regentium. Diligenter etiam curent ut panis et vinum et alia quotidiano victui neceſſaria ſecundum varietates temporum et rerum qualitates juſto pretio et non ſecus ſcholaribus quam laicis vendantur. Scholares vero et eorum ſervientes omnibus aliis cauſa negotiationis emptoribus ſemper præferantur. Diligenter autem inveſtigent monopolios et venditores inter ſe paciſcentes vel ad invicem colludentes quod non niſi certo pretio inter ſe fraudulenter taxato ut carius ſcholaribus vendant: hujuſ-

Digitized by Google

modi victualia diſtrahantur: et præcipue ballivos et eorum uxores hujuſmodi mercimonia ad victum quotidianum pertinentia durante officio exercentes diligenter inquirant et eorum nomina cancellario referant ut ſecundum ſtatuta et privilegia graviter puniantur ipſis cibariis et potibus per eoſdem in utilitatem pauperum omnino convertendis: ac etiam ſcholaribus cum ipſis tranſgreſſoribus communionem habere vel mercimonium eſt penitus inhibendum. Iidem etiam procuratores malefactores in univerſitate inobedientes et contumaces per ſe et alios diligenter inveſtigent et eorum nomina cancellario referant ut per ſtatuta et privilegia univerſitatis graviter puniantur.

55. *De modo dandi voces in electione Procuratorum.*

CUM nonnulli verſipelles et fallaces viri multorum ut experientia novimus non pauca in diſpendia et detrimenta procuratorum in electionibus ſæpenumero contra id quod polliciti ſunt in publico doloſe fecerunt in occulto operæ pretium ac communi utilitati congruum eſt adverſum hujuſmodi aſtutias et deceptiones aliqua providere remedia. Statuimus idcirco et ordinamus ne regentium quiſquam in quacunque facultate in aliqua procuratorum electione de cætero vocem dare præſumat niſi et ſuum et illius cui vocem dare voluerit prænomen et cognomen propria manu inſcribat nec ullo pacto ſuum votum compromittere attemptet. Omnium præterea tam eligentium quam ejus quem eligere decreverint prænomina et cognomina per illum ipſum regentem qui in ſcrutinio junior reputatur poſt ſcrutinium et ante electi pronuntiationem publice tota coram congregatione recitentur. Statuimus etiam ut quilibet poſthac incepturus ad regendum in quacunque facultate in ſua admiſſione tactis ſacroſanctis corporali ſub juramento coerceatur quod non modo illud ſtatutum in ſe fideliter obſervabit verum etiam alios pro viribus ad id idem bene obſervandum ſeſe procurare promittet. Volumus itaque iſtud ſtatutum omni anno poſt miſſam et ante ſcrutinium coram regentibus ab altero procuratorum aliove regente per cancellarium aut ejus vices gerentem aſſignando de verbo in verbum publice legi ne per ignorantiam ſe quiſquam valeat excuſare. Anno Domini 1490.

56. *De*

Digitized by Google

56. *De poteſtate procuratorum in pecuniæ mutuatione ſub pignore.*

ITEM procuratores magiſtro et ſcholaribus beneficiis carentibus de denariis univerſitatis ſub pignore bono et valde ſufficienti accommodent nulli tamen magiſtro ultra unam marcam nec baccalaureo ultra dimidium marcæ magiſtris et baccalaureis pignora ſua ad eorum mandatum redimentibus. Si autem pignora infra annum redimi non contingat liceat procuratoribus eadem pignora præmiſſa generali ammonitione per ſcholas ſuper eorum receptione venditioni exponere. Remaneant autem in ciſta communi centum ſolidi ad minus propter caſus contingentes ad negotia univerſitatis.

57. *De poteſtate procuratorum in defectu cancellarii.*

LICEAT etiam procuratoribus tranſgreſſores contra articulos ad eorum officium pertinentes ſuſpendere et non alios: articuli vero prædicti ſunt tempora et modus legendi, &c. ut ſupra ibi tempora et modus*. Item ſi præſente cancellario et eiſdem procuratoribus præſentibus in villa vel eorum altero a quoquam injuria vel contumelia publice vel privatim irrogata fuerit alicui regenti vel communitati in quibus caſibus per univerſitatem regentium extitit declaratum procuratorum vel alterius eorundem aſſertionem ſeu prætenſionem debere ſufficere in hac parte ſi cancellarius requiſitus correctionem adhibere diſſimulaverit neglexerit vel minus juſte diſtulerit procuratores vel eorum alter qui præſens fuerit irrequiſito cancellario convocent vel convocet univerſitatem regentium quæ ex tunc in illa cauſa cognoſcat et ſententiet. Pro utilitate etiam communi univerſitatis prædictæ valeant et debent iidem procuratores convocare magiſtros regentes ſi cancellarius vel ejus locum tenens requiſitus hoc facere diſſimulaverit neglexerit ſeu diſtulerit minus juſte. Et ſi major pars eorundem regentium ſuper præmiſſis vel aliquo eorum non-regentes fore vocandos decreverit iidem procuratores vel eorum alter ipſos non-regentes convocent vel convocet indilate. Si vero in abſentia cancellarii præſentibus procuratoribus vel altero eorum aliquod tale delictum commiſſum fuerit procuratores nullam coertionem faciant ſed ſi vice-cancellarius ab eis requiſitus coertionem adhibere diſſimulaverit neglexerit vel diſtulerit minus juſte procuratores vel eorum alter

* Vid. ſtatut. 54.

Digitized by Google

alter universitatem convocet sicut prius omnibus consuetudinibus immo potius corruptelis præteritis huic statuto contrariis hinc et in perpetuum minime valituris.

58. *De receptis procuratorum in cista reponendis.*

ITEM statutum est quod dicti procuratores singulis terminis circa medietatem termini per visum magistrorum ad hoc per universitatem regentium deputatorum omnia ratione officii sui recepta in cista communi deponant ac omnia residua ab eis ratione officii sui prædicti a dicta medietate termini usque in finem ejusdem recepta per visum dictorum magistrorum in fine ejusdem termini in cista prædicta reponere teneantur.

59. *Declaratio statuti prædicti.*

MEMORANDUM quod statutum de receptis per procuratores ratione officii sui sub certa forma in cista communi reponendis quoad cautiones omnes reales quas admissi omnes ad gradus cujuscunque fuerint facultatis exhibere debent admissionis suæ tempore per statutum taliter in congregatione plena regentium et non-regentium vicesimo secundo die mensis Junii anno Domini millesimo cccc° quinquagesimo sexto extat declaratum. Quod quia cista communis universitatis non sufficit ad omnes cautiones hujusmodi suscipiendas cum aliquotiens non in pecunia numerata sed in libris vel rebus aliis consistant procuratores cautiones illas quas de cætero ab admissis quibuscunque recipient sive in pecunia numerata vel in rebus aliis in aliqua cista alia sufficienti tres claves habente quarum unam cancellarius seu vice-cancellarius habeat et alias duas habeant duo procuratores in nova capella universitatis sub eorundem custodia eadem die qua fuerint receptæ reponant: proviso semper quod quælibet cautio a quocunque admisso ut præmittitur exponenda non in pecunia numerata excedat in vero valore quartam partem pœnæ per regentes admisso hujusmodi ut infra annum aliquem actum perficiat limitatæ: ita quod si argentum fuerit uncia quælibet ad duos solidos sit taxata præstito ab hujusmodi admisso in suæ admissionis tempore juramento quod habeat potestatem rem hujusmodi impignorandi. Si autem cautio exposita sit in pecunia numerata tunc procuratores post lapsum anni eam secun-

Digitized by Google

ſecundum formam dicti ſtatuti communi ciſtæ applicari procurent. Quod ſi admiſſus infra tempus ſibi limitatum actum ad quem tenebatur perfecerit procuratores cautionem ſuam qualiſcunque fuerit eidem reſtituant indilate. Authoritate inſuper ejuſdem congregationis ſtatutum eſt et ordinatum quod ſi poſt lapſum anni vel temporis limitati pœna aliqua ſit commiſſa tunc ad eam levandam per cautionis hujuſmodi venditionem taliter procedatur ut admiſſus hujuſmodi perſonaliter præſens fuerit ut ſi in univerſitate valeat inveniri publica denuntiatione per ſcholas univerſitatis ut moris eſt in aliis cautionibus tertio facta moneatur ut infra menſem a fine anni poſt admiſſionem ſuam tranſacti continuo computandum per ſe vel per alium ſufficientem ad hoc poteſtatem habentem cautionem ſuam redimat cum effectu: quod ſi non fecerit elapſo menſe hujuſmodi dicti procuratores cautionem eandem per viros aliquos indifferentes de vero valore ejuſdem veriſimilem peritiam ſeu diſcretionem habentes per cancellarium vel vice-cancellarium deputandos primitus appretiandam alii vel aliis ab eiſdem procuratoribus et deputandis vendant pro pretio quanto majore poterint ſecundum conſcientias ſuas pro commodo exponentis eam et de pecunia inde recepta pœnam commiſſam ſecundum formam dicti ſtatuti de receptis per procuratores communi ciſtæ applicare fideliter teneantur. In qua etiam pecunia per eoſdem recepta ſi qua fuerit excreſcens de ipſa ſic vendita cautione ſeparatim in aliquo loculo deponatur una cum ſchedula continente qualis fuerat cautio et quis eam exhibuerit et quo die et quantum pretium integrum cautionis et qualis ſit ſumma excreſcens de eadem admiſſo hujuſmodi cum petierit reſtituenda. Si vero admiſſus cautionem ſuam infra dictum menſem redemerit pœnam commiſſam procuratoribus exſolvendo pecunias illas juxta formam dicti ſtatuti communi ciſtæ procuratores reſtituere non omittant. Cæterum ſi contingat per negligentiam procuratorum quod cautio ab aliquo admiſſo tempore ſuæ admiſſionis non ſit exacta vel quod cautio ab eodem repoſita et per procuratores recepta non ſit ſufficiens in valore ad reſpondendum pœnæ per regentes admiſſo hujuſmodi limitatæ procuratores ipſi in ultimo ſuo computo pro cautione negligenter ſic omiſſa vel minus ſufficiente de ſuo proprio communi ciſtæ per auditores ejuſdem ſatisfacere compellantur. Ac coram eiſdem auditoribus ejuſdem computi tempore procuratores antiqui procuratoribus novis deliberent omnes cautiones quas in toto ſuo

anno

Digitized by Google

anno à quibuſcunque admiſſis receperunt de quibus prius non fuerit ciſtæ communi per eoſdem ut præmittitur ſatisfactum una cum billa indentata cujus una pars remaneat cum ſtarra in ciſta communi et altera cum procuratoribus ipſis novis continente quot et qui admiſſi fuerint tempore ſuo et quibus diebus et cujuſmodi exhibuerint cautiones: in qua billa etiam exprimant quot et qui et quibus diebus et in qua facultate ad quem gradum ſuo tempore ſunt admiſſi ut per hoc ad commodum ciſtæ communis valeat apparere de tempore quo quælibet commiſſa pœna levari debeat. Et ſi quis incepturorum gratiam commutationis obtinuerit de non convivando ſummam ſic illi per gratiam limitatam in die inceptionis ſuæ antequam aſcendat cathedram ad incipiendum omnino in pecunia numerata procuratoribus ſolvere teneatur ſecundum formam ſtatuti de receptis per eoſdem communi ciſtæ ut prædicitur applicandam. Et ad hujus declarationis et ordinationis executionem omnes teneantur de cætero univerſitatis procuratores in virtute juramenti præſtiti per eoſdem tempore quo ad officium hujuſmodi ſunt aſſumpti ſtatutis ſupradictis de receptis per procuratores et de inceptoribus infra quod tempus incipient quoad alia in ſuo robore duraturis. Volumus etiam quod hæc omnia et ſingula de cautionibus etiam quorumcunque eas ponentium æqualiter obſerventur et ſic de cautionibus quibuſcunque receptis procuratores antiqui coram auditoribus plenarium computum omnino reddere teneantur ac novis procuratoribus una cum billa indentata ut prædicitur omnes et ſingulas cautiones deliberent cum effectu.

60. *De computatione procuratorum.*

SINGULIS annis ante feſtum ſancti Johannis baptiſtæ ab univerſitate deputentur certi magiſtri ad faciendum viſum computi procuratorum de omnibus receptis undicunque provenientibus et de omnibus expenſis ſeu miſis ab eiſdem factis circa negotia univerſitatis. Magiſtri vero ſic deputati dictos procuratores præmuniant et certum diem eis aſſignent citra quem computum ſuum parare valeant ita quod viſus dicti computi citra communem ceſſationem magiſtrorum habeatur. In fine vero viſus dicti computi fiat ſtarrum per modum dividendæ in quo ponentur omnia remanentia in communi ciſta tam pignora quam pecunia ac etiam arreragia et debita ita quod omnibus conſtare poterit evidenter in quo

ſtatu

Digitized by Google

ſtatu tunc univerſitas fuerit quoad bona communem ciſtam contingentia. Infra octo vero dies poſt feſtum ſancti Dionyſii tunc proximo ſequens iidem procuratores finaliter computent de omnibus a viſu computi ſupradicti receptis et expenſis uſque ad diem quo eligi debent procuratores de novo poſt feſtum ſancti Michaelis: quem quidem computum audiant ſupradicti magiſtri vel alii in craſtino ſancti Dionyſii ab univerſitate deputati qui audito computo ſtarrum ut prædictum eſt faciant et literam acquietantiæ dictis procuratoribus faciant ſub ſigillo univerſitatis communi dum tamen prius ſatisfecerint de omnibus concernentibus computum prædictum. Dicti vero magiſtri in audiendo computum prædictum juxta deliberationem majoris partis eorum finaliter procedant. Declaratum eſt etiam quod cuicunque regenti tam in viſu quam computo finali prædictis ſi voluerit liceat intereſſe.

61. *De inquiſitione procuratorum ſuper falſis ſcholaribus.*

ITEM ſingulis terminis circa medium termini inquirant procuratores a principalibus hoſpitiorum in dicta univerſitate commorantibus an aliquos noverint qui juxta formam ſtatuti lectionibus ordinariis ſui magiſtri non * interfuerint ſi non vacare convicti fuerint dimidiam communam communi ciſtæ prima vice perſolvant ſi ſecundo convincantur communam integram eidem ciſtæ perſolvere teneantur. Dictum vero ſtatutum cancellarius qui pro tempore fuerit in virtute exequatur cum effectu.

62. *Quod nullus ſit ſimul magiſter glomeriæ et procurator univerſitatis.*

QUIA graves et intolerabiles diſſentiones ſæpius in electionibus diverſis in hac univerſitate contingere percepimus quandoque propter electionem magiſtri glomeriæ in procuratorem quandoque propter quorundam magiſtrorum extra univerſitatem habitantium adventum ad electiones celebrandas ea duntaxat cauſa ut vocem in electionibus haberent hujuſmodi quandoque propter commiſſionem vocum aliquorum in propriarum electionum ſuffragationem ſtatuimus igitur quod a modo nullus eligatur in procuratorem hujus univerſitatis pro tempore quo fuerit magiſter

* In fragm. vet. legitur "interſint et ſi aliqui ut præmittitur non vacare conviĉti fuerint", &c.

Digitized by Google

ſter glomeriæ nec ſimul ſit magiſter glomeriæ et procurator nec aliquis per propriæ vocis commiſſionem in officium aliquod dictæ univerſitatis eligatur nec aliquis vocem habeat in electione cancellarii procuratorum nec bedellorum qui moram extra univerſitatem habens ad ipſam univerſitatem propter electionem aliquam hujuſmodi acceſſerit ea intentione ut vocem habeat in eadem ſuper quo ſidem faciat ſi requiſitus fuerit. Et idem volumus obſervari de magiſtris ea intentione reſumentibus ut numerum regentium augeant in electionibus quibuſcunque celebrandis quod ſcilicet vocem nullam in electione vel electionibus habeant. Faciant igitur fidem quod non ea intentione reſumpſerint ut vocem in electione vel electionibus habeant hujuſmodi priuſquam ad electionem admittantur.

63. *De gratiis petendis.*

STATUIMUS et ordinamus quod de cætero nulla gratia tempus aut formam concernens petatur niſi in præſentia cancellarii vice-cancellarii vel præſidentis et hoc in nova capella et non alibi concedatur excluſa parva capella eidem annexa ſalvis tamen gratiis quæ in antiquis ſtatutis ſolum regentibus reſervantur concedendis. Et ſi aliqua gratia vel gratiæ concedantur quod alter procuratorum vel alterius eorum vices occupans alta voce dicat in medio capellæ iſta gratia vel iſtæ gratiæ habentur in iſta congregatione. Et ſi aliqua gratia contra prædictam formam concedatur impetrans officio ſuo ſit ipſo facto privatus et utens ſcienter eadem gratia excommunicationis ſententiæ ſit ipſo facto ſubjectus a qua niſi in plena congregatione per cancellarium vel ejus locum tenentem non valeat abſolvi. Et ad hujus ſtatuti continuam obſervantiam volumus ſingulos procuratores ac ſcrutatores futuros antequam admittantur ad eorum officia eſſe perſonaliter juratos.

64. *De ſuſpenſionibus per procuratores ferendis.*

STATUIMUS quod omnis ſuſpenſio per procuratores ferenda in aliquem gremialem delinquentem contra aliquem articulorum ſpectantium ad officium procuratorum fiat ſedendo et publice coram duobus vel tribus aliis gremialibus ad tunc et ibidem accitis legitime vel præſentibus gremialibus ſuſpendendis et ſuper cauſam

Digitized by Google

cauſam rationabilem pro ſe defendendis deficientibus ſeu convictis ſub tali forma Nos ſuſpendimus te N vel vos N et N vel talem N vel tales N et N ab omni datione vocis tuæ veſtræ vel ſuæ tam in electionibus quam in concedendis gratiis vel negandis quouſque abſolutionem obtineas obtineatis vel obtineant ſtatutis conſonam univerſitatis. Item quod cujuſlibet talis ſuſpenſionis quam citius fieri poterit in congregatione vel tempore exequiarum ſeu miſſarum fiat denunciatio publice per bedellum coram cancellario vice-cancellario vel præſidente. Et quilibet ſuſpenſus talis ſolum per cancellarium vice-cancellarium vel præſidentem reconciliandus in congregatione regentium et ejuſdem ad hoc majori parte conſentiente et non aliter abſolutionem aliquam obtineat efficacem. In non gremiales vero contra dictos articulos delinquentes vel contumaces liceat procuratoribus ſub tali forma ferre ſententiam Nos ſuſpendimus te N vel vos N, N ſeu talem N vel tales N, N ab omni gradu et forma ulterius ſuſcipiendis in quacunque facultate et omni conſecutione cujuſcunque gratiæ tibi vobis vel ſibi per univerſitatem præſtandæ. Omnis autem talis ſuſpenſionis fiat denunciatio publice per bedellum in ſcholis ſingulis ordinarie legentium et diſputantium nec abſolvatur ſuſpenſus talis niſi publice et ſedendo in forma correſpondenti antelatæ ſuſpenſioni. Omnem denique aliam ſuſpenſionem tam gremialium quam non gremialium et quam non inſecuta fuerit publica denunciatio aliamque denunciationis et abſolutionis et ſuſpenſionis formam quam prædictum eſt irritam eſſe volumus atque nullam: prædictis adjicientes quod nulli procuratorum liceat cum ſuſpenſi merebuntur abſolvi vel ſe nimis difficiles reddere vel pro quacunque abſolutione ſua munus aliquod vel pecuniam minimam receptare.

65. *De taxatoribus et penſione domorum et primo de taxatoribus eligendis.*

ITEM ſtatutum eſt quod ſingulis annis poſt electionem procuratorum in eadem congregatione per ſcrutinium eligantur duo alii magiſtri artium per majorem partem magiſtrorum in artibus regentium ad taxandum domos et aſſiſas faciendum et fideliter obſervandum cancellario et duobus procuratoribus hujuſmodi ſcrutinium audituris. Magiſtri vero taxatores ſic deputati coram tota

Digitized by Google

congregatione jurent quod officium ſuum diligenter et fideliter exequentur.

66. *De officio taxatorum.*

DUO taxatores prædicti in forma prædicta electi et jurati cum duobus burgenſibus coram univerſitate juramento aſtricti congruam domorum faciant taxationem in publicam ſcripturam redigendam per eoſdem. Aſſiſas etiam panis et cerviſiæ faciant et eaſdem diligenter et fideliter faciant obſervari. Si quis vero magiſtrorum regentium ad officium taxatoris ut jam dicitur electus dictum officium admittere recuſaverit vel in fraudem ceſſaverit ex tunc per totum annum proximo ſequentem in congregatione regentium vocem ſuam amittat et unam marcam communi ciſtæ univerſitatis infra x dies proximos poſt hujuſmodi recuſationem ſeu ceſſationem perſolvat quod ſi non fecerit ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

67. *De hoſpitiis et penſione domorum.*

TRIBUS terminis id eſt diebus omnium ſanctorum purificationis beatæ virginis et aſcenſionis Dominicæ penſiones domorum in tres partes equaliter dividendæ vel diviſæ omnino ſolvantur vel congrua hoſpitibus ſatisfactio ipſis conſentientibus præſtetur eiſdem. Statuentes etiam inhibemus ne quis a municipio ſeu villa Cantabrigiæ recedat poſt terminum ſtatutum de penſione ſolvenda niſi prius de eadem penſione congrue ſatisfecerit: et ſi contra fiat pignus datum ab eodem tempore ſtudii in fine anni completo licite per hoſpitem diſtrahatur: et ſi fidejuſſores dederit ſeu expromiſſores arbitrio hoſpitis conveniantur: ſi vero nec pignora nec fidejuſſores dederit et penſione non ſoluta nullo modo hoſpiti ſatisfacto a villa receſſerit ſic procedens ſit ipſo facto excommunicatus et ſuo dioceſano excommunicatus denuncietur donec plenarie ſuo hoſpiti de penſione fuerit ſatisfactum tempore ſolutionis faciendæ propter hoſpitis improbitatem ſi opus fuerit per cancellarium moderando. Domos in quibus ſcholæ eſſe conſueverant a decennio et ultra nullus ad inhabitandum conducat ſeu ad alium uſum convertat quamdiu regentes juxta numerum eorundem

Digitized by Google

dem in principio anni vel noviter incepturi in initiis terminorum ſcholas ſibi elegerint in eiſdem niſi domini earundem neceſſitate ducti ſine fraude perſonaliter ibidem inhabitare voluerint. Ædificiorum proprietarii ultra penſionem juramento taxatam et ex conventione nihil recipiant, nec etiam inquilini ultra eandem aliquid eiſdem exſolvant nec quocunque titulo in hujuſmodi ſtatuti fraudem ſpēm vel quantitatem promittant ipſis ædificiis arbitrio cancellarii a ſcholarium ſic delinquentium inhabitatione ſuſpendendis et quod ultra receptum fuerit vel promiſſum communi ciſtæ ab ipſo recipiente ſeu promittente applicetur. Qui domum principaliter conduxit jus inhabitandi eo anno ſolus habebit dummodo hoſpiti et cancellario ſi hoſpes non inveniatur vel ejus procurator ad domicilium quæſitis vel ubi in municipio morari conſueverint de ſequentis anni penſione tempore medio intra feſtum ſancti Barnabæ jam finitum et feſtum nativitatis glorioſæ virginis complete finiendum ſatisfactionem obtulerit cum effectu nuda cautione cancellario expoſita non valente: nec dominus domus ſeu ejus procurator hujuſmodi cautionem admittere teneatur nec valeat cautio ante dictum feſtum ſancti Barnabæ expoſita niſi pro domo tunc vacante. Si vero contra formam hujus ſtatuti cautio ab aliquo exponatur nullum effectum inducat immo liceat hoſpiti libere de domo ſua diſponere hujuſmodi expoſitione cautionis non obſtante ceſſione ab ipſo principali alteri facienda de jure inhabitandi quam habet omnino ceſſante quod jus inhabitandi eundem tunc demum habere volumus cum pro majori parte anni perſonaliter domum ab eo conductam inhabitaverit quod ſi non fecerit ipſo facto vacare cenſeatur. Item principalis pro penſione totius anni hoſpiti ſolus ſatisfaciat et de damnis culpa ſua et ſociorum ſuorum contingentibus ſolus reſpondeat ne in plures adverſarios diſtringatur qui cum uno contraxit. Qui ultra nativitatem beatæ virginis in domo manſerit conducta ad penſionem totius anni ſequentis teneatur quaſi tacite reconduxiſſe videatur niſi dominus palam ſibi gratuitam conceſſerit habitationem. Liceat quoque dominis feodorum in feodis ſuis pro penſione diſtringere ſecundum regni conſuetudinem non pro penſione conventa temporali ſed pro ſervitiis perpetuis etiamſi magiſter ibidem legerit vel ſcholares inhabitaverint penſione arbitrio cancellarii propter hoc pro rata temporis diminuenda et intereſſe nihilominus conductori præſtando. Volumus etiam quod hoſpites domos proprias inhabitare volentes ante feſtum

Digitized by Google

feſtum nativitatis ſancti Johannis baptiſtæ inhabitantes præmuniant et cauſam neceſſariam perſonaliter inhabitandi omni fraude excluſa in die nativitatis glorioſæ virginis coram cancellario vel ejus commiſſariis inquilino vel ejus procuratoribus ad hoc vocato præſtito corporali ſacramento legitime probent.

68. *De ſedibus taxatorum.*

ITEM in craſtino reſumptionis poſt feſtum ſancti Dionyſii anno Domini milleſſimo cccc° nonageſimo ſecundo unanimi conſenſu magiſtrorum regentium et non-regentium ſtatutum eſt quod duo regentes taxatores qui pro tempore fuerint poſt procuratores univerſitatis inter regentes ſint primi in ſedibus et aliis honoribus in congregationibus in eccleſia in ſcholis et alibi ubicunque in univerſitate ut de cætero illud officium quod eſt oneris ſic et reputetur et etiam ſit honoris * . . . . eſt per judices quoſdam in hoc electos quod taxatores diſputent immediate ante procuratores poſt omnes alios regentes neque teneantur taxatores ullum alium ordinem in diſputando obſervare poſthac in perpetuum niſi ſint regentes primi anni qui alio ſtatuto tenentur diſputare ſecundum ordinem ſuum et vicem quam habent inter regentes primi anni.

69. *De forma et modo eligendi procuratores.*

CUM non debeat reprehenſibile judicari ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta quandocunque varientur humana præſertim cum urgens neceſſitas vel evidens utilitas id depoſcit ea propter ad eorum reformationem quæ hactenus in noſtræ univerſitatis dedecus et detrimentum ac pacis ſtudentiumque perturbationem quorundam audacia præſumptuoſa ſunt perperam attemptata et ad ſedandas diſcordias occaſiones quoque contentionum in poſterum evitandas quas his diebus ſatore zizaniæ procurante plus ſolito pullulare conſpicimus ſtatuimus et ordinamus quod electio procuratorum quotiens et quando fuerit facienda de cætero fiat per cancellarium vel ejus vices gerentem et omnes regentes cujuſcunque facultatis in actu electionis hujuſmodi tunc præſentes ita quod is ſolum ad hoc officium admittatur quem major pars omnium regentium hujuſmodi præſentium duxerit eligendum omnibus ſtatutis

* Hæc verba ſunt in marg. lib. proc.

Digitized by Google

ſtatutis electionem procuratorum concernentibus prius editis niſi quatenus huic ſtatuto contraria videantur in ſuo robore duraturis: hoc ſalvo quod ſi ſecundum antiquum ſtatutum contingat ad non-regentes fieri devolutionem fiat tunc electio per majorem partem omnium regentium et non-regentium cujuſcunque facultatis antiqui ſtatuti forma in cæteris integra remanente.

70. *Quod poſt annum peractum non proſit gratia.*

STATUTUM et ordinatum eſt primo die menſis Julii anno Domini milleſſimo quingenteſimo ſexto per conſenſum majoris et ſanioris partis regentium et non-regentium in eorum plena congregatione ne aliqua gratia alicui in poſterum concedenda illi proſit vel in ſuo robore permaneat ſed omnino pro nulla habeatur niſi infra annum poſtquam conceſſa fuerit in executionem ſit poſita.

71. *De bedellis et eorum officio: primo de conſuetudine eligendi bedellos.*

ITEM conſtitutio approbata eſt quod bedelli ſint eligendi conſenſu duarum partium totius univerſitatis regentium et non-regentium et quod ſingulis annis in feſto ſancti Michaelis quaſi officium deponentes virgas officii ſui in manus procuratoris ſenioris in prima congregatione poſt eorundem procuratorum electionem tradere debent qui diligenter inquirat a magiſtris de idoneitate bedellorum et eorundem exceſſu quibus virgas ſuas ſtatim retradere debet niſi delicti qualitas vel eorum negligentia circa ea quæ ſua officia contingunt dictorum magiſtrorum judicio contrarium fieri exegerit: communis et collecta in ſcholis per certum tempus prætextu ſui delicti eſt deneganda vel ſuſpenſio ab officio juxta formam ſtatuti præmiſſi et delicti ſeu negligentiæ qualitatem eſt eis infligenda.

72. *De officio bedellorum.*

DUO tantum bedelli ſeu apparitores juramento aſtricti in iſta univerſitate habeantur quorum alter ſcholarum theologiæ decretorum et decretalium maneat alter vero omnium aliarum ſcholarum circa ſedes et alia onera ſubeat univerſa ſemper parati mandata cancellarii adimplere de præcepto cancellarii et magiſtrorum de cauſis cognoſcentium convocationes citationes et executiones faciant univerſas

Digitized by Google

universas nihil a pauperibus pro conventione recepturi. Neuter eorum habeat substitutum comitem vel pædagogum nisi de licentia speciali cancellarii majoris partis et sanioris regentium interveniente qui jurent coram universitate ad consilia universitatis celanda et eorum ministeria fideliter exequenda. Ingrediantur singulis diebus scholas singulas hora aliqua lectionum ordinariarum singulis etiam disputationibus aliqua hora interfint bedellus theologorum et decretistarum hora prima et hora disputationis eorundem bedellus artistarum hora tertia qua ipsi disputare consueverunt. Campanas pulsare teneantur tempora seu horas antedictas in unius favorem vel alterius præjudicium nullatenus anticipando seu prorogando. Interfint etiam virgam deferentes omnibus vesperiis præcipuis conventibus defunctorum exequiis et omnibus aliis convocationibus ante magistrorum recessum non recessuri nullo alio in eorum præjudicium virgam delaturo. Si vero negligentes vel remissi circa prædicta et alia ad eorum officium pertinentia deprehendantur communis collecta in scholis omnino denegetur eisdem vel ab officio perpetuo seu ad tempus amoveantur et alii idonei in loco eorum subrogentur si delicti qualitas vel negligentia remotionem postulaverit.

73. *De bedellis more solito visitandis non obstante dispensatione aliqua.*

STATUIMUS et ordinamus quod nulla gratia unquam in præjudicium bedellorum de cætero concedatur. Et si in posterum contingat ut de introitu in libros posteriorum lectura bibliæ vel in sententiarum libros parva volumina seu circa aliquem librum alterum ordinarie vel extraordinarie legendum ad gradum doctoratus vel baccalaureatus in jure canonico vel civili seu alia quacunque facultate cum aliquo dispensetur tunc ordinamus et volumus ut antequam ad gradum aliquem vel lecturam admittatur bedellis de consuetis stipendiis complete satisfaciat. Huic etiam statuto adjicimus de quocunque in magistrum grammaticæ deinceps admittendo quod antequam ad gradum admittatur bedellis collectam consuetam in integro persolvat. Nolumus tamen per præsens statutum in aliquo præjudicium facere quin inceptores in omni facultate postquam admissi fuerint libertatem habeant pro inceptionibus et vesperiis eligendi diem juxta antiquum statutum in hac parte.

74. *Ut*

Digitized by Google

74. *Ut bedelli omni termino ſubmittant ſe.*

IN craſtino Criſpini et Criſpiniani anno Domini milleſimo cccc. xii° unanimi conſenſu omnium et ſingulorum magiſtrorum regentium decretum fuit quod in cujuſlibet termini medio vel circa medium ejuſdem ſtatuto antiquo de bedellis et eorum officio non obſtante bedelli virgas ſui officii in manus procuratoris ſenioris deponant qui de eorum idoneitate et eorundem exceſſu ſecundum quod de illis ſtatutum prædictum poſtulat diligenter exequatur.

75. *Quod bedelli poſſunt uti chameleto in caputiis ſuis tempore æſtivali.*

ORDINATUM eſt et conceſſum per majorem partem regentium et non-regentium univerſitatis Cantabrigienſis viceſimo octavo die Junii quod bedelli utriuſque facultatis poſſunt uti chameleto in caputiis ſuis tempore æſtivali.

76. *Regia ordinatio ſuper collectis in utroque jure ordinario et bedellis ſolvendis.*

HENRICUS Dei gratia rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ univerſis et ſingulis baccalaureis et aliis ſcholaribus juris canonici et civilis in univerſitate noſtra Cantabrigienſi ſub forma ſcholarium jurium prædictorum vel alterius eorundem manentibus ſeu in eadem univerſitate ratione dictarum facultatum moram trahere volentibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Quia datum eſt nobis intelligi quod quam plures veſtrum veſtris lectionibus ordinariis ſecundum formam ſtatutorum univerſitatis prædictæ modo conſueto intereſſe ac ordinariis ac bedellis prædictarum facultatum collectas ſuas debitas ſeu in eadem univerſitate conſuetas ſolvere coloribus quæſitis recuſaſtis jam de novo in noſtri contemptum et univerſitatis noſtræ prædictæ derogationem non modicam et diſſolutionis ejus periculum manifeſtum nos contemptui derogationi et periculo hujuſmodi obviare volentes ut tenemur vobis et cuilibet veſtrum ſub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis præcipimus firmiter injungentes quod vos et quilibet veſtrum hujuſmodi lectionibus ordinariis veſtris juxta formam ſtatutorum prædictorum modo conſueto ac debite

Digitized by Google

quiete et pacifice ex nunc et in poſterum interſitis ac ordinariis et bedellis prædictis collectas ſuas hujuſmodi abſque difficultate quacunque de tempore in tempus fideliter perſolvatis taliter vos habentes in hac parte ne erga vos vel aliquos veſtrum tanquam mandatorum noſtrorum contemptores alias manus apponamus graviores. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium viceſimo quarto die aprilis anno regni noſtri tertio.

77. *De lectura continuanda per annum in theologia a neceſſariis regentibus.*

JURABIS quod continuabis lecturam in theologia per annum a domina regis Henrici ſeptimi matre fundatam per cujuſlibet termini majorem partem ſi lector ad majorem partem legerit et te a lectura prædicta non abſentabis niſi ex rationabili cauſa per vicecancellarium lectorem ejuſdem lecturæ et dominos procuratores et eorum ſingulos approbanda.

78. *De ſcholaribus in jure.*

EX conſenſu unanimi regentium et non-regentium decretum eſt quod unuſquiſque ſcholaris ſtudens in * jure canonico de cætero ſolvat tam collectam ſuam ſolitam ſive ſtipendium ordinarium conſuetum doctori ſuæ facultatis ordinarie legenti in ſcholis publicis quam ſtipendium bedellorum conſuetum et hoc in fine cujuſlibet termini vel infra menſem ex tunc proximo ſequentem ſub pœna XL denariorum univerſitati forisfaciendorum quorum medietatem communi ciſtæ applicandam alteram vero medietatem procuratoribus exhibendam decretum eſt: qui quidem procuratores ad hoc ſtatutum exequendum ſi per doctorem ordinarie legentem requiſiti fuerint ſuam adhibeant diligentiam ſpecialem. De ſtipendio autem bedellorum tam de ſcholaribus in jure civili quam in jure canonico intelligi ſtatutum præſens per præfatos regentes et non-regentes decretum eſt VIII die auguſti anno Domini milleſſimo quingenteſimo ſexto.

79. *De*

* In lib. proc. jun. "jure canonico vel civili."

Digitized by Google

79. *De electione custodum cistæ communis et eorum juramento.*

ITEM statutum est quod singulis annis post festum sancti Michaelis infra octo dies post festum sancti Dionysii proxime sequentes eligantur duo de non-regentibus in artibus per congregationem non-regentium ad custodiam cistæ communis universitatis una cum cancellario et duobus procuratoribus quorum sic per non-regentes electorum uterque habeat clavem et quod nihil receptum per procuratores vel eorum alterum in aliquos usus convertatur quousque in cista antedicta ponatur: nec etiam de contentis in cista antedicta quicquam disponatur nisi de scitu et consensu dictorum duorum non-regentium nisi major pars regentium et major pars non-regentium aliud decreverit faciendum: et dicti non-regentes teneantur reddere computum de receptis una cum procuratoribus temporibus competentibus secundum antiqua statuta qui jurent quod fideliter in illo officio administrabunt. Nec liceat super hoc statuto quoquo modo absque consensu majoris et sanioris partis regentium et majoris et sanioris partis non-regentium dispensare. Per hoc autem vocabulum contentis in cista superius positum in isto statuto non intelligitur sic sigillum commune quin sine consensu illorum duorum non-regentium possit litera quæcunque sigillari dummodo per omnes regentes talis litera approbata fuerit et concessa quæ non concernit alienationem rei mobilis vel immobilis sive reditus vel concessionem aliquam pensionis ad universitatem Cantabrigiensem pertinentis.

80. *Quomodo scrutatores tenentur petere gratias.*

ITEM duodecimo die mensis octobris anno milleſimo cccc° LXVII° in plena congregatione regentium et non-regentium statutum est atque ordinatum quod scrutatores electi arctentur ad petendum gratias et alia negotia universitatis exequenda secundum formam statuti quo arctantur procuratores eademque pœna puniendi sunt si secundum formam prædicti statuti requisiti id facere recusent.

Digitized by Google

81. *De observandis exequiis.*

NEGLIGENTIA regentium nos urgente decrevimus ut qui necessarii regentes fuerint ad exequias singulas accedant singuli ante primam lectionem et ad missas pariter ante evangelium non recessuri inde ante finem nisi prius illis a cancellario aut ejus vices gerente concessum fuerit causa propposita rationabili sub pœna denariorum duodecim totiens quotiens id fieri contigerit quorum decem volumus ærario reponi publico reliquos procuratoribus ipsis concedimus quo diligentius hoc statutum exequantur quod etiam eos facturos jubemus virtute juramenti ab eis olim præstiti: quam pecuniam si regentes postulatam solvere noluerint intra quindenam tanquam reos perjurii condemnamus in solidis quadraginta. Qui vero necessarii non fuerint eorum aut nimiam accedendi tarditatem aut commorandi brevitatem procuratorum arbitrio taxandam mittimus suspensione publica sive illis id negligentibus ob metum forsitan aut favorem cancellario vel ejus vicem gerenti: qui cancellarius aut vices ejus gerens omnium qui suspensionis censuram incurrerint reconciliationem aut differat aut acceleret pro suo et ei assistentium ad id vocatorum arbitrio. Volumus etiam ut per gratiam nullam postulandam exequiarum aut missarum temporibus post primæ lectionis aut evangelii inceptionem cum necessario regente aliquo dispensetur.

82. *De præsentatione baccalaureorum in jure civili et canonico ordinarie legentium.*

ITEM statuimus quod singulis annis baccalaurei in jure civili et canonico per suos doctores alias in ipsorum aut alterius ipsorum absentia per ordinarie legentes ad lecturam extraordinariam in dictis facultatibus secundum formam in aliis præsentationibus usitatam procuratoribus præsententur qui statim ab eisdem juramentum recipiant corporale quod secundum modum consuetum legent et lecturam ipsam debite continuabunt.

Digitized by Google

83. *De ordinariis doctorum ordinarie legentium et collectis bedellorum ſolvendis.*

ITEM ſtatuimus et ordinamus quod quilibet ſcholaris exceptis gremialibus tam in jure canonico quam civili in ſuis admiſſionibus ſint ſpeciali juramento aſtricti ad continuandum et defendendum illud regium privilegium de ordinariis doctoribus legentibus et collectis bedellis ſolvendis. Et quia hoc ſtatutum ad profectum et honorem univerſitatis volumus inviolabiliter obſervari decernimus id in ſingulis baccalaureorum tam in jure canonico quam civili admiſſionibus ab altero procuratorum vel eorum vices gerentium in plena congregatione regentium in perpetuum voce tenus publicari.

84. *De poteſtate procuratorum.*

PROCURATORES poteſtatem habeant eorum omnium regentium ſuffragia ſuſpendendi qui juſſis eorum non paruerint in illis rebus quæ ad exequiarum officia ac miſſarum quarumlibet peragenda ſpectabunt.

85. *De modo et hora legendi baccalaureorum in jure canonico et civili.*

STATUTUM declaratum et ordinatum eſt tertio die menſis julii anno Domini 1505 per majorem partem regentium et non-regentium in eorum plena congregatione quod baccalaurei in jure canonico et civili non præſumant legere ante pulſationem ſolitam campanæ poſt meridiem nec illam lecturam continuent legendo ultra unam horam in una die legibili.

86. *De incipientibus in artibus.*

ITEM ſtatuimus quod nullus admittatur ad incipiendum in artibus niſi prius determinaverit et ultra hoc ad minus per triennium hic vel alibi in univerſitate in eadem facultate continue ſtuduerit quod etiam per triennium in ſcholis libros Ariſtotelis in philoſophia quos eo tempore a magiſtro ſuo ordinarie legi contigerit audierit necnon per triennium mathematicalia quæ tunc in ſcholis

Digitized by Google

ſcholis lecta fuerint audierit. Item quod in ſcholis ſuæ facultatis ſecundum exigentiam ſui ſtatus publice oppoſuerit et ſaltem tribus magiſtris ejuſdem facultatis in eorum diſputationibus pariter reſponderit: ita quod ejus notitia in ſtatura moribus et ſcientia apud magiſtros illius facultatis jure fuerit approbata cujus approbationem authoritate cancellarii et totius univerſitatis ſic fore intelligendam decernimus ſcilicet quod quinque magiſtri artium in virtute juramenti univerſitati præſtiti deponant de ſcientia et alii ſeptem ejuſdem facultatis de credulitate * vel de ſcientia quod fiat per ſcrutinium juxta examinationem cancellarii et procuratorum præſentante non exiſtente in ſcrutinio et tunc demum admittatur cum formam iſtam ſe compleviſſe juraverit. Numero vero in artibus regentium ad duodecim non extenſo una medietas deponat de ſcientia et alia medietas de credulitate ſi pares fuerint et ſi impares exceſſus ſcientibus relinquatur.

87. *De electione trium ordinarie legentium.*

ITEM ſtatutum eſt quod ſingulis annis prope finem termini æſtivalis eligantur in futurum per regentes tres magiſtri in artibus regentes ad legendum ordinarie in ſcholis publicis pro forma ſcholarium in eadem facultate ſtudentium quorum unus legat pro ſcholaribus primi et ſecundi anni libros humanitatis ſecundus legat logicam ſcholaribus pro forma tertii anni tertius vero legat libros philoſophiæ pro forma ſcholarium quarti anni et baccalaureorum et quod quilibet eorum obſervet dictam lecturam communiter per unam horam recepturus pro ſtipendio ſuo quolibet termino XXVI ſolidos et VIII denarios per cuſtodes ſeu magiſtros collegiorum ac hoſpitiorum principales ſolvendos.

88. *De depoſitionis modo pro inceptoribus in artibus.*

DECRETUM eſt ex parte vice-cancellarii et procuratorum una cum cæteris doctoribus et non-regentibus nomine totius univerſitatis quod ſi numerus regentium præſentium non excedat XVI tunc antiquum ſtatutum ſtet in robore: ſi vero numerus regentium præſentium excedat XVI tunc tertia pars numeri dummodo ſit diviſibilis per tres partes æquales deponat de ſcientia et major

* In lib. proc. jun. deſunt "vel de ſcientia."

Digitized by Google

major pars reſidui numeri deponat de credulitate. Si vero numerus regentium præſentium non ſit diviſibilis per tres partes æquales tunc tertia pars proximioris numeri majoris diviſibilis in tres partes æquales deponat de ſcientia et major pars reſidui numeri deponat de credulitate.

89. *Quod inceptori cuicunque magiſtrum in inceptionibus eligere liceat.*

MEMORANDUM quod vi^to die junii anno Domini * milleſimo cccc° lxvi^to in plena congregatione regentium et non-regentium ſumma cum maturitate † taliter animos noſtros in favorem ſcholarium noſtrorum declaravimus ſcilicet quod inceptor cujuſcunque fuerit facultatis magiſtrum in eadem ſub quo incipere voluerit libere et ad votum eligere poſſit.

90. *De medicis curſorie legentibus.*

ITEM non permittatur aliquis legere curſorie in medicina niſi prius audierit medicinam per triennium poſtquam ceſſavit in artibus et hoc ſi in artibus rexerit et qui non per quinque annos ita quod audierit totum corpus medicinæ et quod magiſter ſuus ipſum præſentet idoneum coram cancellario ſeu procuratoribus aſſidentibus in virtute juramenti præſtiti et pro eo deponat de ſcientia. Item quod nullus admittatur ad legendum curſorie in medicina qui in artibus non rexerit niſi prius per ſeptennium philoſophiam audierit et medicinam per alios quinque annos.

91. *De medicis et chirurgicis practizantibus.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus de cætero de practica infra limites univerſitatis prædictæ publice vel privatim tanquam practizator in illa facultate ſe intromittat niſi hic vel alibi in medicina rexerit vel ad legendum licentiatus fuerit ſeu per aliquem hic in prædicta facultate regentem ut idoneus ad actum prædictum in virtute ſacramenti præſtiti domino cancellario et univerſitati fuerit præſentatus et ab eiſdem tanquam ſufficiens approbatus. Inſuper in admiſſione tam ad legendum quam ad practizandum juret ſe lecturum in iſta univerſitate per duos terminos infra biennium in aliquo

* In lib. proc. jun. "milleſimo cccc° lvi°". † In lib. proc. jun. "totaliter."

Digitized by Google

aliquo volumine medicinæ ſub pœna xx ſolidorum communi ciſtæ infra dictum biennium ſolvendorum. Quod ſi forma non obſervata de practica quis ſe intromittat per procuratores vel eorum alterum ab actu practizandi ſuſpendatur. Et eadem via ſtatuentes inhibemus quod nullus de chirurgia ſe intromittat nec tanquam chirurgicus ad practizandum admittatur niſi per aliquos ab univerſitate deputatos ad hoc prius approbetur.

92. *Quod baccalaurei in medicina non legant in capis.*

ITEM ſtatuimus et ordinamus quod baccalaurei in medicina legentes in capis legere curſorie de cætero non teneantur dummodo tabardum decens et talare induant in legendo.

93. *De juriſtis curſorie legentibus.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus admittatur ad legendum curſorie aliquod volumen in jure civili niſi ad minus per quinque annos et hoc ſi in artibus rexerit alias per ſeptem annos in univerſitate vel ſtudiis approbatis in eadem facultate ordinarie extraordinarie et curſorie audierit ita quod curſorie per tres annos ad minus in ſecundis voluminibus audierit: præſentetur etiam ſicut baccalaureus in medicina.

94. *De ingredientibus cathedram.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus ingrediatur cathedram doctorum pro doctoribus vel baccalaureis niſi ad minus per quatuor annos ordinarie audierit jura civilia niſi prius in artibus rexerit qui ſaltem ordinarie per triennium illam facultatem audierit. Nullus etiam ſcholaris cathedram doctoris in jure civili ingrediatur pro doctore vel baccalaureo ut prædicitur niſi prius per annum ad minus inforciatum et per annum digeſtum novum dum tamen tempore ſuo legantur una cum libello inſtitutionum audierit: et ne ſecus fiat cura doctori cujuſlibet ſcholaris committitur ut coram eodem doctore et procuratoribus de præmiſſis fidem faciat juramento.

95. *De*

Digitized by Google

95. *De curſorie legentibus.*

ITEM quod in jure civili curſorie legentes jurent quod de ſuo proprio vel accommodato omnia juris civilis volumina dum legerint habeant ita ſaltem quod duo ordinaria volumina habeant.

96. *Qui ſunt admittendi ad ſtatum baccalaureorum in jure civili.*

ITEM nullus admittatur ad ſtatum baccalaureatus in jure civili niſi ad minus per quinque annos et hoc ſi in artibus rexerit alias per VII annos ad minus in univerſitate vel ſtudiis approbatis in eadem facultate ordinarie extraordinarie et curſorie audierit ita quod ſaltem curſorie per tres annos in ſecundis voluminibus. Juret inſuper ſic quilibet admiſſus in ſua admiſſione quod infra annum a tempore ſuæ licentiationis libellum inſtitutionum inchoabit et a tempore inchoationis ejuſdem libelli IIII^{or} libellos viz. textum cum gloſis infra annum et terminum a tempore inchoationis rite perleget et implebit ſub pœna ſi promotus fuerit ſupra taxam VI marcarum tertiæ partis taxæ beneficii ſui communi ciſtæ infra menſem a tempore quo vel ab inchoatione vel ejuſdem libelli perlectione vel in eodem jam dicta continuatione defecerit perſolvendæ: et ſi promotus non fuerit vel promotus ad taxam ſex marcarum vel ſub hæc jam dicta implebit ſub pœna duarum marcarum communi ciſtæ infra menſem a tempore quo ſic defecerit ſolvendarum.

97. *De admiſſis ad ſecunda volumina.*

ITEM ſtatuimus quod quilibet præſentatus ad legendum ſecunda volumina in jure civili in ſua admiſſione juret ſe libellum inſtitutionum integre perlegiſſe.

98. *De extraordinario in jure civili.*

STATUIMUS quod doctores in jure civili extraordinarium habeant ita quod ſi ſint duo ſaltem habeant unum.

Digitized by Google

99. *De ingredientibus cathedram in jure canonico.*

ITEM quod nullus cathedram doctoris pro doctore vel baccalaureo in jure canonico publice lecturus ingrediatur nisi audierit ordinarie ad minus jura civilia per tres annos et hoc si in aliqua facultate rexerit et si non quod audierit per quinque annos et decreta per unum annum ordinarie et decretales per unum annum ordinarie alium ab illo anno in decretis et super hoc coram doctore vel ordinario lectore decretorum vel decretalium si doctor in decretis regens in villa non fuerit et coram procuratoribus vel eorum altero fidem faciat juramento statutis de lectura decretalium ordinarie vel cursorie in suo robore nihilominus duraturis.

100. *De cursorie legentibus in eodem.*

ITEM quod nullus admittatur ad legendum cursorie in jure canonico nisi audierit jura civilia ad minus per tres annos et hoc si in aliqua facultate rexerit et si non quod audierit per quinque annos et decreta per biennium si tempore suo legantur et decretales ordinarie per tres annos alios ab illis duobus et quod juret se lecturum per duos terminos infra biennium in lectura sibi assignanda per ordinarie legentem sub pœna xx solidorum communi cistæ infra mensem postquam defecerit solvendorum.

101. *De admittendis ad baccalaureatum in jure canonico.*

ITEM nullus admittatur ad statum baccalaureatus in jure canonico nisi prius ordinarie audierit jura civilia per tres annos et decretales per alios tres decreta vero per biennium si tempore suo legantur et hoc si in aliqua facultate rexerit et si non quod audierit jura civilia per quinque annos decretales per tres et decreta per biennium ut supra. Quod si nec jura civilia audierit nec audire poterit statu forte sacerdotii obsistente ex tunc liceat annos juris civilis cum annis totidem juris canonici libere commutare. Juret insuper sic admissus si promotus fuerit ad taxam decem marcarum vel supra per annum infra biennium in jure canonico se lecturum sub pœna tertiæ partis taxæ beneficii sui communi cistæ infra mensem a tempore quo defecerit persolvendæ et si promotus non fuerit

vel

Digitized by Google

vel ſub taxa decem marcarum quod infra biennium leget per annum ſub pœna XL ſolidorum communi ciſtæ infra menſem a tempore quo defecerit ſolvendorum.

102. *De ſcholis univerſitatis.*

ITEM ſtatutum eſt quod quilibet doctor ſeu baccalaureus in ipſa noſtra univerſitate in jure civili ſeu canonico quacunque hora ordinarie ſeu curſorie lecturus in ſcholis propriis ejuſdem univerſitatis legere teneatur et eaſdem conducere niſi eædem ſcholæ pro eadem hora ab alio lectore occupatæ fuerint et conductæ.

103. *De præſentatione curſorie legentium in medicina jure civili et canonico.*

ITEM nullus admittatur ad legendum curſorie in medicina jure canonico ſeu civili niſi præſentetur a magiſtro ſuo regente deponente de ſcientia et moribus. Si autem regens non fuerit præſentetur a magiſtro non-regente ſuæ facultatis iſtius univerſitatis deponente modo prædicto. Eundem autem modum præſentandi obſervari decrevimus quoad incepturos in tribus facultatibus prædictis *. In medicina vero quoad curſorie lecturos et incepturos fiat depoſitio de ſcientia tam de theorica quam de practica.

104. *De lectura decretalium.*

ITEM ſtatuimus quod de cætero ad lecturam decretalium hora matutinali ab eadem univerſitate approbati ſub forma ſubſcripta admittantur viz. quod ſi doctor in jure canonico qui rexerit hic vel Oxoniæ onus ejus lecturæ ſubire voluerit ad ſuam oblationem cancellario et univerſitati regentium ad eandem lecturam abſque examinatione qualibet admittatur: ſi vero in jure canonico non rexerit per doctorem in jure canonico cancellario et univerſitati præſentetur de ſcientia et moribus fide qua tenetur univerſitati deponentem: ſi vero in jure civili rexerit quod ab ordinarie legente rite

* In marg. utriuſque lib. proc. hæc verba leguntur "De medicis tamen admittendis ſic ſtatuimus ut ſi nullus regens vel non-regens in urbe fuerit aut ſi fuerit quidem venire tamen ad præſentandum aut non poterit aut noluerit tunc liceat alterum procuratorum vel aliquem in artibus regentem eundem præſentare vel ad legendum vel ad incipiendum necnon et patris vices agere in inceptionibus hujuſmodi deinceps in medicinis incepturorum.

Digitized by Google

rite per biennium hic vel alibi in universitate decretales audierit et decreta per unum annum: quod si in jure civili non rexerit et rexerit in artibus quod audierit ordinarie jura civilia per quatuor annos et si non rexerit per sex: et sive rexerit in artibus sive non quod per quatuor annos decretales audierit ordinarie et per unum annum ad minus decreta: ita quod anni auditionis decretalium et decretorum alli sint ab annis auditionis juris civilis: item si prius rexerit in jure civili quod prius legerit in decretalibus per duos terminos: et si in jure civili non rexerit quod prius legerit in decretalibus per unum annum: item quod habeat totum corpus juris civilis et decreta quamdiu legerit ex libris propriis vel alienis sibi accommodatis. Item quicunque doctor seu alius lecturus easdem corporale præstet juramentum quod pen se extraordinarium suum et suos substitutos leget primum librum et quintum cum medietate quarti citra assumptionem beatæ virginis vel etiam secundum librum tertium et aliam medietatem quarti prout ordo lecturæ requirit illo anno per se extraordinarium suum et eorum substitutos citra festum prædictum. Teneatur insuper quilibet ordinarie legens hujusmodi lecturam ad minus usque ad festum quod dicitur ad vincula continuare et si dictam lecturam prius compleverit teneatur continuare in sexto vel in clementinis usque ad festum prænotatum. Item statutum est quod quilibet ordinarie lecturus in jure canonico in sua admissione juramentum præstet corporale quod usque ad festum sancti Petri ad vincula per se vel substitutum idoneum alium a suo substituto extraordinario ad minus in jure canonico baccalaureum lecturam suam uno anno in antiquis et sexto alio anno in antiquis et clementinis continuabit et quod ante resumptionem magistrorum post pascha si dictum festum per quindenam post annuntiationem dominicam emergat primum librum decretalium et secundum prout dicti libri in universitate prædicta legi consueverint per se et alios ad lecturam idoneos integraliter legat et a dicta resumptione anno quo primus liber in clementinis et anno quo legitur secundus liber in sexto libro lecturam suam pro rata temporis faciat. Et si quicunque lector principalis earundem de toto volumine finiendo ut prædictum est notabiliter defecerit in XL solidis communi cistæ præstandis mulctetur salva actione suis auditoribus secundum juris exigentiam pro pecunia ab eis recepta restituenda.

105. *Quod*

Digitized by Google

105. *Quod baccalaurei in jure canonico et civili actus magistrales non exerceant.*

ITEM statuimus quod baccalaurei in jure canonico et civili finibus suis propriis deinceps contenti antequam insignia doctoratus legitime et actualiter assumpserint actum repetendi decretalem decretum vel legem seu publicam disputationem in scholis faciendam usurpare sibi non præsumant.

106. *De satisfaciendo clerico pro insinuatione horarum.*

ITEM statuimus quod quilibet de cætero ad aliquam lecturam in jure canonico vel civili admittendus statim in sua admissione sacramentum præstet corporale de satisfaciendo clerico ad pulsationem campanarum juxta consuetudinem istius universitatis approbatam horas legendi post prandium signantium deputato pro rata portione salarii dicto clerico debiti ipsum concernente citra cujuslibet termini finem quo contigerit ipsum in aliqua lectura juris canonici vel civilis in futurum occupari dum tamen clericus taliter deputatus officium suum in hac parte prout moris est exequatur.

107. *De tempore opponendi in theologia et quæstiones determinandi in eadem.*

STATUIMUS quod non admittatur aliquis ad opponendum in theologia ante quintum annum si rexerit in artibus et si non rexerit non ante principium septimi ita quod annus proximus præcedens actum opponendi in universitate ista ab indigenis impleatur super quo volumus quod faciant fidem coram magistro suo et procuratoribus per juramenta propria antequam in scholis opponant. Item quod quilibet sic admissus in sua admissione ad opponendum juret se observaturum statuta privilegia et consuetudines universitatis ad modum licentiati ad incipiendum illis qui prius in universitate in aliqua facultate rexerint duntaxat exceptis. Item declaratum est quod cancellarius universitatis prædictæ in inceptionibus vesperiis seu disputationibus theologorum quibuscunque nisi formam in eo contentam compleverit opponere non possit obstante præsente statuto. Statuimus quod quilibet doctorum in theologia

Digitized by Google

theologia aliquas quæſtiones determinet in ſuo anno primo quas eodem anno diſputaverit.

108. *De theologis curſorie, legentibus.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus admittatur ad legendum libros ſententiarum in theologia ſive alibi legerit in theologia curſorie ſive non niſi prius in ſacris ordinibus conſtitutus præſentetur univerſitati in æſtate poſt feſtum ſancti Barnabæ et citra feſtum tranſlationis ſancti Thomæ martyris qui in anno ſuæ oppoſitionis voluerit præſentari nec etiam admittatur ante ſeptimum annum qui in artibus rexerit et qui non rexerit non admittatur niſi prius audierit artes vel legerit ad minus per ſeptennium in univerſo et deinde theologiam alios decem annos in loco ſoliti concurſus ad actus theologicos ſingulorum theologorum diſputationes ac determinationes ordinarias ibidem communiter pro exercitio theologico ſcholaſtice frequentando ſaltem ſi cuſtodia illa vel plaga concurſus ad actus hujuſmodi eſſe ſolet ita quod ſaltem per ſeptennium in univerſitate approbata et niſi qui per annum ad minus in univerſitate iſta publice oppoſuerit et uni magiſtro ſuæ facultatis publice reſponderit et ſingulis aliis eum effectu ſe obtulerit reſponſurum. Deponat etiam unus magiſter ejuſdem facultatis una cum præſentante de ſcientia præſentati cæteri autem in eadem facultate de credulitate vel ſcientia. Item nullus admittatur ad lecturam ſententiarum niſi in admiſſione ſua juret ſe moraturum in iſta univerſitate ad minus per duos annos continuos a tempore ſuæ admiſſionis et ſi alienigena fuerit per tres et niſi juret ſe lecturam ſententiarum infra triennium incepturum ſub pœna xx ſolidorum communi ciſtæ univerſitatis infra menſem poſtquam ſic non inceperit ſolvendorum.

109. *De lectoribus ſententiarum.*

ITEM ſtatutum eſt quod lectores quatuor librorum ſententiarum citra feſtum omnium ſanctorum incipiant et in uno anno ſuam lecturam ad minus uſque ad feſtum apoſtolorum Petri et Pauli continuare teneantur exceptis diebus quibus contingit aliquem baccalaureum noviter ad lecturam ſententiarum ingredi vel in XL^ma^ replicare et hoc jurent in ſua admiſſione ad lecturam.

110. *Declaratio*

Digitized by Google

110. *Declaratio.*

IN ſtatuto de theologis curſorie legentibus in theologia ſcilicet de hac clauſula "niſi qui per annum ad minus in univerſitate iſta publice oppoſuerit" ſic diſcernimus fore intelligendum ſcilicet quod quilibet * oppoſitus in theologia in illo anno quo vult opponere præſentetur poſt feſtum ſancti Dionyſii et ante feſtum omnium ſanctorum immediate ſequens. Et poſt illud feſtum quilibet talis admiſſus quotieſcunque a doctore aliquo illius facultatis deſideretur vel requiratur ad reſpondendum in die legibili per ſtatutum more theologorum diſputabili ſive fuerit in primis theologorum ſcholis ſive aliis omnino et ſub vinculo juramenti eidem ad ſic reſpondendum teneatur veſperiis et inceptionibus duntaxat exceptis.

111. *Quod illi de ordine mendicantium obſervent ordinem procedendi ad gradum.*

ITEM ſtatuimus quod de ſingulis domibus fratrum religioſorum iſtius univerſitatis ſcholares ad gradum ſcholaſticum expoſiti illum ordinem quoad confratres ſuos ejuſdem domus in quem primo per univerſitatem eos ad gradum aliquem ſcholaſticum admittentem poſiti fuerint a lectura ſententiarum in omni gradu et lectura deinceps ab eis in univerſitate ſumendo quantum in ipſis fuerit ſervare teneantur ita viz. quod de unaquaque dictarum domuum qui prius in univerſitate iſta ſententias legerit omnes confratres ſuos ejuſdem domus poſterius legentes in ejuſdem lecturæ et cujuſlibet ſequentis aſſecutione præcedere debeat nec alicui poſterius legenti prius legentem præcedere liceat quovis modo niſi aliqua culpa notabilis hujuſmodi prius legentis quæ pro cauſa in hac parte rationabili per majorem partem magiſtrorum iſtius univerſitatis regentium et non-regentium judicata fuerit aliter exigat faciendum. Cum hoc autem ſtatuto niſi per conſenſum omnium et ſingulorum iſtius univerſitatis magiſtrorum regentium et non-regentium nullatenus diſpenſetur. Nolumus tamen per præſens ſtatutum quod crimen alicujus a gradu ſcholaſtico finaliter repulſi univerſitati detegatur nec quod approbatio ſeu reprobatio univerſitatis in ea parte de hujus crimine requiratur.

112. *De*

* In lib. proc. jun. "oppoſituras".

Digitized by Google

112. *De modo admittendi baccalaureum ad legendum bibliam biblice.*

ITEM ſtatuimus quod nullus admittatur ad legendum biblice aliquem librum bibliæ niſi tranſacto anno integro poſt complementum lecturæ ſententiarum et niſi prius præſentetur coram cancellario procuratoribus aſſidentibus et quod ſemel reſponderit publice in ſcholis ſuæ facultatis et tunc ad magiſtri ſui depoſitionem admittatur.

113. *De recipientibus ſtatum baccalaurei in quacunque facultate.*

ITEM ſtatuimus quod unuſquiſque gradum baccalaurei recipiens in quacunque facultate unam communam niſi prius in iſta univerſitate rexerit exceptis religioſis mendicantibus ſub pœna ſuſpenſionis ab exeçutione ſui ſtatus infra octo dies a tempore ſuæ admiſſionis perſolvat.

114. *De juramento baccalaurei.*

ITEM ſtatutum eſt quod omnes et ſinguli ſtatum baccalaurei in quacunque facultate aſſumentes jurent quod ſtatuta privilegia et conſuetudines approbatas iſtius univerſitatis pro viribus obſervabunt et quantum in eis eſt obſervari procurabunt et contra eadem ſtatuta privilegia et conſuetudines approbatas minime appellabunt nec hujuſmodi appellantibus conſilium auxilium vel favorem præſtabunt. Jurabunt etiam quod pacem iſtius univerſitatis non perturbabunt nec per ſe nec per alios pacis perturbatoribus favorem conſilium vel auxilium præſtabunt et quod ſi aliquem vel aliquos pacis perturbatorem vel perturbatores noverint eum ſeu eos cancellario vel ejus vices gerenti revelabunt et etiam quod nec per ſe nec per alios impedient quo minus de pacis perturbatoribus juſtitia valeat exerceri: item quod honorem iſtius univerſitatis quantum in eis eſt obſervabunt et quod inimicis ejus obſtabunt nec dedecus nec incommodum ejus procurabunt; quod quidem juramentum procuratores ſeu eorum alter antequam ſtatum baccalaurei aſſumpſerint ab eis exigere teneantur. Idem juramentum volumus quod præſtent omnes licentiandi in ſua admiſſione in quacunque facultate et etiam omnes ſolenniter reſumentes ac etiam omnes in quacunque facultate lecturi antequam legant.

115. *De*

Digitized by Google

115. *De compoſitione inter univerſitatem et collegium regale.*

ITEM ſtatuimus et ordinamus quod quilibet de cætero admittendus ad aliquem gradum juret ſe obſervaturum pro viribus ſuis omnia contenta in quadam compoſitione facta inter univerſitatem et collegium beatæ Mariæ et ſancti Nicholai et a domino rege confirmata.

116. *De cautionibus baccalaureorum.*

ITEM ſtatuimus quod quilibet admittendus ad gradum baccalaureatus in quacunque facultate antequam admittatur cautionem realem exponat in manibus procuratorum ſub modo tamen et forma quæ ſequuntur viz. in ſacra theologia ad valorem xx ſolidorum in jure canonico xl ſolidorum vel tertiæ partis beneficii ſui ſi beneficiatus fuerit et beneficium ſummam decem marcarum excedat in jure civili xxvi ſolidorum et viii denariorum vel tertiæ partis beneficii ſui ſi beneficiatus fuerit ſupra taxam ſex marcarum in medicinis xx ſolidorum in muſica xiii ſolidorum et iv denariorum in artibus xiii ſolidorum et iv denariorum ſic etiam admittendus in grammatica xiii ſolidorum et iv denariorum de formis ſuis ſervandis juxta et ſecundum ordinationem antiquorum ſtatutorum quibus per iſtam adjectionem nullum præjudicium volumus generari.

117. *De incepturis in grammatica.*

STATUIMUS et ordinamus quod nullus admittatur ad inciendum in grammatica niſi prius tribus diebus veneris tribus magiſtris ſermones grammaticæ facultatis et quæſtiones baccalaureis propoſitas diſputantibus publice cæteriſque magiſtris eidem rite replicare volentibus reſponderit: niſi etiam prius tredecim lectiones in libro conſtructionum Priſciani quarum prima ſit ſolennis perlegerit: item quod ejus notitia habilitas et ſcientia moribus et ſtatura per tres magiſtros ad hoc per univerſitatem deputatos fuerit comprobata: et tunc demum per magiſtrum grammaticæ qui hic inceperit vel per magiſtrum glomeriæ in ejus defectu procuratoribus præſentetur * qui in admiſſione ſua ſpeciale præſtet juramentum

* In lib. proc. jun. "quibus."

Digitized by Google

mentum quod infra annum a tempore ſuæ admiſſionis incipiet ſub pœna unius marcæ communi ciſtæ univerſitatis infra menſem poſtquam defecerit perſolvendæ nec quovis modo incipiat niſi cum in altera facultate inceptio celebretur. Juret inſuper quilibet ſic admiſſus in ſua inceptione de continuatione ſuæ lecturæ per annum in volumine majori Priſciani tenendo infra idem tempus tria convenite generalia in quorum quolibet declarabit verſum poeticum ad modum Priſciani in duodecim verſibus Virgilii ſub pœna viginti ſolidorum communi ciſtæ infra menſem quo defecerit applicandorum. Volumus etiam quod ſingulis proceſſionibus generalibus infra annum ſuæ lecturæ contingentibus coram univerſitate ſignum bajulet crucifixi vel per alium idoneum ſcholarem deportari faciet judicio procuratorum admittendum.

118. *De veſperiis in grammatica.*

ITEM ſtatuimus quod de cætero veſperiæ in grammatica ſemper fiant in ipſa ſchola publica grammaticali ubi in univerſitate iſta ad tunc ſolet grammatica doceri.

119. *De medicis incepturis.*

ITEM ſtatuimus quod nullus admittatur ad incipiendum in medicina niſi prius in artibus rexerit et ad minus per quinquennium hic vel alibi in univerſitate audierit medicinam ita quod audierit ſemel libros medicinæ non commentatos viz. librum Johannicii librum Philareti de pulſibus librum Theophili de urinis et quemlibet librum Iſaac viz. librum urinarum Iſaac librum de dietis particularibus librum febrium Iſaac librum Viatici. Item audiat ſemel antidotarium Nicholai: item audiat bis libros commentatos viz. librum Tegni Galieni librum prognoſticorum librum aphoriſmorum librum de regimine acutorum et quod legerit curſorie ad minus unum librum de theorica et alium de practica et quod in ſcholis ſuæ facultatis publice et principaliter oppoſuerit et reſponderit et quod ad minus per annum exercitatus fuerit in practica: ita quod ejus notitia in ſtatura moribus et ſcientia tam in theorica quam in practica fuerit merito approbata ab omnibus magiſtris illius facultatis ſecundum depoſitionem de ſcientia eorundem modo ſupradicto: et tunc admittatur cum formam prædictam ſe compleviſſe

Digitized by Google

pleviſſe juraverit. Item, ſtatuimus quod nullus admittatur ad incipiendum in medicina niſi per biennium exercitatus fuerit in practica.

120. *De inceptoribus in jure civili.*

ITEM ſtatuimus quod nullus admittatur ad incipiendum in jure civili niſi ad minus per octo annos audierit jura civilia ſi in artibus rexerit alias autem per decennium ita quod ſaltem bis audierit libros ordinarios et ſemel extraordinarios ſcilicet digeſtum novum et infortiatum: item quod legerit curſorie digeſtum novum vel infortiatum cum libris inſtitutionum et quod intraverit pro magiſtro ſuæ facultatis et etiam quod in ſcholis ſuæ facultatis publice oppoſuerit et omnibus magiſtris ſuæ facultatis reſponderit vel cum effectu ſe obtulerit: quod ſi nullus fuerit magiſter ſuæ facultatis in villa præſens quod tunc in ſcholis decretorum publice oppoſuerit et omnibus decretiſtis regentibus reſponderit vel ad reſpondendum ſe obtulerit cum effectu: ita quod ejus notitia in ſtatura moribus et ſcientia jure fuerit approbata ita quod omnes doctores in jure civili deponant de ſcientia ſecundum formam prætactam: et tunc demum admittatur cum formam iſtam ſe compleviſſe juraverit.

121. *Item de eodem.*

ITEM ſtatutum eſt quod incepturus in jure civili prius legerit in infortiato per unum annum et per alium annum in digeſto novo et per tertium annum in aliqua parte corporis juris civilis ubi pro utilitate ſcholarium et ſua viderit expedire una cum libello inſtitutionum liceatque lectoribus in eiſdem voluminibus hora prima ſuam exercere lecturam exceptis diebus quibus contigerit doctores juris canonici diſputare. Salvum tamen ſit doctoribus juris canonici quod in ſcholis doctorum juris civilis principalitatem in eiſdem habentium hora prima ſi voluerint ſuas legant ordinarias lectiones.

Digitized by Google

122. *De incepturis in jure canonico.*

ITEM ſtatuimus quod nullus admittatur ad incipiendum in jure canonico niſi prius per quinquennium audierit jura civilia et per alios tres annos decreta et bis tractatus de ſimonia de matrimonio de pœnitentia de conſecratione et quod per biennium bibliam curſorie audierit: item quod legerit curſorie in iſta univerſitate aliquem prædictorum tractatuum et aliquem librum decretalium alium a quarto: item quod intraverit cum omnibus magiſtris ſuæ facultatis vel cum effectu ſe obtulerit et quod in ſcholis ejuſdem facultatis publice oppoſuerit et omnibus magiſtris regentibus in eadem facultate reſponderit vel cum effectu ſe obtulerit: ita quod ejus notitia in ſtatura moribus et ſcientia jure fuerit approbata ita quod omnes doctores in jure canonico de ſcientia deponant ſecundum formam prætactam et tunc demum admittatur cum formam iſtam ſe compleviſſe juraverit.

123. *Quod quilibet doctor in theologia abſens faciat ſuos actus ſervari per alium.*

STATUIMUS quod quilibet admittendus ad incipiendum in theologia priusquam incipiat deponat cautionem talem in manus procuratorum ad valorem quatuor marcarum quod ſcilicet ſi diſpenſatum ſecum fuerit de regentia ſua neceſſaria vel beneficium ſtatuti acceperit non eo minus ſervet omnes actus ſuos diſputando prædicando determinando per ſe vel per alium aut alios univerſitatis doctores pro toto tempore illo pro quo ſtetiſſet in regentia ſua hujuſmodi ſub pœna amiſſionis ejuſdem cautionis.

124. *De incepturis in theologia.*

ITEM ſtatuimus quod nullus admittatur ad incipiendum in theologia niſi prius in artibus rexerit niſi etiam audierit theologiam ad minus per decennium in univerſitate: item quod audierit bibliam biblice per biennium antequam incipiat: item quod curſorie legerit aliquem librum vel in aliquo libro de canone bibliæ per annum ita quod ad minus per cujuſlibet termini decem dies: nec liceat alicui citra ſecundum annum poſt libri ſententiarum comple-

Digitized by Google

complementum lecturam bibliæ inchoare et quod legerit omnes libros ſententiarum in univerſitate iſta et quod ad minus per tres annos moretur in univerſitate approbata poſt lecturam ſententiarum antequam licentietur: item quod publice prædicaverit ad clerum et quod in omnibus ſcholis ſuæ facultatis publice oppoſuerit et reſponderit poſt lecturam ſententiarum: ita quod ejus notitia in ſtatura moribus et ſcientia merito fuerit approbata ſecundum depoſitionem de ſcientia ab omnibus magiſtris illius facultatis modo ſupradicto: et tunc demum admittatur cum formam iſtam ſe compleviſſe juraverit.

125. *Declaratio.*

UNANIMI conſenſu regentium et non-regentium decretum eſt præmiſſum ſtatutum ſic fore moderandum quod liceat baccalaureo in theologia licentiari in tertio termino tertii anni poſt lecturam ſententiarum ſtatim poſt feſtum ſancti Barnabæ dummodo forma requiſita opponendo reſpondendo legendo et prædicando prius per eum fuerit adimpleta.

126. *De modo præſentandi baccalaureum in quacunque facultate.*

ITEM quilibet magiſter præſentans baccalaureum præſentet ſub hac forma domine cancellarie et tota univerſitas præſento vobis iſtum baccalaureum ſeu iſtos baccalaureos ad incipiendum in tali facultate quem ſcio eſſe dignum vel quos ſcio eſſe dignos in ſcientia et moribus ad regendum.

127. *Infra quod tempus licentiati incipient et de cautione.*

ITEM ſtatuimus quod quilibet baccalaureus in quacunque facultate ad incipiendum coram univerſitate licentiam petiturus ſeu ad incipiendum vocandus antequam licentiam obtineat juret ſimpliciter ſe hic incepturum ſi ipſum incipere contingat: et præter hoc quilibet licentiam petiturus cautionem ſufficientem præſtet quam ſecundum qualitatem et facultatem perſonæ duxerit univerſitas acceptandam quod ipſe infra annum a die licentiationis ſuæ in iſta univerſitate incipiet cum effectu. Cancellarius vero diem diſputabilem ad incipiendum infra annum illum baccalaureo aſſignet

Digitized by Google

net quem eligere voluerit idem baccalaureus incepturus et illum diem ex causa dum tamen infra annum illum incipiat valeat prorogare. Et ne baccalaureis hoc modo licentiatis præstetur materia vagandi statutum est quod hujusmodi baccalaurei anno quo hujusmodi licentia duraverit in universitate ista pro majore parte ejusdem anni moram faciant et actus scholasticos exerceant prout decet nisi ex causa necessaria ab universitate approbata se oporteat absentare. Jurent etiam in quacunque facultate incepturi quod ultra tria millia turonensium argentorum seu eorum valorem in solennitate circa doctoratum aut magisterium habendum non expendant.

128. *Quod religiosi gradum accepturi deferant literas submissionis.*

NE qui religiosi prætextu obedientiæ regularis et licentiæ a suis superioribus expresse non obtentæ nec universitati adhibitæ vim et effectum juramentorum suorum valeant in posterum exquisitis coloribus declinare de consensu magistrorum regentium et non-regentium provida deliberatione statuimus ut nullus regularis ad incipiendum aut solenniter resumendum in aliqua facultate in ista universitate de cætero admittatur nisi prius literis dimissoriis subeundi et interponendi juramenta debita et consueta et ea effectualiter observanda a suo superiore sufficienter in ea re potestatem habente obtentis et dictæ universitati exhibitis in ejusdem universitatis custodia remansuris.

129. *De tempore tenendi vesperias in quacunque facultate.*

ITEM statutum est quod magistri in quacunque facultate possint suas vesperias tenere in diebus non disputabilibus dum tamen legibiles fuerint.

130. *De modo dandi fidem in vesperiis in quacunque facultate.*

ITEM quilibet baccalaureus incepturus finitis suis vesperiis suæ facultatis det fidem alteri procuratori quod non reassumet statum baccalaurei in eadem facultate.

131. *De*

Digitized by Google

131. *De veſperiis in medicina jure civili et canonico ſi non fuerit magiſter regens.*

ITEM ſtatuimus quod cum non fuerit magiſter regens in medicina liceat magiſtro non-regenti ejuſdem facultatis iſtius univerſitatis veſperias tenere in medicina et ſi eodem die lectiones ſuas non reſumpſerit in jure civili et canonico eundem modum tenendi veſperias volumus obſervari.

132. *De modo invitandi magiſtros ad veſperias et inceptiones.*

ITEM ſtatuimus quod cuilibet in iſta univerſitate incepturo ad incipiendum in eadem rite admiſſo et quoad omnia inceptioni ſuæ prævia de ſtatutis vel conſuetudinibus iſtius univerſitatis requiſita parato pariter et expedito ſufficiat facere diligentiam congruam ad magiſtros per ſcholas ſuas viſitandos ad inceptionemque ſuam reverenter invitandos ac ad eoſdem aliunde ſecundum ſtatus ſui ſive officii exigentiam ſibi placandos et benevolos efficiendos ipſamque diligentiæ congruitatem in caſu quo de illa dubium ſive controverſia emergat judicio majoris partis regentium relinquimus decernendam.

133. *De quibuſdam obſervantiis in inceptionibus et reſumptionibus ſolennibus.*

STATUIMUS quod nullus habens reditus ad valorem XL librarum communibus annis de quo ſtetur ſuo juramento ad incipiendum hic ſumptibus alterius incipientis admittatur. Item quod nullus magiſter cum mantello ſuo ſeu alio habitu ordinario in ordine in inceptionibus ſeu ſolennibus reſumptionibus hic recipiatur niſi antequam aliquid inceptionis ſeu reſumptionis fiat fuerit in eccleſia publice juratus tactis ſacroſanctis ſub his verbis jurabis quod ſtatuta privilegia et conſuetudines univerſitatis obſervabis; nec cum tali quin juret fiat diſpenſatio ſine conſenſu regentium et non-regentium in generali congregatione utrorumque. Item nullus magiſter habens reditus ultra valorem XXX librarum ad verum valorem communibus annis de quo ſtetur ſuo juramento ad delationem mantelli hic admittatur in ordine in inceptionibus ſeu ſolennibus

Digitized by Google

lennibus resumptionibus nisi fuerit talis sub quo principalis inceptor incipere proponit vel ejus magister aut frater ejus vel de ejus familia aut alius per majorem partem regentium ad talem actum approbatus.

134. *De juramentis à magistris in inceptionibus et solennibus resumptionibus præstandis.*

QUILIBET tempore inceptionis antequam suam determinet quæstionem fidem faciat juramento præstito corporali de statutis universitatis custodiendis et jurabit de continuatione regiminis sui ibidem ad minus per annum facienda nisi necessaria causa vel probabilis eum excuset exceptis diebus in quibus contigerit magistrum aliquem in sua facultate lectionem suam primam in scholis legere et etiam diebus quibus contigerit doctorem theologum in scholis publice determinare. Jurent tamen medici de continuatione regiminis sui per triennium nisi infra triennium contingat alium incipere vel resumere qui de supplendo tempus dicti incipientis et a lectura sua cessantis coram procuratoribus dictæ universitatis cautionem juratoriam præstiterit vel alium in dicta facultate durante dicto tempore incipere contigerit. Jurent insuper theologi aulares atque fratres de continuatione sui regiminis per biennium nisi eos infra illud tempus habere contigerit legitimos successores: hoc præviso quod in dicto anno disputationes vesperias inceptiones ac etiam exequias missas et processiones ordinaria sicut in primo anno specialiter observabunt. Jurent etiam tactis sacrosanctis quod pacem istius universitatis non perturbabunt nec per se nec per alium pacis perturbatoribus favorem consilium vel auxilium præstabunt: insuper quod si aliquem vel aliquos pacis perturbatorem vel perturbatores noverint eum vel eos cancellario revelabunt et etiam quod nec per se nec per alium impedient quo minus de hujusmodi pacis perturbatoribus justitia valeat exerceri. Juret etiam quod honorem universitatis quantum in eo est observabit et quod inimicis ejus obstabit nec dedecus nec incommodum ejus procurabit. Juret etiam quod extra istam universitatem nusquam alibi in Anglia præter Oxoniam in aliqua facultate incipiet aut lectiones suas solenniter resumet nec consentiet quod aliquis alibi in Anglia incipiens hic pro magistro in illa facultate habeatur.

135. *De*

Digitized by Google

135. *De respondentibus quæstioni.*

STATUIMUS et ordinamus quod nullus admittatur ad respondendum quæstioni in artibus nisi steterit generalis sophista per biennium seu saltem ad minus per annum integrum exceptis filiis dominorum et quod duo sophismata generalia pro tempore et loco ab universitate deputatis tenuerit et quod bis responderit.

136. *Statutum novum de scientiis mathematicalibus legendis.*

STATUIT olim prisca patrum authoritas quæstionistas nostros præter lectionem ordinariam curserie quoque ab uno baccalaureo dialecticam totam audituros eosdemque post posteriorum introitum lectiones multiplices singulos quidem per seipsos exercere, atque hi rursus incepturi in artibus curtim ex uno magistro Aristotelis audirent philosophiam quique tibi jam primum inceperint consuetis diebus unius anni singuli ordinarie legere tenerentur. Quæ lectio quatriplex quoniam vel vetustate vel incuria jam prorsus evasit inanis onerosa ac inutilis et quod mathematicis artibus jam pene paricitantibus subvenire ducimus non indignum has lectiones commodius transmutando statuimus quod annis singulis deinceps nisi assistionem peritus in his artibus magister quispiam majoris partis regentium sententia delegatus hora post meridiem prima pro more dierum veteri legat baccalaureis atque scholaribus quos primos baccalaureos hoc eodem decreto adesse coarctamus per annum primum annorum trium arithmeticam et musicam alterum geometriam et perspectivam tertium astronomiam lectionibus vero a quinquagesima ad diem palmarum in sex hebdomadas autumni mutatis stipendiumque ad tres anni terminos XXVI solidorum et denariorum octo lector ex ære publico suscipiat. Quod ne hac impensa communis erarium extenuetur et quod æquum censemus onere levatos laboris mercedem saltem parem exponere debere. quæstionista quisque cum ad respondendum quæstioni admissus fuerit prædicto lectori VIII denarios solvere teneatur baccalaureus quilibet die introitus librorum posteriorum II solidos singuli incepturi in artibus die qua eos incipere contigerit XII denarios religiosus quisque præter mendicantes singulis anni terminis similiter

Digitized by Google

ſolvere debet IV denarios onere reliquo erga bedellos nihilominus pro conſuetudine in priſtino robore permanente.

137. *De formis audiendis quod magiſtri quam ſcholares arctius non aſtringantur.*

ITEM ſtatuimus quod magiſtri qui pro aliquo tempore in hac univerſitate rexerint ad audiendas lectiones ordinarias ter in ſeptimana in aliqua facultate ſub debito juramenti de obſervandis ſtatutis univerſitatis prædictæ, ſeu et jurati quicunque ad ſtatuta ejuſdem ſicut nec cæteri ſcholares nullatenus teneantur nec etiam in alia facultate curſorie legentes ad utendum cappis virtute prædicti juramenti de cætero ſint aſtricti. Volumus inſuper quod dictæ univerſitatis magiſtri diebus feriatis non prædicabilibus ſeu horis quibuſcunque quibus baccalaurei cæterive ſcholares legere conſueverunt ad legendum ratione alicujus juramenti ſeu fidei arctius quam dicti ſcholares vel baccalaurei minime teneantur.

138. *De forma rite audienda.*

ITEM ſtatuimus quod audientes textum in quacunque facultate pro forma in eadem facultate ſtatuta et requiſita rite eundem audire teneantur una cum quæſtionibus juxta modum magiſtrorum ſuorum in quæſtionando uſitatum ſi modus legendi in eadem facultate quæſtionem requirat ad cujus ſtatuti obſervantiam ſcholaribus per magiſtros ſuos monitionem ſeu denunciationem fieri volumus expreſſam.

139. *De baccalaureis et oppanentibus in quacunque facultate de reſpondentibus quæſtioni et incipientibus.*

STATUIMUS quod omnes noviter in quacunque facultate incipientes ſeu ad quæſtionem in artibus reſpondentes procuratoribus univerſitatis unam communam infra octo dies a tempore ſuæ inceptionis vel reſponſionis ad quæſtionem computandos ſub pœna ſuſpenſionis perſolvant: qui vero ad certam communam non fuerint prout ſtatus et honor eorundem exegerit eiſdem ſatisfaciant. Volumus etiam quod magiſter cui baccalaureus ad quæſtionem

Digitized by Google

onem reſpondet pro eodem de communa reſpondere teneatur. Nec quis præſumat ad quæſtionem citra ultimum terminum quarti anni ab eo tempore quo jam artes in univerſitate audivit reſpondere quod volumus conſtare magiſtro ſuo corporali ſacramento ſuper hoc præſtito ab eodem reſponſuro antequam ad reſpondendum admittatur. Item ſtatuimus quod nullus in dictis artibus ad quæſtionem reſponſurus admittatur niſi prius ejuſdem facultatis publice et rite ſummulas cum fallaciis et abſtractiones ſecundum uſum ſcholæ currentis ac tractatum inſolubilium audierit et ſuper his procuratoribus vel alteri eorum fidem faciat corporali præſtito juramento et etiam niſi juraverit ſe determinaturum in hac univerſitate infra biennium ſub pœna unius marcæ communi ciſtæ perſolvendæ infra menſem poſtquam defecerit.

140. *De determinatoribus pro ſe.*

ITEM ſtatuimus quod nullus in quadrageſima in artibus determinare præſumat niſi in anno præcedenti citra purificationem beatæ Mariæ virginis de quæſtione reſponderit. Statuimus etiam ne quis de cætero citra quintum annum in artibus determinare præſumat et quod quilibet determinaturus audierit in ſcholis ordinarie librum Terentii ſcilicet per biennium logicalia vero per annum naturalia quoque ſeu metaphyſicalia ſecundum quod ſuo tempore ea legi contigerit per annum: item quod ejus notitia in opponendo et reſpondendo a magiſtris ejuſdem facultatis fuerit approbata et quod in ſtatura moribus et ætate judicio magiſtrorum ad hoc per univerſitatem deputatorum idoneus et ſufficiens reputetur et tunc demum ad actum determinationis admittatur cum juraverit ſe formam iſtam in univerſitate approbata compleviſſe.

131. *De determinatoribus pro aliis.*

ITEM ſtatutum eſt quod nullus admittatur ad determinandum pro aliis niſi judicio magiſtrorum in ſtatura moribus et ſcientia ad minus per laborem vel ſtudium unius anni formam prædictam in perſonis determinatorum pro ſe ſtatutam excedat. Ad hujus ſtatuti et proximi ſupradicti obſervantiam deputentur duo procuratores una cum duobus aliis magiſtris artium ab omnibus in eadem facultate regentibus vel a majori parte eorundem ſecundum numerum

Digitized by Google

merum ad hoc electis et tunc demum admittatur cum formam prædictam in universitate approbata se juraverit complevisse.

142. *De artistis cursorie legentibus.*

ITEM nullus baccalaureus in artibus aliquem textum publice legat ante anni sue determinationis complementum.

143. *De superfluis præfationibus in inceptionibus.*

ITEM statuimus quod de cetero * incipiant canonistæ et legistæ superfluis et frivolis præfationibus omissis ita quod tantum unus magister in ista universitate actualiter regens tradat inceptori librum et pilleum cum benedictione sub quadam verborum brevitate quæ orationem dominicam in prolixitate non excedat.

144. *De solemniter resumentibus et forma resumendi.*

ITEM statuimus quod quilibet solenniter resumens in artibus pro tribus magistris suæ facultatis prius quæstionem determinet. Magister in medicina pro omnibus magistris suæ facultatis idem facere teneatur. Professor in jure civili in omnibus scholis suæ facultatis semel repetat. Doctor in jure canonico ad minus bis determinet. Doctor in theologia pro duobus doctoribus duas similiter determinet quæstiones. Dies vero determinationis faciendæ per cancellarium assignetur eisdem in qua disputent in habitu ordinario et juramentum præstent corporale quale noviter incipientes præstare consueverunt: oppo^m vero quæstionis prout in inceptionibus fieri assuetum est non determinetur. Non incipiat hic aliquis nec solenniter resumat nisi sub magistro qui hic inceperit vel solenniter resumpserit: nec quis præsumat hic de novo incipere qui in præsenti universitate per annum non studuerit nisi ipsius conversatio et peritia publice nota habeatur ibidem: omnibus præter incipientem vel incipientes in crastino inceptionis omnino a lectionibus cessantibus dummodo die præcedenti cum eo qui inceptionem tenet in convivio fuerint vel fuisse potuerunt.

145. *Quod*

* In lib. proc. jur. "incipiant canonistæ legere superfluis, &c."

Digitized by Google

145. *Quod hora inceptionum nullus magiſter vel baccalaureus legat.*

ITEM ſtatuimus quod nullus hora inceptionum aut ſolennium reſumptionum legere præſumat nec dum doctor magiſter aut baccalaureus ordinarie aut curſorie legerit aut actum ſolennem determinando repetendo aut diſputando publice exercuerit alibi in villa legendo detrahat audientes ſed quod quilibet auditorium debite ac fideliter promoveat juxta vires.

146. *Quod nullus per preces magnatum promoveatur ad gradum ſcholaſticum.*

QUONIAM legum ſanctiones et infra. Statuimus quod nullus pro gratia gradum ſcholaſticum concernente ſibi vel alii concedenda preces cujuſquam perſonæ vel communitatis noſtræ univerſitati per ſe alium vel alios effundi procuret ſed quod hujuſmodi precum effuſionem impediat quilibet quantum poſſit. Quod ſi pro aliquo in univerſitate noſtra ad gradum anhelante ſcholaſticum hujuſmodi preces per ſe vel aliquem amicum ſuum procuratæ fuerint ad ipſam univerſitatem delatæ ex tunc ad omnem gradum ſcholaſticum in eadem univerſitate ſumendum perpetuo ſit indignus. Et ad iſtius ſtatuti obſervantiam firmiorem volumus et ordinamus quod quilibet ſcholaris in prima admiſſione ſua ad actum aliquem ſeu gradum ſcholaſticum juret ſe nunquam preces hujuſmodi pro ſe vel alio procuraturum nec virtute talium precum gradum ſcholaſticum aſſumpturum ſeu quod aliquis aſſumat conceſſurum. Cum hoc autem ſtatuto abſque conſenſu magiſtrorum regentium et non-regentium omnium et ſingulorum nullatenus diſpenſetur. Et ſi contingat occaſione precum vel literarum hujuſmodi in excuſando proſequendo defendendo expenſas apponendo ſeu alias quomodolibet fatigari ex tunc ſi collegiatus fuerit vel religioſus nec ipſe cujus contemplatione preces aut literæ hujuſmodi ſunt porrectæ aut aliquis de eodem collegio ſive clauſtro ad aliquem actum ſcholaſticum ſive gradum in noſtra univerſitate admittatur niſi prius de damnis et expenſis in ea parte effuſis univerſitati prædictæ ſatisfaciat. Si autem aliquis pro quo continget ut præmittitur ſupplicari gratiam contemplatione ſupplicationis hujuſmodi per univerſitatem ſibi factam approbet admittendo

eo

Digitized by Google

eo ipſo ipſum dictæ ſupplicationis impetratorem tanquam principaliter procurantem pœnis ſupradictis decernimus ſubjacere.

147. *De habitibus et inſigniis magiſtrorum.*

IN theologia decretis et artibus regentes capis clauſis vel palliis in lectionibus et diſputationibus ordinariis utantur ad inceptiones et exequias in eodem habitu decenter incedentes. Inhibemus et ſtatuimus ne quis ſecularis in decretis incipiens alio habitu quam capa rubea in lectionibus ordinariis utatur nec contra hoc ſtatutum de capa rubea ſine conſenſu magiſtrorum regentium et non-regentium quovis modo diſpenſetur. De juriſtis etiam et medicis regentibus ſtatuimus quod non legant nec actus magiſtrales exerceant niſi in capis manicatis furratis non tamen lineatis niſi voluerint nec etiam aliquis magiſter regens artium congregationes vel ſcholas ingrediatur ad legendum opponendum vel reſpondendum niſi habitu ordinario vel capa manicata induatur. Hoc etiam de baccalaureis cujuſcunque facultatis curſorie legentibus obſervari decernimus theologis exceptis qui legant in capis rotundis et etiam decretiſtis qui ſaltem capis manicatis vel clauſis legant ſecundum exigentiam ſui ſtatus.

148. *De pilleis doctorum.*

PAR militia et infra. Statutum eſt quod religioſi mendicantes cujuſcunque ordinis exiſtant tam in aſſumendo quam in conferendo pilleos ac etiam in utendo eiſdem cæteris doctoribus ſecularibus coæquentur.

149. *Diſtinctio ſedium magiſtrorum.*

ITEM ſtatuimus quod ſecundum diſtinctionem facultatum in gradibus profeſſores earundem et doctores loca diſtincta diſtinctioni facultatum competentia in inceptionibus et ſolennibus reſumptionibus ad pedes doctorum in eadem facultate nullis aliis inter eos aſſidentibus ſedes habeant ſibi deputatas reſponſali tamen una cum duobus aliis baccalaureis tantum exceptis. Non-regentes vero inter ipſos reſponſales et baccalaureos in theologia in loco medio ſedes habeant ſi voluerint. In ſcholis quoque legum et decretorum

Digitized by Google

decretorum primam ſecundam et tertiam deſkam habeant ex utraque parte cathedræ quam duxerint eligendam ac etiam in repetitionibus et diſputationibus juris civilis et canonici non-regens ſcholaris aliis ſcholaribus et non-regens baccalaureus aliis baccalaureis præponatur in arguendo inceptoribus et magnatibus exceptis.

150. *De temporibus ceſſandi magiſtrorum et reſumendi.*

IN craſtinum ſancti Dionyſii magiſtri ſuas lectiones incipiant et eaſdem ſuis terminis finitas in craſtinum ſancti Hilarii et in die mercurii poſt quaſi modo geniti reſumant. Die vero qua cantatur O ſapientia et die veneris ante dominicam in ramiſpalmarum necnon et * in ſexto die menſis julii volumus etiam eas terminari nullam diebus ſupradictis diſputationem faciendo niſi eorum conſenſu aliter ſtatuatur. Diebus vero lunæ et martis in carniprevio quibus ſolebant ab olim omnes magiſtri ceſſare a lectionibus ordinariis et diſputationibus theologis duntaxat exceptis in poſterum legant ordinarie et diſputent univerſi illis diebus ſicut aliis diebus anni legibilibus et diſputabilibus facere conſueverunt et quod dicti dies inter legibiles de cætero computentur ac calendarium univerſitatis in hac parte emendetur. Volumus etiam quod ceſſent die cinerum ſubſequenti conſuetudine theologorum quoad dies jovis veneris et ſabati ſequentes ſemper ſalva. Item ſtatuimus quod ſingulis annis in die reſumptionis proxima poſt feſtum ſancti Michaelis fiat una miſſa ſolennis hora tertia ad quam conveniant regentes in habitu et eodem modo ultimo die ceſſationis in æſtate.

151. *De diverſis horis legendi et diſputandi.*

NON præſumat quis ultra principium pulſationis primæ lectionem incipere ordinariam nec poſt pulſationem lectionem inceptam continuare decreteſtis duntaxat exceptis qui nec ante primam nec poſt nonam lectiones ordinarias incipiant ſeu continuent. Inhibemus etiam ſub pœna ſuſpenſionis ne aliqui magiſtri vel ſcholares in jure civili vel canonico aliquam lectionem extraordinariam vel curſorie legant inter pulſationem primæ et nonæ diebus quibus magiſtri ordinarie legere conſueverunt magiſtris qui in iſta univerſitate rexerunt duntaxat exceptis: omnes vero auditores eorundem

* In lib. proc. jun. et in vet. fragm. "in vigilia tranſlationis ſancti Thomæ martyris."

Digitized by Google

eorundem ſi qui fuerint a ſcholarum ingreſſu ſuſpendantur et lectores ſi fraudem fecerint a lectura in perpetuum per procuratores vel eorum alterum ſuſpendantur niſi gratiam univerſitatis in hac parte meruerint obtinere. Ante tertiam pulſatam nullus logicus vel ordinariam præſumat facere diſputationem: magiſter vel baccalaureus diebus ſeu horis lectionum ſeu diſputationum ordinariarum ſuæ facultatis extraordinarie non legat nec diſputet.

152. *De doctoribus in jure civili ordinarie legentibus et eorum extraordinariis.*

ITEM ſtatutum eſt quod doctores in jure civili regentes anno quo legunt digeſtum vetus legere teneantur ſex libros primos et duodecimum XIII^m XIX^m XX^m ita quod dictos libros cum expoſitione textus et gloſarum citra feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ perficiant: extraordinarii vero eorundem ad minus novem libros viz. VII^m VIII^m IX^m X^m XI^m XIV^m XV^m XVI^m XVII^m citra eundem terminum perfiniant. Anno vero quo doctores codicem legunt ſex libros codicis viz. primum II^m III^m IV^m VII^m et VIII^m infra terminum præfatum perfiniant extraordinariique eorundem tres reſiduos libros citra eundem terminum cum expoſitione textus et gloſarum legendo compleant: ad præmiſſaque volumina infra prædictum terminum finienda ut præmiſſum eſt ſub pœna ſexaginta ſolidorum communi ciſtæ ſolvendorum doctores teneantur nihilominus ſalva actione ſcholaribus de pecunia recepta juxta quantitatem defectus lecturæ ejuſdem refundenda.

153. *Quod ordinarie legentes non audiant aliam facultatem.*

ITEM ſtatuimus quod nullus magiſter ordinarie legens audiat aliam facultatem hora ordinarie ſuæ facultati deputata.

154. *De diſputatione magiſtrorum noviter in artibus incipientium.*

ITEM ſtatuimus quod ſinguli magiſtri de novo incipientes in artibus diſputent per ſex hebdomadas a tempore ſuæ inceptionis computandas ſi tot hebdomadæ citra proximam ceſſationem de tribus ceſſationibus communibus habeantur: quod ſi ſex hebdomadæ non

Digitized by Google

non occurrant volumus ut ſingulis diebus ſaltem diſputabilibus citra ceſſationem vel ceſſationes prædictas diſputent magiſtri prænotati et in reſumptione generali poſt feſtum ſancti Dionyſii magiſtri juniores qui infra annum fuerint conſtituti bina vice ſuo ordine diſputent ante ſeniores et tunc ſeniores ſuo ordine diſputare teneantur. *

155. *De magiſtris qui gratis legunt.*

INHIBEMUS ſub pœna ſuſpenſionis ex nunc ne aliquis magiſter vel baccalaureus in jure civili vel artibus aliquem librum ordinarie vel extraordinarie ſeu curſorie de cætero gratis legere præſumat ſed omni fraude penitus excluſa infra tempus eidem per procuratores vel eorum alterum aſſignatum collectam ſuam faciat. Procuratores etiam virtute ſui officii tempus quo cæteri magiſtri communiter colligunt eiſdem aſſignare teneantur.

156. *De collecta doctoris in jure civili.*

ITEM ſtatuimus ne quiſquam infra limites univerſitatis noſtræ textum juris civilis vel gloſam extra ſcholas publicas legat alicui ultra quindenam pleni termini a die adventus ſui continue numerandam niſi quem ſciverit inter ſcholares ordinarie jura civilia legentes matriculatum exceptis magiſtris regentibus et non-regentibus ac etiam exceptis illis qui decretales ordinarie audientes ea intentione jura civilia extra ſcholas ſibi legi ſeu recitari faciunt ut facultati juris canonici habiliores fiant: et qui contra fecerit ipſo facto ſit communi ciſtæ noſtræ univerſitatis in XL denariis obligatus et hoc totiens quotiens fuerit in tali rebellione repertus. Inſuper ſtatuimus quod quilibet ſcholaris in jure civili infra quindenam a die captionis librorum per ſuum lectorem ordinarium factæ continue numerandam eidem ordinario lectori ſolvere teneatur pro lectura digeſtis quum legitur tres ſolidos et pro lectura codicis quum legitur duos ſolidos et hoc ſi librum habeat: ſi autem librum non habeat ad lectorem præfatum infra tempus prænotatum perſonaliter accedat et cum eo de ſalario componat. Quod ſi doctor vel lector in hac parte nimis oneroſus in exigendo vel ſcholaris

* In marg. utriuſque lib. proc. ita legitur. "Huic ſtatuto adjectum eſt quod ſi aliquis taxatorum ſeu procuratorum regens fuerit primi anni obſervabit ordinem in modo diſputandi ad modum regentis primi anni.

Digitized by Google

laris nimis delicatus vel parcus in offerendo exiſtat hujus ſalarium præſtatio ſeu ejus taxatio domini cancellarii vel ejus in hac parte vicem gerentis judicio relinquatur. Quod ſi ſcholaris talis qui librum non habet judicio arbitrio ſeu taxationi prædicti domini cancellarii vel ejus in hac parte vicem gerentis infra triduum taxationis factæ cum effectu non paruerit vel ad præſentiam lectoris ut præmittitur accedere non curaverit præmiſſaque vel aliquod præmiſſorum facere et ſubire contempſerit nullus magiſter vel alius quicunque legens ordinarie in univerſitate prædicta ejus nomen in ſua matricula inſerat vel eum pro ſcholari adnotare præſumat dictaque perſona præmiſſa contemnens omni privilegio univerſitati et ſcholaribus indulto careat tam in vita quam in morte quouſque tam de ſalario ſic taxato quam de ejus contumacia ſatisfecerit ſufficienter. Volumus etiam quod quilibet principalis omnia nomina ſociorum ſuorum legiſtarum ſi quos habuerit ſingulis terminis procuratoribus univerſitatis cum per eoſdem vel eorum alterum ſuper hoc fuerit requiſitus omni mora poſtpoſita exhibere teneatur alias prædictam mulctam ipſo facto incurrat et quod dicti procuratores in virtute juramenti præſtiti eos quos ex relatione ordinarie legentis invenerint non matriculatos tanquam falſos ſcholares puniant. Volumus etiam ut iſtud ſtatutum ſingulis terminis in ſcholis juris civilis publice legatur.

157. *Quod magiſtri publice colligentes tenentur legere.*

STATUIMUS etiam quod ſinguli magiſtri pro publica lectura colligentes tam extra primum annum quam intra ſingulis diebus terminorum legibilibus ſi commode poterint legant vel ad minus tribus diebus in hebdomada ſi tot in eadem legibiles fuerint ſub pœna medietatis collectæ ſuæ communi ciſtæ applicandæ.

158. *De ſecretis univerſitatis non revelandis.*

ITEM ſtatuimus quod nullum ſecretum univerſitatis ejuſdem cujus revelatio alicui extrinſicæ perſonæ facta poſſit veriſimiliter in notabile ſeu grave damnum vel præjudicium dictæ univerſitatis ſeu alicujus magiſtri ejuſdem vergere alicui perſonæ quæ non eſt de collegio reveletur quod quidem ſecretum a cancellario et majore et ſaniore parte univerſitatis regentium non eſſe revelandum fuerit

Digitized by Google

fuerit decretum. Et ſi aliqua perſona dictorum magiſtrorum regentium vel non-regentium ſeu ſervientium de hujuſmodi revelatione majori et ſaniori parti univerſitatis regentium fuerit probabiliter ſuſpecta per cancellarium coram univerſitate regentium eidem ſi negaverit purgatio cum numero magiſtrorum a cancellario juxta qualitatem delicti arbitrando indicatur: et ſi in dicta purgatione defecerit pro convicto habeatur ac propter idem delictum ab omni gradu magiſtrali beneficiis et honore ejuſdem univerſitatis ſuſpendatur et excludatur quouſque gratiam ab eadem univerſitate ſeu ſaltem a majore et ſaniore parte univerſitatis regentium meruerit obtinere.

159. *De pœna revelantium ſecreta et impedientium privilegia univerſitatis.*

ITEM ſtatuimus quod quiſcunque magiſter regens vel non-regens ſeu incepturus in aliqua facultate majori et ſaniori parti regentium probabiliter fuerit ſuſpectus quod impetrationem libertatum ſeu privilegiorum pro dicta univerſitate vel promotionem eorundem vel executionem impedierit eidem a cancellario coram univerſitate regentium per majores regentes vel non-regentes numero magiſtrorum a cancellario juxta qualitatem negotii arbitrando purgatio indicatur et ſi in dicta purgatione defecerit pro convicto habeatur ac propter idem delictum ab omni actu magiſtrali beneficiis et honoribus ejuſdem univerſitatis ſuſpendatur et excludatur quouſque gratiam ab eadem univerſitate vel ſaltem a majore et ſaniore parte univerſitatis regentium meruerit obtinere. Si autem aliqua perſona religioſa quæ non ſit de collegio univerſitatis hujus impedimentum per ſe vel per aliam perſonam fecerit vel procuraverit ex tunc nulla perſona de illa religione ad aliquem gradum magiſterii vel baccalaureatus admittatur donec ſufficienter univerſitati dictæ fuerit ſatisfactum ſub hac forma viz. quod ſuperiori illius ordinis et conventus in dicta univerſitate exiſtenti et ſi illa religio conventum in univerſitate non habeat ſuperiori conventus ſui alibi dicta offenſa denuncietur infra certum tempus emendanda quod ſi factum non fuerit ut ſuperius continetur procedatur: intelligentes per perſonam religioſam obedientiæ vel jurisdictioni ejuſdem ordinis ſubjectam aliis obſervantiis ſuper revelatione ſecretorum in ſuo robore duraturis.

Digitized by Google

160. *De votis non revelandis ante depoſitionem.*

ITEM ſtatuimus quod in depoſitionibus faciendis pro admittendis ad ſtatum magiſterii vel baccalaurei in quacunque facultate nullus magiſter votum ſuum ante depoſitionem illam nutu verbo aut ſigno tacite vel expreſſe cuiquam exprimat aut revelet aut ſuper his cum aliquo conferre præſumat.

161. *De modo et forma petendi gratias.*

ITEM ſtatuimus quod procuratores vel eorum alter cum occupante vices alterius ſeu procuratorum vices occupantes quamlibet gratiam petendam privatim ſcrutari teneantur et quilibet regens alteri eorum votum exprimens ſecrete reſpondere præmonitus per alterum procuratorum privatim reſpondere teneatur et pro ſecreto habere teneantur tam ſcrutator quam ſcrutatus: et qui contra hoc ſtatutum venerit pœnam de ſecreta revelantibus incurrat. Nulla etiam gratia conditionetur ſed pure concedatur vel negetur nec etiam aliqua gratia cum alia concurrat.

162. *De devolutione gratiarum ad congregationem * regentium et non-regentium.*

ITEM ſtatuimus quod quandocunque contigerit in congregationibus regentium aliquam gratiam cujus conceſſio judicio majoris partis eorundem noſtræ univerſitatis honori non deroget ſæpius eſſe petitam et negatam ita quod hujuſmodi gratia in congregationibus regentium per decem dies factis more ſolito petita expediri non valeat nulla ſiquidem rationabili cauſa ab aliquo regente objecta de qua fidem fecerit proprio juramento in fide præſtita univerſitati quo minus juxta judicium majoris partis eorundem regentium eadem gratia debeat expediri ex tunc plena poteſtas expediendi hujuſmodi gratiam ſæpius ut præmittitur petitam et nimis voluntarie negatam congregationi regentium et non-regentium adquiratur ita viz. quod quælibet hujuſmodi gratia pro expedita habeatur quam major pars regentium et major pars non-regentium ſimul duxerint concedendam omni ſtatuto prius in contrarium

* In lib. proc. ſen. et vet. fragm. deſunt "regentium et."

Digitized by Google

trarium edito ac contraria consuetudine hactenus approbata irritis penitus et cassatis: hoc etiam præmissis diligenter adjecto quod pro hujusmodi gratiis expediendis nullo modo vexentur non-regentes plusquam ter in anno nisi secundum judicium majoris partis regentium urgens necessitas pro hujusmodi expeditionibus ingruerit ad eosdem pluries congregandos.

163. *Restrictio potestatis regentium et ne duo mendicantes ejusdem claustri eodem anno incipiant.*

ITEM quarto non. julii anno Domini M° CCC° LIX° statutum est quod duo de eodem claustro mendicantium non incipiant uno anno: item quod non liceat cum isto statuto dispensare nec aliquem ad gradum vocare seu etiam de depositione doctorum aut magistrorum de non regendo ante completam lecturam bibliæ cum tempore aut forma in artibus licentiandi in theologia opponendi ad statum baccalaureatus aut doctoratus licentiandi tempore aut forma cursorie vel ordinarie legendi pœnam aut debitum aliquod alienandi decretum faciendi per quod universitas pars fieri possit absque consensu omnium et singulorum regentium et non-regentium.* Nolumus tamen per præsens statutum quod per unius de toto supradicto numero negationem aut duorum ad maximum gratia aliqua repellatur. Liceat tamen regentibus cum magistro qui in artibus rexerit annum in dialectica cum anno in theologia commutare ac annum theologiæ extra universitatem cum anno intra in alicujus ad statum baccalaureatus admissione et de artistis formam auditam vel lectam cum audienda æquali commutare. Liceat etiam eisdem cum opponentibus cursorie aut ordinarie legentibus ad sui laboris alleviationem de XV diebus continuis vel discontinuis in quolibet termino dispensare dummodo non per hoc citius cessent aut exequiis missis aut in actibus publicis nisi ex causa necessaria se absentent.

164. *Quod*

* In marg. lib. proc. sen. et in text. lib. proc. jun. post non regentium ita legitur "seu contra aliquod statutum de tempore aut forma ad aliquem gradum scholasticum vel curam ordinariam vel cursoriam seu etiam ad opponendum in theologia quomodolibet dispensare." Nolumus tamen, &c.

Digitized by Google

164. *Quod duo doctores vel duo baccalaurei de eodem claustro non concurrant in lectura.*

ITEM declaratum est per totam universitatem regentium et non-regentium quod de consuetudine istius universitatis legitime præscripta est obtentum quod de nullo ordine mendicantium possunt duo magistri vel duo baccalaurei in lectura ordinaria vel sententiarum in eadem universitate concurrere nisi super hoc fuerit cum eisdem ob causam aliquam rationabilem per eandem universitatem dispensatum: ita quod cujuscunque prædictorum ordinum uno lecturam hujusmodi incipiente semper alius ejusdem ordinis qui lecturam consimilem exercuerat ab eadem hactenus cessare nisi secum dispensatum fuerit ut præmittitur consuevit: et super ista declaratione quæ tanquam statutum de cætero firmiter observetur nisi per omnes magistros regentes et non-regentes istius universitatis legitime convocatos nullatenus dispensetur.

165. *Declaratio statuti de restrictione potestatis regentium.*

DECLARATUM est statutum de restrictione potestatis regentium quoad quandam particulam in eo contentam scilicet istam et de artistis formam auditam vel lectam cum forma audienda æquali commutare per majorem partem regentium et per majorem partem non-regentium sic fore intelligendum quod formam auditam vel lectam ordinarie vel cursorie cum æquali audienda vel legenda ordinarie vel cursorie possint regentes commutare.

166. *De literis conversationis.*

STATUIMUS quod quilibet magister sive regens fuerit sive non-regens habeat literas suæ conversationis sub sigillo communi universitatis consignatas dum tamen illas ab universitate petierit et easdem major pars regentium concesserit nisi aliquis aliquod legitimum impedimentum in forma juris contra ipsum opposuerit et probaverit.

167. *De*

Digitized by Google

167. *De ſermonibus examinatoriis.*

STATUIMUS quod quicunque baccalaureus de cætero in theologia incepturus antequam ad incipiendum in dicta univerſitate licentietur publice prædicet in eccleſia beatæ Mariæ ad clerum ubi actus alii ſcholaſtici ſolenniores fieri conſueverunt die prædicandi per cancellarium qui pro tempore fuerit ſibi primitus aſſignanda nec ad prædicationem alibi faciendam ulterius teneatur dum tamen cætera adimpleverit quæ in antiquo ſtatuto univerſitatis prædictæ plenius continentur. Fratres tamen prædicatores et minores in eccleſia antedicta hujuſmodi ſermones prædicare nullatenus teneantur ſed in locis ſuis tantum prædicent hos ſermones. Incepturus tamen exhibeat ſe cancellario vel ejus vices gerenti inſinuans eidem diem quem aſſumpſerit pro ſermone qua inſinuatione facta fiat præconizatio per ſcholas per communem ſervientem ſicut fit pro aliis incepturis niſi prius dies ille alicui alteri baccalaureo noviter incepturo per cancellarium ad prædicandum ſermonem examinatorium fuerit aſſignata: quod ſi factum fuerit alium diem ad prædicandum aſſumat prædicator vel minor ſolummodo motu ſuo et inſinuationem faciat et fiat præconizatio ſicut prius.

168. *De ſermonibus ad clerum quater in anno.*

ITEM ſtatuimus quod ſingulis annis quater viz. prima dominica adventus in LXX^ma^ in die cinerum et in die feſtivitatis de corpore Chriſti in eccleſia beatæ Mariæ ſtatim poſt pulſationem primæ et magnæ campanæ fiant ſermones duntaxat ad clerum per cancellarium qui pro tempore fuerit aut per aliquem vel aliquos magiſtrum vel magiſtros in theologia tunc actualiter regentem vel regentes ipſis diebus per cancellarium vel ejus locum tenentem aſſignandis.

169. *De ſermonibus ad clerum diebus dominicis in eccleſia beatæ Mariæ.*

ITEM ſtatuimus quod ſingulis dominicis diebus dum magiſtri in iſta univerſitate actualiter ſint regentes in eccleſia beatæ Mariæ ſtatim poſt pulſationem primæ in eadem tantum clero prædicetur verbum Dei a doctore vel baccalaureo in theologia vel ſaltem cui hujuſmodi

Digitized by Google

hujuſmodi officium prædicandi judicio univerſitatis decenter competere videatur per collatores ejuſdem univerſitatis deputando: proviſo tamen quod quiſcunque ad hujuſmodi actum prædicandi ſic ut præmittitur deputatus ſi caſu quocunque ipſum perſonaliter præpediri contigerit vices ſuas per alium in ea parte ſuppleri procuret. Fiat autem ſermo ad clerum hora et loco ſupradictis die tranſlationis beatæ virginis Etheldredæ.

170. *Declaratio ſtatuti prædicti.*

PROVISUM eſt et decretum per magiſtrum Robertum Fitzhue cancellarium univerſitatis cæteroſque magiſtros per plenam congregationem regentium et non-regentium ſpecialiter deputatos quod omnes baccalaurei in theologia qui ſermones examinatorios non prædicaverint ad prædicationem ſermonum diebus dominicis ad clerum ſecundum tenorem ſtatuti de ſermonibus ad clerum per aſſignationem collatorum æqualiter obligentur.

171. *De opponentibus in theologia.*

QUARTO die decembris anno Domini milleſimo cccc° LXVI° in plena congregatione regentium et non-regentium ſummatim declaravimus quod opponentes in theologia admiſſi ſive licentiati ad intrandum libros ſententiarum donec actualiter eoſdem intraverint cum effectu baccalaurei nomine in eadem dicta facultate minime gaudeant nec gradum baccalaureatus honoreſve ejuſdem in dicta ſacra theologia ſatis obtineant nec alia loca habeant quam inter opponentes in generali proceſſione ſive in eccleſia beatæ virginis cum ſermones ad clerum ibidem fuerint donec per introitum ſententiarum gradus perfecerint complementum.

172. *Ne concurſus nationum fiat in feſtis infra ſcriptis.*

ITEM ſtatuimus ſub pœna excommunicationis quam ex nunc in non parentes ferimus in his ſcriptis ne aliquis vel aliqui feſta vel ſolennitates ſanctorum Hugonis Edmundi Cuthberti Willi. Ebor. in aliquo loco ſingulari publice pro communi concurſu ſcholarium cujuſcunque nationis deputato celebrare attemptent ſed quilibet in ſua parochiali eccleſia Deo et ſancto cui devotus eſt ſi velit cultum augeat divinum.

173. *De*

Digitized by Google

173. *De festis sanctorum celebrandis.*

ITEM statutum est quod diebus sanctorum Augustini doctoris magni viz. ii kal. martii Benedicti abbatis scil. xii kal. aprilis Petri martyris de ordine fratrum prædicatorum iii kal. maij Antonii de ordine minorum scil. idus junii Willi. Ebor. archiepiscopi scil. vi idus junii et festivitatis de corpore Christi non legatur ordinarie nec extraordinarie ante horam nonam sed inter dies solennes habeantur. In festo vero sancti Johannis ante portam latinam in maio a lectionibus et disputationibus universis superscdeatur et quod alternis annis apud prædicatores et minores solennis prædicatio de prædicto sancto ad clerum tantum habeatur primo sermone apud prædicatores incipiente. Festum quoque conceptionis beatæ virginis duplex festum et solenne de cætero habeatur. In diebus vero sancti Gilberti et Thomæ de Aquino non legatur et in dicto die sancti Thomæ apud prædicatores ad clerum prædicetur.

174. *De generalibus processionibus.*

ITEM singulis annis pro benefactoribus universitatis fiant tres processiones generales una viz. prima die veneris in adventu Domini ii[a] prima die veneris ante passionem iii[a] prima die veneris ante ascensionem: ita tamen quod primo incedant capellani parochiales honeste cum crucibus et superpelliciis cantando litaniam suam usque ad locum deputandum ab universitate secundo fratres sancti Augustini iii° fratres de monte Carmeli iv° fratres minores v° prædicatores vi° fratres hospitalium sancti Johannis evangelistæ vii° baccalaurei universitatis viii° capellani universitatis ix° magistri regentes x° magistri non regentes et tunc plebs. Item statuimus quod singulis annis in perpetuum in tribus processionibus generalibus fiat recommendatio specialis pro anima magistri Michaelis Causton sub his verbis vel consimilibus Recommendo vobis specialiter animam magistri Michaelis Causton quondam cancellarii hujus universitatis qui ipsam et omnia collegia ejusdem donis cumulavit.

Digitized by Google

175. *De habitibus in proceſſionibus.*

NOS Johannes Rekyngale profeſſor theologiæ cancellarius univerſitatis Cantabrigienſis ac cœtus unanimis magiſtrorum regentium et non-regentium in eadem volentes honorem univerſitatis illæſum futuris temporibus et ut juramento aſtringimur præſervari ac ſtatum graduatorum honeſtatis titulo decorari ſtatuimus et ordinamus quod quilibet graduatus dum moram fecerit in noſtro municipio habitum habeat de proprio ſuo gradui competentem quo incedere proceſſionaliter teneatur ſingulis proceſſionibus generalibus per ſtatutum limitatis ac aliis pro ſalvatione regis et regni et cæteris ex cauſis neceſſariis per cancellarium ordinandis necnon veſperiis et inceptionibus illius facultatis cujus eſt ſcholaris in eccleſia beatæ virginis ſolenniter celebratis in eodem habitu intereſſe ſtrictius obligetur. In quibus caſibus nullus ſe abſentare præſumat niſi quem rationabilis cauſa excuſat per cancellarium approbanda.

176. *De penulis et pelluris baccalaureorum.*

ANNO Domini milleſimo cccc° xiv° xxiv° die maii nos Stephanus Le Scrope in legibus licentiatus archidiaconus Richmondiæ cancellarius univerſitatis Cantabrigienſis cœtuſque unanimis magiſtrorum regentium et non-regentium in eadem in plena congregatione noſtra ad hoc ſpecialiter celebrata volentes antiquas et laudabiles conſuetudines in dicta univerſitate hactenus approbatas eas præſertim quæ graduatorum honeſtatem concernunt de cætero inviolabiliter obſervari ſtatuimus et ordinamus ſub pœna ſuſpenſionis inhabilitationis et excommunicationis quas tranſgreſſor hujus ſtatuti incurrat ipſo facto quod nullus baccalaureus cujuſcunque fuerit facultatis in ſcholis proceſſionibus aut aliis actibus quibuſcunque uti præſumat penula aliqua vel pellura aut duplicatione de ſerico ſindone aut veſte altera conſimilis pretii ſeu valoris in tabardo caputio aut in alio habitu quocunque ſcholaſtico ſed tantum furruris buggeis aut agninis quibus in ſuis caputiis ſolummodo uti debent exceptis magiſtris gremialibus filiis dominorum necnon aliis ad beneficia eccleſiaſtica vel aliunde promotis quorum reditus ſeu proventus ad valorem annuum triginta marcarum

Digitized by Google

carum ſi hujuſmodi beneficia canonicatus ſeu præbendæ fuerint ſin autem ad valorem annuum quadraginta marcarum ad firmam de claro deductis oneribus ſe extendant ac etiam talibus perſonis quibus in hac parte major pars regentium et non-regentium per eorum conſenſum expreſſum duxerit deferendum. Inhibemus etiam ſub pœnis ſupraſcriptis ne quis baccalaureus in aliqua facultate in lectura ſeu actu aliquo ſcholaſtico utatur birreto pileo aut tena ſeu alio conſimili capitis ornamento. Et ad præmiſſorum obſervantiam firmiorem volumus quod quilibet ad gradum baccalaureatus in aliqua facultate de cætero admittendus in admiſſione ſua hujuſmodi ad omnia ſupraſcripta ſpecialiter ſit juratus.

177. *De communi libraria univerſitatis.*

SÆPE contingit quod ea quæ ad remedium ſunt proviſa ad noxam tendere dignoſcuntur quod equidem experientia edocet et ipſa res manifeſtat. Cum enim retroactis temporibus nobis permittentibus conſuetum fuerat ſcholares noſtros quoſcunque in communi libraria noſtra ad ſuum commodum et ut credidimus incrementum virtutum ita libere quemadmodum gremiales noſtros uſum librorum inibi habuiſſe quod in grave præjudicium noſtræ univerſitatis cedere non dubitamus ea propter nos volentes circa præmiſſa remedium providere ordinamus et ſtatuimus quod de cætero in dictam noſtram communem librariam qui graduatus non fuerit niſi cum graduato intrare non præſumat et cum eodem receſſurus: adjiciendo quod nullus graduatus non gremialis intret in bibliothecam ſive librariam præfatam abſque habitu ſuo gradui competenti et quod ſi quis hujus ſtatuti violator extiterit et ſuper eodem coram cancellario vel ejus vices gerente convictus fuerit perpetuam bannitionem incurrat ipſo facto: quod quidem ſtatutum per ſingula collegia et hoſpitia infra octo dies volumus publicari.

178. *De exequiis defunctorum.*

ITEM ad hoſpitium cujuſcunque regentis diſcedentis in municipio Cantabrigienſi conveniat cancellarius cum omnibus regentibus in habitibus ſcholaſticis corpus cum proceſſione magiſtrorum regentium ad aliquem locum in univerſitate exequiis ejuſdem defuncti deputatum delaturi ac exequias devotione qua decet celebra-

Digitized by Google

turi necnon pſalteria ſua poſt exequias ante receſſum ſuum complete dicturi lectionibus et diſputationibus a tempore mortis donec corpus eccleſiaſticæ traditum fuerit ſepulturæ omnino ceſſantibus. Exequiis autem magiſtrorum non-regentium omnes magiſtri non-regentes in villa præſentes una cum regentibus in habitibus ſcholaſticis intereſſe teneantur. Ad exequias vero ſcholarium et bedellorum cancellarius veniant et regentes ante corporum ſepulturas nullatenus receſſuri die ſepulturæ diſputationibus omnino caritura illis tantummodo exceptis qui artem ſolam docent vel audiunt grammaticam ad quorum exequias niſi ex devotione non veniant ſupradicti.

179. *Declaratio ejuſdem.*

STATUTUM de exequiis magiſtrorum gremialium decedentium ſic ſtatuimus fore moderandum: primo quod ad locum in quo moritur regens aliquis cancellarius vel ejus locum tenens cum cæteris regentibus ſimul in habitibus ſcholaſticis ad locum vero non-regentis omnes tam regentes quam non-regentes ſecundum formam in antiquo ſtatuto expreſſam conveniant: proviſo tamen quod ſi aliquem magiſtrum gremialem mori contingat tunc tale funus ad ſepulturam ut in antiquo ſtatuto continetur deferatur et tunc poſt quædam ſuffragia dicenda in proceſſione funeris ad eccleſiam cum cæteris in tempore ſepulturæ adhibitis ſtatim ante omnia nullis prius receſſuris donec corpus tradatur chriſtianæ ſepulturæ. Item ſtatuimus quod ſive obierit regens ſive non-regens nihil de dicendis ſuffragiis in antiquo ſtatuto expreſſis omittatur. Tempora tamen dicendi exequias miſſas et pro regentibus pſalteria diſcretioni et arbitrio cancellarii ejuſve vicem gerentis dummodo ultra duos dies immediate ſequentes prædicta non diſtulerit relinquantur.

180. *De exequiis annuatim celebrandis.*

SINGULIS annis XIV^mo^ die junii ſero et in craſtino mane conveniant univerſi regentes exequias domini Hugonis quondam Elienſis epiſcopi qui domum ſcholarium in hac univerſitate fundavit cum toto ſervitio mortuorum devote celebraturi. Item V^to^ die novembris ſero et in craſtino ejuſdem mane conveniant univerſi regentes

Digitized by Google

regentes domini Henrici de Staunton qui domum ſcholarium ſancti Michaelis in hac univerſitate fundavit exequias cum toto ſervitio mortuorum devotione celebri pſallituri. Item xxviii° die novembris in ſero et in craſtino mane conveniant ſinguli regentes in eccleſia beatæ Mariæ dominæ Elianoræ reginæ ſervitium et exequias celebraturi ad quod obſervandum obligatur univerſitas per ſcriptum ſuum ſigillo communi univerſitatis ſignatum in quo concedit univerſitas quod omnes qui de cætero in iſta univerſitate ſunt incepturi corporale præſtent ſacramentum præmiſſa fideliter ſuis temporibus obſervare et quod tenor ſcripti prædicti in ſingulis anniverſariis dictæ reginæ et etiam in inceptione quacunque de verbo ad verbum plenarie coram regentibus recitetur. Item ſtatuimus ut ſingulis annis xxii° die junii in ſero et in craſtino in mane conveniant omnes regentes in eccleſia beatæ Mariæ virginis exequias officium mortuorum cum miſſa ſolenni pro anima domini Johannis de Ely quondam Norwycenſis epiſcopi qui centum marcas dedit in auxilium perpetuum aulæ univerſitatis devote celebraturi. Item quod ſingulis annis v^to^ die maii ſero et in craſtino in mane conveniant univerſi regentes in eccleſia beatæ Mariæ ibidem celebriter pro anima domini regis Edwardi de Carnarvan fundatoris Aulæ Regiæ iſtius univerſitatis devotas exequias cum toto officio mortuorum expleturi. Item ſingulis annis poſt feſtum natalis Domini die quo magiſtri lectiones ſuas actualiter reſument fiat una miſſa pro anima magiſtri Thomæ de ſancto Botolpho hora congregationis quæ incipiatur pulſata campana accedentibus magiſtris ad congregationem. Item ſingulis annis in vigilia ſancti Matthiæ apoſtoli conveniant omnes regentes in eccleſia beatæ Mariæ exequias debito modo et in craſtino miſſam pro anima magiſtri Willi. de Blida qui decem marcas cuidam ciſtæ contulit pro utilitate ſcholarium in eodem loco celebraturi. In eiſdem vero exequiis fiat memoria pro anima magiſtri Roberti Wynwyk quondam iſtius univerſitatis cancellarii cum collecta ſpeciali. Item ſingulis annis xix° die martii in ſero et in craſtino in mane conveniant omnes regentes * pro anima domini Gilberti de Ronbury qui quondam ciſtam in univerſitate iſta fundavit exequias cum miſſa devotione celebri pſallituri. Item xviii° kalendas julii in ſero et in craſtino conveniant omnes regentes ad domum ſancti Petri pro anima domini Hugonis de Balſham exequias et miſſam pſallituri. Item in feſto

ſanctæ

* In lib. proc. jun. poſt *regentes* legitur "ad domum ſancti Petri."

Digitized by Google

ſanctæ Katherinæ ſingulis annis fiant exequiæ et in craſtino miſſa pro benefactoribus iſtius univerſitatis convenientibus ad hoc omnibus regentibus. Item ſingulis annis in vigilia converſionis ſancti Pauli in ſero et in mane in craſtino conveniant regentes in eccleſia beatæ Mariæ pro anima domini Willī. quondam Norwycenſis epiſcopi qui duas aulas et unam ciſtam in univerſitate iſta fundavit exequias et miſſam celebraturi ſolenniter et devote. Item ſingulis annis IV° die februarii in ſero et in mane in craſtino conveniant omnes regentes exequias pro anima magiſtri R. Lyng devote celebraturi. Item XVII° kal. aprilis conveniant omnes regentes pro anima domini Roberti de Lufnham exequias et miſſam in craſtino celebraturi. Item V° idus junii conveniant omnes regentes ad aulam Pembrochiæ pro anima domini Adomari de Valence comitis Pembrochiæ exequias et miſſam in craſtino celebraturi. Item ſingulis annis infra octavam trinitatis fiant exequiæ ſolennes pro anima domini Willī. quondam Norwycenſis epiſcopi et miſſa in craſtino convenientibus omnibus regentibus et hoc pro fundatione ciſtæ Trinitatis. Item ſingulis annis primo die veneris in adventu Domini conveniant omnes regentes pro anima domini Willī. Norwycenſis quondam epiſcopi exequias ſolennes et in craſtino miſſam devote celebraturi. Item ſingulis annis conveniant ſinguli regentes XXII° die menſis novembris in capella univerſitatis exequias cum miſſa pſallituri pro animabus dominorum Thomæ More quondam decani eccleſiæ cathedralis ſancti Pauli Londini et Johannis Preſton ejuſdem eccleſiæ canonici. Item ſtatūtum eſt quod in ſingulis miſſis anniverſariis pro animabus fundatorum ciſtarum ſubſcriptarum celebrandis viz. Trinitatis Lyng Neale et ſancti Johannis poſt principalem collectam dicatur ſpecialis collecta pro animabus Thomæ et Johannis prædictorum. Item ſingulis annis XI° die menſis octobris convenient regentes pro anima Willī. Wycham quondam epiſcopi Wyntonienſis exequias cum miſſa in craſtino celebraturi. Item XIX° die martii convenient regentes pro anima magiſtri Ricardi Holm exequias cum miſſa in craſtino celebraturi. Item ſingulis annis XXI° die menſis auguſti convenient regentes in choro eccleſiæ beatæ Mariæ exequias cum miſſa in craſtino celebraturi pro animabus regis Ricardi Thomæ Barow doctoris et aliorum ut patet in regiſtro quodam earundem exequiarum ubi ordinatur quod ſinguli regentes et non-regentes ſecundum formam dicti ſtatuti qui iiſdem exequiis et miſſæ interfuerint

devote

Digitized by Google

devote et complete viz. in exequiis ante initium pſalmi magnificat et in miſſa ante initium epiſtolæ participabunt ſecundum tenorem prædicti regiſtri.

181. *De ciſtis univerſitatis.*

CISTAM magiſtri Thomæ de ſancto Botulpho cuſtodiant unus magiſter regens alter non-regens a qua ciſta nullus habens reditum annuum x librarum aliquid mutuo accipiat alius vero dimidiam marcam ſub pignore libri vel alterius jocalis et non ultra quouſque dictæ ciſtæ excrevit facultas ad unum annum præciſe mutuare poterit: poſt annum vero lapſum trina præconizatione per ſcholas facta debitor hujuſmodi redimat pignus vel vendatur et quicquid excreverit de ſumma remaneat in ciſta quouſque a debitore petatur. Item in fine anni cuſtodes ciſtæ computent de pecunia et pignoribus receptis quo debite facto habeant acquietantiam ſub ſigillo univerſitatis. Item quod dicta pecunia in alios uſus quam ut mutuetur ſcholaribus ut præmiſſum eſt convertatur non poterit quomodolibet diſpenſari. Ciſtam magiſtri Willī. de Blida cuſtodiant duo magiſtri in artibus ad hoc jurati unus regens alter non-regens a qua nullus habens reditum annuum ſive valorem c ſolidorum in temporalibus vel ſpiritualibus mutuo aliquid recipiat nec aliquis alius ultra decem ſolidos quouſque facultates dictæ ciſtæ excreverint et hoc ſub pignore ſufficienti libri vel alterius jocalis. Item nec alter cuſtodiens dictæ ciſtæ ultra x ſolidos mutuare ab eadem debet. Item pignora non redempta vendent computabunt et alia faciant ut in proximo præcedenti capitulo ordinatum eſt. Ciſtam domini Johannis de Bloundel cuſtodiant duo magiſtri in artibus unus regens alter non-regens ad hoc jurati de qua mutuo accipere poterit magiſter x ſolidos et non ultra et hoc ſub pignore ſufficienti baccalaureus dimidiam marcam et non ultra ſub pignore &c. Poſt annum facta trina præconizatione vendatur pignus non redemptum: vagabundis vero publice concubinariis pacis perturbatoribus vel ſcholaribus in matricula non inſertis nihil penitus mutuetur a ciſta prædicta. De excreſcentiis vero fiat ſicut ſupradictum eſt nec committatur pecunia ciſtæ prædictæ mercandiis vel negotiis ſecularibus ſeu quomodolibet diſtrahatur ſed ſolum ad uſus pauperum ſcholarium applicetur et ſolum talium qui decem marcas annuatim in reditibus vel poſſeſſionibus non

ſunt

Digitized by Google

ſunt aſſecuti. Ciſtam Gilberti de Rondebyry cuſtodiant duo magiſtri artium unus regens alter non-regens de qua nullus habens reditus ad valorem x librarum annuatim in ſpiritualibus vel temporalibus aliquid mutuo accipiat. De non habentibus vero reditus hujuſmodi magiſter mutuare poterit unam marcam et non ultra baccalaureus octo ſolidos et non ultra ſcholaris vero inferior quinque ſolidos cujuſque facultatis et hoc ſub pignore libri vel alterius jocalis ſummam mutuatam notabiliter excedentis. Cuſtodes etiam poſt lapſum anni vendant pignora reddant computum &c. ut ſupra dictum eſt. Ciſtam Walteri Neel cuſtodiant tres magiſtri artium quorum unus ſit aularis alii duo quorum neuter cuſtodiam dictæ ciſtæ anno immediate præcedente habuit qui eligantur infra octo dies poſt feſtum ſancti Dionyſii et ad ordinationes ſuper cuſtodia dictæ ciſtæ ſtatutas corporaliter jurent: a qua ciſta nullum præſtetur mutuum niſi ſub pignore pecuniam mutuatam in quarta parte excedente: pignus vero poſt annum niſi habeatur facta trina monitione vendatur: excreſcentiæ ſi quæ fuerint in venditione tradantur impignoranti. Ab hac ciſta mutuare poterit quiſcunque magiſter ſtudens in univerſitate LX ſolidos baccalaureus XX ſolidos ſcholaris unam marcam et non ultra alii non ſcholares non penitus inde mutuo accipiant. Plures aliæ conditiones ſunt in ſtatuto de ciſta prædicta. Ciſtam ſanctæ Trinitatis cuſtodiant tres magiſtri in artibus quorum unus ſit de collegio dictæ Trinitatis jurati et electi ut in proximo capitulo totaliter. Ab hac ciſta mutuare poterit magiſter ſtudens IV libras et quilibet conſocius aulæ ſimiliter baccalaureus XXX ſolidos ſcholaris vel bedellus XX ſolidos &c. ut in capitulo proximo.

182. *Juramentum pro ſingulis cuſtodibus ciſtarum quod ſcilicet libri pro cautionibus non ſunt recipiendi.*

STATUTUM eſt et ordinatum per majorem ac ſaniorem partem regentium et non-regentium univerſitatis Cantabrigiæ ſexto die novembris anno Domini milleſimo cccc° octogeſimo quod de cætero nullus cuſtos alicujus ciſtæ in prædicta univerſitate fundatæ vel deinceps fundandæ libros aliquos in papiro ſcriptos vel impreſſos pro cautione ſive parte cautionis quovis modo deinceps recipiat ſub pœna unius marcæ univerſitati applicandæ: et ad hoc ſtatutum volumus ſingulos cuſtodes in ſuis admiſſionibus corporale præbere juramentum.

183.

Digitized by Google

183.

CLAMOREM juſtitiæ audivimus conquerentis quomodo ciſtæ conſcriptos per patres fundatæ damnum non modicum et ruinam omnes et ſingulæ patiuntur per majorum noſtrorum deſidiam cuſtodum negligentiam et ſtationariorum aſtutiam dolum fraudem et infidelitatem. Sagaciter feliciterque anno Domini milleſimo cccc octogeſimo nono ſecundo die menſis junii damnum iſtud atque ruinam videns ac intuens præ cæteris magiſtra Elizabet Clere inter multiplicia ſuæ charitatis opera divina quadam ut creditur providentia ſua ex liberalitate ducentas marcas donavit ad ciſtarum reparationem: cum qua quidem ſumma octo ciſtæ videlicet Nele ſanctæ Trinitatis Darlyngton Byllyngforth Exceter Lynke ſancti Johannis et Fenne in priſtinum ſtatum earundem fundationum perfecte ſunt reſtauratæ et redintegratæ. Ne igitur conſimilis occaſio damni et ruinæ ciſtis prænominatis quod abſit in futurum contingat nos Thomas Rotheram cancellarius univerſitatis Cantabrigienſis et cœtus unanimis regentium et non-regentium ſtatuimus et ordinamus quod ſtatutum de auditoribus et cuſtodibus ciſtarum diſtricte obſervetur ac in juramento dato auditoribus et cuſtodibus legatur in plena congregatione et omnino cum ſilentio audiatur. Item quod quilibet liber impignoratus aut impignorandus licet ſupplementum nominetur ſit in ſe cautio et quod in duplo verum valorem excedat. Item quod cuſtodes inſcribant nomen ac cognomen impignorantis ſimul cum loco ſuæ habitationis. Item quod in qualibet ciſta ad minus unus cuſtodum ſit aularis. Item quod nullus religioſus cujuſcunque fuerit profeſſionis aut ordinis pecuniam mutuo recipiat de ciſtis univerſitatis niſi prius ſe oſtendat habere poteſtatem impignorandi cautionem ac præſtandi juramentum ſub ſigillo conventus vel prioris vel gardiani quod penes cuſtodes volumus remanere uſque ad finalem redemptionem hoc eſt quamdiu pignus in ciſta remaneat. Item quod cuſtodes ciſtarum ſint ſtationarii. Volumus inſuper quod omnia iſta ſtatuta ſimul ſcribantur in qualibet ciſta cum ſtatutis earundem. Jurent cuſtodes ciſtarum quod nulli de ciſta ad cujus cuſtodiam ſunt admiſſi pecuniam mutuo dabunt niſi prius mutuum ſub pignore accipiens juret quod ad uſum ſuum duntaxat illam pecuniam recipiet et quod pignus impignorandum ſit ſuum vel quod ſibi a vero do-

Digitized by Google

mino ad illum effectum data sit potestas nec alterius nomen ibi inseretur nisi de cujus voluntate constet tam dictis custodibus quam pecuniam mutuo recipienti exceptis illis qui in villa præsentes infirmitate vel incarceratione legitime fuerint impediti qui per procuratores habentes in hac parte mandatum sufficiens tam in animas proprias quam dominorum suorum juramentum præstent supradictum.

184.

OMNIBUS Christi fidelibus præsentes literas inspecturis nos Eudo la Zouche legum doctor et cancellarius universitatis Cantabrigiensis ad perpetuam rei memoriam notum facimus per præsentes quod cum dominus Jacobus de Roos miles Johannes Pechel rector ecclesiæ sancti Andreæ de Histon et Henricus Hammond executores testamenti bonæ memoriæ domini Willī. de Thorpe militis scholas theologorum, cum capella pro animabus dicti Willī. et dominæ Gratiæ consortis suæ ad Dei honorem incrementum studii et universitatis profectum fecerunt solenniter ædificari ecclesiasticæque conveniat distributioni spiritualia pro terrenis stabilia pro caducis æterna pro temporalibus elargiri nostra authoritate ac totius universitatis prædictæ tam regentium quam non-regentium statuimus promittimus ac ad infra scripta nos successoresque nostros firmiter obligamus quod singulis annis secundo non. maii cancellarius prædictæ universitatis qui pro tempore fuerit et singuli regentes in capella prædicta convenient exequias solenniter celebraturi pro anima Willī. prædicti cum missa in crastino viz. cum diacono et subdiacono. Item statuimus et ordinamus quod singulis annis XIX die mensis novembris per prædictum cancellarium regentesque prædictæ universitatis fiant exequiæ pro anima dominæ Gratiæ consortis prædicti domini Willī. cum missa in crastino et solennitate superius annotata. Insuper unanimi consensu nos cancellarius regentes et non-regentes concedimus de gratia nostra speciali quod quilibet incepturus sive recturus et lecturus in sacra theologia in scholis ædificandis per prædictos executores jurabit tactis sacrosanctis in die inceptionis suæ quod quolibet die quo contingat ipsum legere in scholis annotatis finito psalmo Ad te levavi non recedet a prædicto loco quousque dixerit psalmum De profundis pro animabus prædictorum domini Willī. et dominæ Gratiæ

Digitized by Google

Gratiæ conſortis ſuæ cum orationibus ſubſequentibus videlicet Omnipotens Sempiterne Deus cui nunquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur propitiare animabus famuli tui et famulæ tuæ ut qui de hac vita in tui nominis confeſſione deceſſerunt ſanctorum tuorum numero facias aggregari. Fidelium Deus omnium conditor et redemptor animabus omnium fidelium defunctorum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgentiam quam optaverunt piis ſupplicationibus conſequantur qui cum Deo Patre &c. Item nos cancellarius univerſi regentes et non-regentes ſtatuimus et ordinamus * quod quilibet graduandus in quacunque facultate ſive admittendus in congregatione jurabit quod dicet pſalmum De profundis cum orationibus annotatis ante receſſum de capella antedicta pro animabus prædictorum domini Willī. et dominæ Gratiæ conſortis ſuæ. Item † volumus quod omnium et ſingulorum prædictorum fiat in univerſitate prædicta ſtatutum et inter cætera ſtatuta ejuſdem ſolenniter incorporatum. Item ſtatuimus et ordinamus quod nulli omnino liceat in perpetuum iſtud ſtatutum impugnare infringere aut in parte vel in toto deſtruere ſive imminuere. Et ad majorem ſecuritatem omnium et ſingulorum præmiſſorum ſigillum univerſitatis noſtræ appoſuimus. Dat. Cantabrig. XII° kal. julii anno Domini milleſimo ccc° nonageſimo octavo.

185.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint Eudo la Zouche legum doctor cancellarius univerſitatis Cantabrigienſis ac cætus unanimis magiſtrorum regentium et non-regentium in eadem ſalutem in omnium ſalvatore. Cum bonæ memoriæ dominus Hugo de Balſham quondam Elienſis epiſcopus collegium ſancti Petri Cantabrigiæ laudabiliter fundavit pariter et dotavit necnon univerſitatem noſtram quam pluribus privilegiis in ſpiritualibus inſignivit volentes ipſius reverendiſſimi patris animam perpetuis devotionum ſuffragiis apud nos et ſucceſſores noſtros haberi ſpecialiter commendatam ipſius exequias et miſſam conſuetas cum majore reverentia quiete et devotione decernimus

* In lib. proc. jun. "quod poſtquam capella fuerit plenarie ædificata quilibet graduandus &c."

† In lib. proc. jun. "Volumus et ordinamus quod quouſque ad completionem capellæ prædictæ exequiæ cum miſſis earundem celebrentur in eccleſia beatæ Mariæ juxta forum et quod omnium et ſingulorum &c."

Digitized by Google

nimus fore futuris temporibus celebrandas. Et quia in quodam ſtatuto univerſitatis prædictæ de incepturis cujus rubrica ſeu titulus talis eſt "Infra quod tempus licentiati incipient" cum aliis continetur quod cancellarius univerſitatis prædictæ cuilibet incepturo diem diſputabilem ad incipiendum aſſignet quem eligere voluerit hujuſmodi incepturus cujus occaſione officium exequiarum et miſſæ prædictarum minus devote frequenter fuerat celebratum ideo volumus ſtatuimus et ordinamus quod nullus incepturus de cætero ſeu lectiones ſuas ſolenniter reſumpturus eliget ad incipiendum diem ſancti Blaſii necnon ſanctorum Viti et Modeſti in quibus diebus univerſitas prædicta conſuevit hujuſmodi exequias cum miſſa celebrare ad hoc per ſuas patentes literas obligata nec licebit alicui cancellario præſidenti vice-cancellario ſeu hujus locum tenenti aliquem dierum prædictorum aſſignare de cætero hujuſmodi incepturo niſi ex ardua cauſa et probabili primitus approbata per cancellarium vel hujus locum tenentem et per tres partes omnium magiſtrorum collegiorum dictæ univerſitatis ad hoc negotium conſentientium ſpecialiter vocatorum vel eorum vices gerentium dummodo hujuſmodi vices gerentes gremiales fuerint ſi ipſi magiſtri tali vocationi cancellarii commode non poterint intereſſe. Volumus etiam et ordinamus quod hoc ſtatutum inter cætera ſtatuta univerſitatis inſertum perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervetur.

186.

UNIVERSIS et ſingulis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis nos Thomas Stoyle ſacræ theologiæ profeſſor vicecancellarius univerſitatis Cantabrigienſis cœtuſque unanimis magiſtrorum regentium et non-regentium in eadem ſalutem in omnium ſalvatore. Quoniam ratio humanitaſque requirere videtur ut ſuperioribus nobis benefactoribus et ſi non condignas ſaltem utcunque congruas referamus gratias eiſque juxta virium exilitatem ut poſſumus meritoria obſequia reddamus hinc eſt quod merito cum probitatis tum bonorum operum exhibitione reverendus in Chriſto pater ac dominus dominus Thomas Rotheram divina miſeratione Lincolnienſis epiſcopus ac magnus Angliæ generalis hujuſque almæ univerſitatis præcipuus dignuſque cancellarius et ſingularis patronus tum in honorem Dei incrementum ſtudii et univerſitatis noſtræ

Digitized by Google

noſtræ profectum ſcholas novamque ſuperius librariam polito lapide ſumptuoſa pompa ac dignis ædificiis perfecerit eamque omnibus ut decuit rebus exornatam non paucis vel vilibus libris opulentam reddidit plurimaque inſuper alia bona eidem univerſitati procuravit idcirco nos antedictus vice-cancellarius cœtuſque magiſtrorum univerſitatis præfatæ prædicta conſiderantes ſuamque munificentiam cum gratiarum actione amplectentes eidem reverendo domino ſpiritualium retributionem ut poſſumus impendere cupientes decrevimus eundem venerabilem patrem inter primos benefactores univerſitatis noſtræ perpetuo ſtatuendum et quod nomen ejuſdem inter nomina benefactorum noſtrorum ſcribatur ut annis ſingulis per ſacerdotem ſingulas ſcholas magiſtrorum viſitantem ad orandum pro benefactoribus univerſitatis ſpecialiter recitetur. Inſuper ordinamus et ſtatuimus nos ac ſucceſſores noſtros in perpetuum obligantes quod ſingulis annis dum præfatus pater vixerit poſt feſtum paſchæ die quo magiſtri lectiones ſuas actualiter reſument fiat una miſſa cum diacono et ſubdiacono quæ pro ſalubri incolumitate ſtatus ac perſonæ epiſcoporum univerſorum ſolet celebrari et poſtquam prædictus pater ab hac luce migraverit habeat exequias et miſſam in craſtino ſolennem quæ pro epiſcopis mortuis celebrari ſolet die quem ipſe pater vel alius nomine ejus aſſignabit. Volentes etiam quod tenor præſentis noſtræ conceſſionis et ſtatuti in regiſtro noſtro cum aliis ſtatutis inſeratur et ut præmiſſa ſingula conceſſa et decreta robur obtineant perpetuæ firmitatis præſentes literas noſtras patentes ſuper his fieri fecimus ſigilli univerſitatis noſtræ communis ac etiam ſigilli cancellarii ejuſdem appenſione communiri anno Domini milleſimo cccc° ſeptuageſimo quinto et XIII° die menſis maii.

187. *De ordinandis archidiaconis et aliis promotis in proceſſionibus et ſcholis.*

QUIA de archidiaconis et aliis in ſpiritualibus excellenter promotis variæ diverſorum extitere ſententiæ quemnam locum et ordinem inter alios obtinerent in proceſſionibus generalibus et aliis conventibus publicis volentes deinceps omnem tam ancipitis dubitationis materiam tollere ſtatuimus et ordinamus ut deinceps archidiaconi et alii excellenter in ſpiritualibus promoti dum tamen non in aliqua quatuor dignitatum principalium conſtituti fuerint ſi in

Digitized by Google

ſi in artibus ſint regentes in proceſſionibus generalibus congregationibus et exequiis ſublimiorem inter alios artium regentes locum obtineant: ſi vero non-regentes in artibus magiſtri fuerint ſuperiorem inter non-regentes ordinem in proceſſionibus habeant: ſint autem ſi baccalaurei fuerint inter baccalaureos omnes non gremiales ſupremo loco et ordine. Denique qui doctores in facultate qualibet fuerint ſuo loco et ordine inter doctores ſint contenti: in inceptionibus vero et veſperiis qui doctores non fuerint eminentiorem quempiam locum habeant tamen infra doctorum ſedes.

188. *De computis ciſtarum faciendis quotannis ante feſtum omnium ſanctorum.*

CUM cerneremus ſæpenumero ciſtarum noſtrarum cuſtodes parum perjurii periculum formidantes ſalutis ſuæ detrimenta incurrere dum circa ipſarum ciſtarum adminiſtrationes aut ratiocinia non tam ſoliciti et diligentes erant ut juxta ſua juramenta eſſe deberent decrevimus per hoc ſtatutum et ciſtarum indempnitatibus et hominum ſaluti quoad poſſumus proſpicere. Statuimus ergo ut deinceps ciſtarum noſtrarum cuſtodes omnes tam veteres quam novi necnon auditores teneantur earundem ratiocinia facere ſingulis annis ante feſtum omnium ſanctorum. Quod ſi quiſpiam ſegnis et negligens repertus fuerit quo minus per eum tempore congruo hujuſmodi computus fiat XII denarios ſolvere univerſitati prima vice teneatur. Si autem per culpam cujuſquam adhuc diutius hujuſmodi computus differatur per dies XV duplam pœnam incurrat et ita deinceps pro quindena qualibet dilationis computus ſemper pœna denariorum XII accreſcat. Qui vero pecuniam in forma ſupradicta taxatam perſolvere recuſaverint eos tanquam perjuros in XL ſolidis condemnandos fore decernimus. Volumus autem hoc ſtatutum ſingulis annis legi coram cuſtodibus cum electi fuerint et ad hoc eos obſervandum ſicut ad cætera ſtatuta de ciſtarum cuſtodiis corporale præſtare juramentum.

STATUTA

Digitized by Google

STATUTA ANTIQUA

IN ORDINEM NON REDACTA.

Digitized by Google

STATUTA ANTIQUA

IN ORDINEM NON REDACTA.

De cautionibus doctorum tam in jure canonico quam civili ordinarie legentium procuratoribus exhibendis.

STATUIMUS et ordinamus quod ſenior deinceps regens decretorum doctor ſi in noſtra univerſitate moram traxerit et legere voluerit in ultima congregatione regentium ante nativitatem ſancti Johannis baptiſtæ coram cancellario vel ejus vicem gerenti et procuratoribus pro toto ſequenti anno ſcholas ſuæ facultatis conducere teneatur quibus ſic conductis alteri minime locabit et de ſatisfaciendo ſecundum morem infra ſequentis anni ſpatium et univerſitati et bedellis realem ipſe cautionem ad valorem quatuor marcarum ſtatim in eadem congregatione priuſquam ſuas ſcholas conduxerit in manus alterius procuratorum deponat: quod ſi non fecerit nec per ſe ipſum ordinarie nec per alium omnino legere permittatur. Leget inſuper præfatus ſenior regens per ſeipſum ordinarie et non per alium per medietatem ſaltem cujuſlibet termini majorem. Quod ſi lecturam is ſponte deſerere voluerit tum ſenior poſt eum in eadem facultate regens qui legere voluerit formam prædictam firmiter obſervabit: nec huic unquam ſtatuto derogetur quovis modo niſi per modum gratiæ cum eodem diſpenſetur. Statuimus inſuper et ordinamus quod in eadem congregatione doctor in jure civili regens qui anno ſequenti jura civilia ordinarie legerit antequam ſuæ facultatis ſcholas conduxerit de ſatisfaciendo infra annum et univerſitati et bedellis cautionem ipſe triginta trium ſolidorum et IV° denariorum in unius procuratorum manus

Digitized by Google

manus deponat realem: quod si facere neglexerit nec per se nec per alium prorsus ordinarie legere quovis modo permittatur: nec unquam huic statuto derogetur nisi per modum gratiæ cum eo dispensetur.

Lib. proc. sen. fol. 52.
Lib. proc. jun. fol. 80.

De electione vice-cancellarii.

UT scelerata et peculiaris hujus academiæ nostræ pestis ambitio quæ multos in munere publico obtinendo transversos egit tollatur et præsertim pecuniaria qua nulla est reipublicæ vel exitialior vel magis ignominiosa quippe quæ ab ethnicis etiam tanquam pernitiosissima labes detestanda censebatur nedum Christi et Cæsareis legibus interdicta est et damnata utque tam electoribus incorruptum maneat judicium et sincera in rempublicam pietas quam electo adimatur occasio improbe administrandi officium sancimus et perpetua lege observandum decernimus ut quicunque deinceps eligetur vice-cancellarius antequam ad ejus muneris functionem admittatur juret palam coram regentibus tactis sacrosanctis se nihil dedisse vel promisisse pecuniæ aut rei cujuspiam alterius pretio æstimabilis cuiquam ut ad magistratum illum promoveretur nec alium quempiam ad id suo nomine faciendum subornasse nutu signo vel insinuatione quacunque denique nec ratum habiturum quod aliquid post electionem hoc nomine donetur. Quod si hoc fecisse quispiam deprehendatur et convictus fuerit coram tribus seniorum regentium sit ipso facto inhabilis et perpetuo inidoneus qui eligatur. Insuper ubi antiquo statuto cautum est ut cum primum vacaverit officium illud in proxima congregatione sine morae dispendio et cum omni celeritate accommoda procedatur ad electionem illud diffinimus et limitamus debere intelligi sic quod non fiat intra viginti quatuor horas a tempore cessationis ac etiam ne prorogetur ultra triduum ut sic adesse et deliberare possint quorum interest eligere et respublica non diu careat administratore. Quod si de hora electionis assignanda contentio fiat inter procuratores ita ut nesciant bedelli cujus eorum mandatis obtemperandum sit uno nimirum aliquid jubente alio reclamante aut vetante censemus et declaramus eos neutri eorum in hoc articulo teneri: et si inter eos

Digitized by Google

non conveniat ante meridiem tertiæ diei volumus illos bedellos tanquam ab ipsa republica jussos etiam citra mandatum procuratorum convocare regentes ad electionem hora prima post meridiem ejus diei.

Lib. proc. jun. fol. 88.

1463. M^d quod anno Domini millesimo cccc° sexagesimo tertio die III° novembris decretum est in plena congregatione regentium et non-regentium quod custos librariæ recipiet annuatim de denariis scholæ canonici juris XL solidos.

Lib. grat. A. fol. 27.

1483. CONCEDITUR II bedellis quod nullus cujuscunque gradus fuerit alterius universitatis hic incorporetur nisi visitet bedellos secundum consuetudinem hujus universitatis.

Lib. grat. A, fol. 134.

De ordine senioritatis quem quique in collegiis habent servando nec à patribus commutando.

3 Jul. 1505. STATUTUM et ordinatum est tertio die mensis julii anno Domini M° D° quinto per consensum majoris et sanioris partis regentium et non-regentium in eorum plena congregatione quod de cætero nullus gerens officium patris in quacunque facultate in commensationibus aut quibuscunque aliis solennibus actibus sive sint inceptiones sive introitus sive determinationes ordinare præsumat et hoc in aliquo uno eodemque collegio socios taliter incipientes intrantes seu determinantes si contingat tales eundem sic recipere aliter quam secundum statum et ordinem eorum quem prius tenuerunt in universitate nisi ita fuerit quod talis incipiens intrans seu determinans sit promotus ad beneficium ecclesiasticum vel aliunde cujus valor annuus se extendat ad valorem quadraginta marcarum vel ad valorem triginta marcarum si hujusmodi beneficium præbenda fuerit vel canonicatus: proviso semper quod hoc decretum non sit in præjudicium alicujus statuti seu antiquæ et approbatæ consuetudinis localis.

Lib. proc. jun. fol. 89.

1506 Con-

Digitized by Google

CONCEDITUR ut pœna non graduatorum pacem perturbantium aggravetur in ſummam viginti ſolidorum et quod ſcribatur et habeatur pro ſtatuto. 1506.

Lib. grat. I, fol. 34.

De arma ferentibus et pacis perturbatoribus et de pœna.

CUM nonnulli non graduati nec ad beneficia eccleſiaſtica promoti vel alias ſtipendium vel patrimonium habentes ad valorem centum ſolidorum per annum propter pœnarum exiguitatem in pacis perturbatores per univerſitatis ſtatuta inflictarum ipſam pacem perturbare vilipendunt aut cum armis vagari contra ejuſdem univerſitatis ſtatuta non formidant idcirco de conſenſu majoris et ſanioris partis regentium et non-regentium proviſum et ſtatutum eſt viceſimo ſexto die martii anno Domini M° CCCCC° VII° ne quis non graduatus nec beneficium habens aut patrimonium vel ſtipendium annuale ad valorem centum ſolidorum per annum ut prædictum eſt etiamſi mere laicus fuerit de cætero pacem ejuſdem univerſitatis perturbare aut alias de die vel de nocte cum armis vagari præſumat ſub pœna viginti ſolidorum quam contraveniens incurret ipſo facto. 26 Mar. 1507.

Lib. proc. ſen. fol. 53.

Lib. proc. jun. fol. 13.

De pœna illorum qui ſuo ordine vel in exequiis exequi vel rectores eſſe nolunt.

QUONIAM propter univerſitatis noſtræ honorem exequias defunctorum quodam modo ſolenniori in ejuſdem univerſitatis benefactorum multiplicationem celebrare convenit ſtatutum et per majorem et ſaniorem partem regentium et non-regentium ejuſdem univerſitatis ordinatum eſt viceſimo ſexto die martii anno Domini M° CCCCC° VII° ut quilibet aſſignatus dummodo ſecundum communem curſum aſſignetur in executorem officii rectorem chori diaconum vel ſubdiaconum niſi idem officium per ſe vel per alium adimpleverit communi ciſtæ octo denarios ſolvere teneatur. 26 Mar. 1507.

Lib. proc. ſen. fol. 53.

Lib. proc. jun. fol. 13.

Digitized by Google

De electione taxatorum.

3 Aug. 1507. TERTIO die menſis auguſti anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo in plena congregatione regentium et non-regentium per venerabilem in Chriſto patrem et dominum dominum Johannem Roffenſem epiſcopum hujus univerſitatis cancellarium de conſenſu majoris partis et ſanioris regentium et non-regentium et auctoritate eorundem ſtatutum et ordinatum eſt quod ſingulis deinceps annis ante novorum taxatorum electionem ſex magiſtri regentes in artibus per majorem partem doctorum et magiſtrorum collegiorum vel in eorum abſentia vicariorum eorundem ad id officium taxatorum nominentur de quibus ſic nominatis magiſtri regentes in artibus duos de diſcretioribus eorum ſex magiſtrorum per majorem partem doctorum et magiſtrorum collegiorum vel in eorum abſentia vicariorum eorundem ſic ut præmittitur nominatorum quos ad idem officium ſecundum ſanam eorum conſcientiam iidem magiſtri regentes magis idoneos exiſtimaverint ſecundum formam antiqui ſtatuti de electione taxatorum eligere teneantur nec aliquem alium vel aliquos alios præterquam de ſex nominatis eligent nec in futurum eligere poſſint antiquis tamen de taxatorum officio ſtatutis præterquam in præmiſſo ſuperius eligendi modo in omnibus ſemper ſalvis.

Lib. proc. ſen. fol. 54.
Lib. proc. jun. fol. 80.

De licentiandis ad concionandum.

28 Jun. 1511. QUUM in ordinationibus malorum ut inquit ſanctus Hieronymus princeps eſt peccatorum qui tales conſtituit et in ordinatione ſanctorum princeps eſt eorum juſtitiæ qui ſanctos eligit et ad officium prædicandi nullus eligeretur ut inquit ſanctus Petrus in electione Clementis niſi apprime doctus et eruditus irreprehenſibilis maturus et pavidus: ne igitur nos quibus committitur auctoritas eligendi quotannis duodecim prædicatores idoneos ad prædicandum verbum Dei per totam Angliam Walliam Scotiam et Hiberniam malos quod abſit eligendo eorum criminum participaremur imo quod magis eſt eorum exceſſuum omnium principes efficeremur ad noſtrarum in hac parte conſcientiarum quantum humana

Digitized by Google

humana fragilitas patiatur innocentiam conſervandam circa prædictorum quotannis eligendorum præfectionem ſive electionem formam volumus et ordinamus obſervari ſubſequentem viz. quod nullus de cætero qui non prius in aliquo loco univerſitatis noſtræ publice prædicaverit ad officium prædicandi verbum Dei ad terminum vitæ ſuæ per totam Angliam Walliam Scotiam et Hiberniam ſecundum indultum apoſtolicum in hac parte nobis conceſſum in poſterum eligatur. Nihilominus tamen alii ſcholares ad prædicandum, magis idonei qui nuſquam prius in hac univerſitate publice prædicaverint ad officium prædicandi verbum Dei per totam Angliam Walliam Scotiam et Hiberniam per duos duntaxat annos talem eorum electionem immediate ſequentes ab univerſitate eligi poterint et aſſumi: de quibus quidem duobus annis in eorum literis patentibus ſigillo communi univerſitatis ſignatis mentionem fieri volumus ſpecialem. Quod ſi interim hoc eſt infra præfatos duos annos eorum electionem immediate ſequentes alicubi in hac univerſitate in aliquo idiomate per ſe palam prædicaverint tunc poſt hujuſmodi ſermonem habitum in aliquo loco publico univerſitatis noſtræ accedant præfati prædicatores ad cuſtodes ſigilli communis univerſitatis noſtræ et oſtendant illis literas ſuas patentes quibus ab univerſitate per duos duntaxat annos ad prædicandum verbum Dei licentiati fuerint quibus inſpectis præfati cuſtodes virtute prioris electionis abſque aliqua nova electione dabunt ſibi novas literas patentes ad terminum vitæ ſuæ ſecundum beneplacitum univerſitatis noſtræ duraturas. Quod ſi dicti prædicatores infra duos præfatos annos eorum electiones immediate ſequentes in aliquo loco publico univerſitatis noſtræ in perſonis ſuis propriis non prædicaverint tunc poſt elapſum dicti biennii non amplius gaudebunt privilegio prædicatoris aut indulto apoſtolico ſibi prius conceſſo. Hæc acta ſunt auctoritate regentium et non-regentium univerſitatis vicesimo octavo die menſis junii anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo.

Lib. proc. ſen. fol. 55.

Lib. proc. jun. fol. 23.

Declaratio ſtatutorum pacis perturbatores concernentium.

IN Dei nomine amen. Anno Domini 1512 menſis maii XXVIII viz. die veneris anti feſtum pentecoſtes nos judices per univerſitatem 28 Maii 1512.

Digitized by Google

tatem electi pro interpretatione et declaratione ſtatutorum pacis perturbatores concernentium habita prius diligenti examinatione literalis ſenſus et certiores facti de veteri et probata conſuetudine quam a fide dignis majoribus et authenticis patribus exploravimus decernimus unanimi omnium conſenſu ac definimus omnino non licere cancellario aut ejus vices gerenti cum ejus aſſiſtentibus moderari mitigare aut minuere pœnam in prædictis ſtatutis ab univerſitate limitatam viz. mediam partem ſeu portionem univerſitati debitam: idque arbitramur et fatemur debere intelligi ex vi et rigore literæ et perinde ſonant ſtatuta habita ſemper ratione ad conſuetudinem quæ eſt legum optima interpres. Licebit tamen ipſis pœnam mitigare atque minuere ſuper delatione armorum quemadmodum exploratum habemus ex ſtatuto.

Lib. proc. ſen. fol. 55.

Lib. proc. jun. fol. 92.

Declaratio ſtatutorum de electione procuratorum.

31 Oct. 1513. AUTORITATE et conſenſu majoris et ſanioris partis omnium regentium et non-regentium univerſitatis Cantabrigiæ anno Domini M° CCCCC° XIII° die menſis octobris XXXI° extitit declaratum ſtatuta de electionibus procuratorum quoad ſcrutinium et modum dandi voces in hujuſmodi electionibus et quis et qualis in procuratorem eligetur et quis in ſeniorem in ſuo robore inviolata in perpetuum permanere: ſtatutum quoque quo cavetur ne aliquis vocem habeat in electione cancellarii procuratorum vel bedellorum qui moram extra univerſitatem habens ad ipſam univerſitatem propter electionem aliquam hujuſmodi accederit ea intentione ut vocem habeat in eadem de quo fidem faciat ſi requiſitus fuerit non videri contraire ſtatuto in quo habetur quod fiat electio procuratorum per cancellarium ejuſve vices gerentem et omnes regentes cujuſcunque facultatis in actu electionis hujuſmodi tunc præſentes, &c.

Lib. proc. ſen. fol. 53.

De vitanda corruptione in danda voce.

31 Oct. 1513. QUUM pacta ambitioſa ineuntes prætextu cujus gratiæ aut officia univerſitatis reddantur venalia noſtris conſtitutionibus variis

Digitized by Google

variis pœnis feriantur: quum per munera electum reipublicæ fore inutilem ac indignum videri publico fungi officio nemo ſit qui neſciat: quum talem inhabilitent leges canones abhorreant damnent eloquia ſacra: quumque liberis electionibus et canonicis maxime in quibus regens quiſque juramento eſt aſtrictus ad magis idoneum eligendum ac ad talem in electione præponendum multi his noſtris temporibus quod dolenter referimus veteri ſerpente ſuadente ſeducti ac omnium malorum radice avaritia cæcati pro voce danda in hujuſmodi electionibus pecunias et dare et accipere cautiones exponere aut indenturas facere id quod in antiquis ſtatutis expreſſe reperitur prohibitum non formident non dico occulte ſed tam publice tam manifeſte quod non modo in damnum et ſcandalum verum etiam in hujus almæ univerſitatis infamiam vertitur non modicam adeo ut inde indignatio bonis ridiculum laicis et fabula vulgi oriantur: ut hæc abominanda celeriori quo poterunt remedio reſecentur penitus et extirpentur autoritate et conſenſu omnium regentium et non-regentium univerſitatis Cantabrigiæ ſive majoris et ſanioris partis eorundem ſtatutum eſt et ordinatum anno Domini M° CCCCC° XIII° die menſis octobris XXXI° quod nullus per ſe vel per interpoſitam perſonam pro voce danda aut non danda in electione aliqua procuratoris pecuniam ullam vel rem aliam aut dabit aut accipiet nec promiſſionem ſeu pactum ut quis promoveatur aut officium vel beneficium aliquod pro hujuſmodi voce danda vel non danda conſequatur faciet accipietque unquam. Hoc tamen non obſtante poterit quiſque ſaltem ut conſuetum fuerit amicos convivari. Et ſi quis aliquem in aliquo dictorum culpabilem noverit cancellario ejuſve vices gerenti et procuratoribus vel eorum vices gerentibus aut procuratori et alterius vices gerenti quam cito poterit revelabit. Inſuper quicunque in aliquo præmiſſorum culpabilis inventus fuerit ipſo facto pro perjuro habeatur et nunquam in electionibus hujuſmodi vocem dabit in poſterum nec in procuratorem unquam eligetur ſed ad officium procuratoris conſequendum inhabilis ſemper permaneat: ac nihilominus infra menſem poſtquam ſuper hoc convictus fuerit centum ſolidos perſolvere compellatur viz. XL ſolidos communi ciſtæ XX ſolidos cancellario ejuſve vices gerenti XX ſolidos procuratoribus et reliquos XX ſolidos probanti ſeu probantibus convincendi reatum. Ad ſingula quoque præmiſſa obſervanda et quod nunquam de alicujus ipſorum conſenſu cum hoc ſtatuto diſpenſetur aut aliquid

huic

Digitized by Google

huic contrarium ſtatuatur in poſterum quilibet in quacunque facultate incepturus in ſua admiſſione corporale præſtabit juramentum. Et ne quis hujus ſtatuti ignorantiam valeat prætendere volumus ipſum de verbo in verbum quolibet anno die electionis procuratorum et ante ipſam electionem coram regentibus in plena congregatione eorundem recitari.

Lib. proc. ſen. fol. 56.
Lib. proc. jun. fol. 48.

De collecta ſolvenda.

STATUTUM et ordinatum eſt omnes et ſingulos præpoſitos magiſtros cuſtodes præſidentes principales collegiorum domorum hoſpitiorum ac eorum vices gerentes teneri ſub pœna centum ſolidorum pro ordinariis omnium et ſingulorum ſcholarium ſuorum artiſtarum conſuetam ſolvere collectam tertia parte duntaxat pro collectione et labore illis reſervata abſque fraude ſeu colore aliquo procuratoribus iſtius univerſitatis infra XL dies poſt finem cujuſlibet termini viz. omni termino pro quolibet eorum qui ſunt primi anni IV denarios pro quolibet eorum qui ſunt ſecundi anni VI denarios et X denarios pro quolibet eorum qui ſunt tertii anni et ſic deinceps quouſque fuerit inceptor vel ad aliam facultatem ſe diverterit. Ipſos etiam procuratores poſtquam pro hujuſmodi ordinariis pecuniæ ſummam ad hoc ſufficientem receperint ſolita ſolvere ſtipendia magiſtris in artibus ordinarie legentibus quum per aliquem eorum requiſiti fuerint ſub ſimili pœna volumus obligari. Quorum centum ſolidorum ei qui hujuſmodi actionem pœnalem proſequitur XX ſolidos cancellario ejuſve vices gerenti XX ſolidos ac reſiduum pœnæ una cum ſumma illa remanente non ſoluta lectoribus ſi qua fuerit communi ciſtæ applicari debere decrevimus ſexta parte ſummæ ſic remanentis procuratoribus reſervata quo diligentius hoc ſtatutum exequantur.

Lib. proc. ſen. fol. 57.
Lib. proc. jun. fol. 48.

Compoſitio de electione procuratorum.

11 Aug. 1514. QUUM nuper per majorem partem tam regentium quam non-regentium univerſitatis Cantabrigiæ quædam gratia pro reformatione

Digitized by Google

formatione jurgiorum rixarum et litigiorum ſedandorum ac pro pace et tranquillitate in electionibus procuratorum ſervandis in publico cœtu regentium et non-regentium in nova capella ejuſdem univerſitatis habita ſit et conceſſa cujus quidem gratiæ tenor ſequitur in hæc verba Placet vobis ut vice-cancellarius m^r præpoſitus collegii Regalis doctor Coſyn doctor Eccleſton doctor Woderove doctor Buckynham doctor Burgoyn doctor Thomſon doctor Shorton doctor Grene doctor Reyne doctor Wolman m^r Stackhouſe m^r Lambert m^r Vaghan m^r Ridley m^r Barker m^r Ferand m^r Swynborne una cum procuratoribus habeant autoritatem concipiendi compoſitionem circa electiones procuratorum et eandem in formam ſtatuti redigendi abhinc uſque ad feſtum paſchæ ſic quod illud pro ſtatuto habeatur quod major pars dictorum decreverit conſentientibus vice-cancellario et procuratoribus: quæ quidem gratia in cœtu regentium et non-regentium per majorem partem eorundem conceſſa tam per ſcrutatores quam per procuratores publice pronunciata eſt more ſolito per hoc verbum Placet: tempus autem in prædicta gratia limitatum de conſenſu eorundem regentium et non-regentium per tres vices ſucceſſive uſque in feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ proxime ſequens eſt legitime prorogatum pro prima vice uſque in feſtum nativitatis Johannis baptiſtæ pro ſecunda uſque in finem ejuſdem termini pro tertia vero uſque in feſtum aſſumptionis prædictum: quocirca nos Johannes Eccleſton ſacræ theologiæ profeſſor ac almæ univerſitatis Cantabrigiæ vice-cancellarius xi° die auguſti anno Domini 1514 de conſenſu et aſſenſu majoris partis prædictorum doctorum et magiſtrorum conſentiente etiam utroque procuratore una cum prædicta majori parte doctorum et magiſtrorum ad hujus gratiæ debitam executionem ac virtute ejuſdem de hujuſmodi electione debitam ordinationem et amicabilem compoſitionem procedimus in hunc modum. In primis ſtatuimus et ordinamus quod nullus per aliquod collegium vel hoſpitium hujus univerſitatis ad officium procuratoris de cætero nominetur nec aliquis de hujuſmodi collegio vel hoſpitio per ſe vel per interpoſitam perſonam pro dicto officio conſequendo ſub perpetuæ inhabilitationis pœna laboret quovis modo niſi ſecundum ordinem ſubſequentem: viz. ſingulis annis ſequentibus cum perpetua et circulari repetitione duo magiſtri in artibus regentes per magiſtros et ſocios collegiorum ſive per principales hoſpitiorum modo et forma ſubſcriptis ad hujuſmodi

Digitized by Google

officium consequendum annuatim nominentur: pro primo anno sequenti duo de collegiis Michaelis et Petri pro 2° anno duo de collegiis Jesu et Benedicti pro 3° duo de Pembrochiæ et Katerinæ pro 4° unus de collegio Christi et unus de hospitiis pro 5° duo de collegiis Johannis et Reginal. pro 6° duo de Clare et Regal. pro 7° duo de aula Regis et Gonvil pro 8° duo de Petri et hospitiis pro 9° duo de Pembrochiæ et Michaelis pro 10° duo de collegiis Christi et Johannis pro 11° de Regal. et Reginal. pro 12° de Jesu et hospitiis pro 13° de Clare et Benedicti pro 14° de Pembrochiæ et Katerinæ pro 15° de Johannis et Petri pro 16° de Regal. et hospitiis pro 17° de Michaelis et Christi pro 18° de aula Regis et Bukyngham pro 19° de Reginal. et Gonvil pro 20° de Pembrochiæ et hospitiis pro 21° de Clare et Johannis pro 22° de Regal. et Petri pro 23° de Reginal. et Michaelis pro 24° de Benedicti et hospitiis pro 25° de Pembrochiæ et Christi pro 26° de Jesu et Johannis pro 27° de Reginal. et Clare pro 28° de Regal. et hospitiis pro 29° de Katerinæ et Pembrochiæ pro 30° de Petri et Johannis pro 31° de Michaelis et Christi pro 32° de aula Regis et hospitiis pro 33° de Reginal. et Gonvil pro 34° de Regal. et Clare pro 35° de Pembrochiæ et Jesu pro 36° de Johannis et hospitiis pro 37° de Benedicti et Petri pro 38° de Katerinæ et Michaelis pro 39° de Reginal. et Christi pro 40° de Regal. et hospitiis pro 41° de Pembrochiæ et Clare pro 42° de Johannis et aula Regis pro 43° de Gonvil et Reginal. pro 44° de Regal et hospitiis et sic reincipiendo semper prout supra dictum est. Proviso quod tam collegia quam hospitia pro sui ordinis anno quovis quemcunque regentem in artibus etiam de non suis nominare possint et sic nominando prædictum ordinem satis plene quoad intentionem nostram observatum esse intelligi volumus et declaramus. Proviso etiam si numerus regentium in collegiis minoris numeri accreverit et communibus annis permanserit æqualis numero regentium in collegiis medii numeri vel majoris aut si numerus regentium in collegiis medii numeri accreverit et permanserit æqualis numero regentium in collegiis majoris numeri quod tunc promoveantur hujusmodi collegia in officio procuratoris consequendo et ordinem habeant tali numero competentem: servato tamen semper ordine hospitiorum prætaxato quem nullo pacto mutari volumus quantumcunque accreverit numerus regentium in collegiis supradictis vel collegiorum ordo variatus fuerit. Si autem de prædictis vel aliquo prædictorum aliquod dubium in posterum oriri contingat

Digitized by Google

contingat volumus omnino quod prædictum dubium per aliquos ad hoc per universitatem deputandos quam citius rationabilius ac nostræ intentioni vicinius fieri poterit decidatur et determinetur.

Lib. proc. sen. fol. 57.
Lib. proc. jun. fol. 84.

CONCEDITUR ut nova statera cum ponderibus ac cætera quæ ad officium taxatorum pertinent de novo emantur quæ postquam empta fuerint per indenturas taxatoribus deliberentur: et ad prædicta deliberanda prædicti taxatores et eorum successores in fine cujuslibet anni coram auditoribus communis cistæ omnino teneantur. 1514.

Lib. Grat. r. fol. 65.

CONCEDITUR ut necessarii regentes in theologia de cætero teneantur ad sermones ad clerum in generalibus processionibus de statuto. 1514.

Lib. Grat. r. fol. 65.

CONCEDITUR ut nullus eligatur in posterum in taxatorem vel procuratorem vel aliquem alium officialem in hac universitate nisi hic inceperit sollenniter: ita quod m^r vice-cancellarius m^r præpositus collegii Regalis doctor Burgon m^r Stakhows cum procuratoribus habeant autoritatem redigendi illud in statutum ita quod istud pro statuto habeatur quod major pars eorum decreverit statuendum sic quod fiat ante festum assumptionis beatæ Mariæ proxime futurum. 1516.

Lib. Grat. r. fol. 81.

Commodum admittendorum quibus proveniet.

M^o xxix° die januarii anno Domini M° cccc° xvii° eo scilicet anno quo magistri Copynger et Latham fuerunt procuratores statutum est in plena congregatione regentium et non-regentium quod commodum admissorum et admittendorum quolibet anno solum provenict officiariis illius anni in quo admittuntur. Item quod hoc statutum semper imposterum inconcussum ac inviolabiliter observetur. 29 Jan. 1517.

Lib. proc. sen. fol. 58.
Lib. proc. jun. fol. 50.

Digitized by Google

De dispensationibus et quantum pro illis recipere possint officiarii in admissionibus.

UT dispensationes legum nostrarum quas gratias vocamus non immerito hoc vocabulo gaudeant id quod fiet si non nimia merces pendatur officiariis quorum interest petere et captare suffragia magistrorum tum ut tam ab infamiæ labe qua paucis nunc retro annis respersa est academia nostra vindicetur quam procuratorum et scrutatorum nostrorum illæsa sibi maneat et conscientia et fama denique ut liberior sit accessus pauperum ad meritos honoris gradus qui esse debent præmia virtutum utque sciant qui gradum hic aliquem accepturi sunt limites quos non cogentur transire et humeros consulant si valeant sufferre onus et an velint recusare operæ pretium videtur quædam consulere et hortari quæ ad virtutis officia spectant quædam vero præcipere ac statuere quæ ad vitium avaræ exactionis profligandum conducant. Consulimus autem id quod est optimum imo hortamur in Domino et obsecramus ne qua improbe efflagitetur pecunia ab his qui gradum hic aliquem ambituri sunt. Nam ut concedatur licere aliquid exigere in mercedem laboris de quo tamen a nonnullis doctis viris dubitatur certe est multo tum honestius tum tutius admittere tantum sponte et hilariter oblata ut sic gratiam pro gratia referant et accipiant invicem canum illum et laudatum morem quem non dubitamus hic olim fuisse revocantes. Quod si quando exigere velint id quod permittimus si inciderint in difficiles et parum gratos quibus opus est procacitate aliqua petendi quod alioquin nihil darent statuimus et præscribimus limites ultra quos transgredi non licebit et cancellos intra quos contineri debent. Scrutatores de domo et cœtu nonregentium non amplius exigent a quoquam quam dimidiatum hujus quod procuratores reciperent: procuratores autem dupla mercede contenti neque illos subdupla fraudabunt neque quicquam præterea efflagitabunt. Quæ quidem ratio distributionis volumus intelligatur et servetur in singulis qui sequuntur articulis. Alogistis et philosophis qui vel baccalaureatus vel philosophicæ professionis gradu ornandi sunt haud plus vindicabunt omnes simul prædicti officiarii ob laborem petendi dispensationem unius termini quam duodecim denarios secundum præscriptam rationem inter se distribuendos: hoc est unusquisque procuratorum non amplius quam

Digitized by Google

quam quam quatuor denarios petat ſcrutatorum autem non amplius quam duos: ab his qui integrum tempus a ſtatutis præſcriptum habuerint et lectiones ordinarias per majorem partem uniuſcujuſque terminorum audierint ob gratiam exonerandæ conſcientiæ non amplius quam tantundem. Pari modo a legiſtis et canoniſtis ob diſpenſationem temporis et formæ ad gradum baccalaureatus non plus exigatur niſi ſacerdotium vel prædia aliqua jure perpetuo poſſederint ad annuum reditum centum ſolidorum a quibus permittimus exigi ob diſpenſationem uniuſcujuſque terminorum decem et octo denarios. A legiſtis item et canoniſtis qui ambiunt gradum doctoratus et habent integrum tempus formæ requiſitum pro gratia ad exonerationem conſcientiæ non exigetur plus decem ſolidis: ſi autem caruerint aliquo termino formæ juxta ſtatuta requiſitæ non pendent pro gratia hujus termini et exonerationis conſcientiæ ultra viginti ſolidos. Religioſi qui habent prædia in commune et ſtuduerunt hic vel in academia Oxonienſi per quatuor annos in theologia et alibi totidem pro diſpenſatione reliquæ formæ ad gradum baccalaureatus in theologia non ſolvent plus quam triginta ſolidos: fratres vero non ultra viginti ſolidos. A profeſſoribus item religioſis qui integrum tempus ad gradum doctoratus requiſitum habuerint pro diſpenſatione formæ ad incipiendum non exigent ultra quadraginta ſolidos: a fratribus autem non ultra triginta ſolidos. A profeſſore grammatices pro gratia plenæ formæ ad gradum profeſſionis artis ſuæ nihil amplius petatur quam ſex ſolidi et octo denarii. Nulli de ſenatu et conſilio hujus academiæ qui gremiales vocantur quicquam ſolvant officiariis pro gratia aut alia qualibet ſed ſua veteri immunitate et privilegio gaudeant tanquam gratiarum ipſi diſpenſatores niſi doctores legum a quibus pro gratia doctoratus in jure canonico permittimus decem ſolidos recipi. In aliis omnibus volumus ut prædicti procuratores et ſcrutatores utantur conſilio et conſenſu vice-cancellarii et duorum ſeniorum doctorum præſentium ac duorum in artibus regentium quos vice-cancellarius et doctores dignos duxerint ut ad id conſilii vocentur. Et ſi ſcrupulus aut dubium aliquod in hoc ſtatuto oriatur vice-cancellarii aut duorum ſeniorum regentium tunc præſentium conſilio decidatur et terminetur.

Lib. proc. jun. fol. 87.

Statutum

Digitized by Google

Statutum de oratore eligendo et ejus officio.

QUONIAM plerumque periclitata est respublica nostra defectu literarum quæ ad magnatum implorandam contra adversarios nostros opem veluti præsidia nostra tutissima ipsis opponi debuissent detrectantibus laborem singulis partim præmii exiguitate partim veriti authoritatem potentiamque eorum contra quos scribi debuissent visum nobis tandem est laboranti hac in parte parenti academiæ veluti piis filiis succurrendum: et ne adversarii cum ipsis expostulare possint qui quod debent gymnasii causam pro viribus tutantur statuimus ordinamus et volumus ut unus aliquis orator publicus eligatur cujus humeris quæ incumbant onera his capitulis colligenda duximus quorum singula ne detrectet sed fideliter exequatur juramento ipsum astringi sub ipsa mox admissione volumus et statuimus. 1° Ante omnia jurabit orator se contra quoscunque vel amicos etiam suos et pro quibuscunque etiam inimicis suis si cancellario et procuratoribus videatur academiæ nomine literas fideliter exaraturum et si quid in literis publice lectis displiceat commutaturum pro arbitrio eorum quibus committet authoritatem expendendi quæ scripta sunt academia deinde correctas in mundo descripturum et ad sigillum aptas rediturum. 2° Et quoniam pleraque incidunt in negotiis publicis quæ coram vice-cancellario tractantur quæ nonnunquam opem aut regis aut magnatum desiderant jurabit idem citra ullam excusationem si vocetur diligenter et fideliter vice-cancellario et procuratoribus adfuturum aut alterum si ipse adesse nequeat suo nomine substituturum. 3° Item quoniam civile magis munus est quam theologicum principes et magnates in os laudare et ipsorum adventum oratione demonstrativa excipere statuimus ut orator excipiat principes et magnates omnes oratione docta et elaborata et ne cum hac re nisi consentientibus singulis et ipso etiam oratore annuente dispensari possit ordinamus et statuimus. 4° Ut si aut propriorum negotiorum aut amicorum invisendorum causa abesse illi plus quam biduum aut triduum opus fuerit unum aliquem idoneum in vicem suam coram vice-cancellario aut procuratoribus substituet qui ejus officium juratus suppleat citra academiæ aut sumptus aut jacturam. Præterea jurabit si visum fuerit academiæ non recusaturum ad quoscunque principes et magnates ire et apud ipsos contra quoscunque causas academiæ

Digitized by Google

miæ fideliter agere ſic ut ipſi duorum equorum miniſtrique et ſuos ſumptus academia præſtet. Quinto et poſtremo jurabit ad quemcunque ſtatum pervenerit modis omnibus pro viribus academiæ cauſas contra quoſlibet adjuturum et protecturum et ſi vel amicum vel inimicum vel alium quemlibet intelligat aliquid contra academiam moliri quod mox academiæ vice-cancellario et procuratoribus ut primum commode fieri poterit inſinuabit et conſilio juvabit quo ipſi videtur ſi quid immineat periculi illud poſſe academiam declinare. Item ſtatuimus ut habitum habeat ſi magiſter artium ſit non ex alia qualibet re quam ſerico aut undulata.

Pœna.

QUOD ſi in his omnibus vel horum aliquo quoquo modo peccaſſe legitime et probabiliter convincatur volumus ut per vice-cancellarium et majorem partem doctorum ut illis videbitur juſtum puniatur. Quod ſi ſecundo peccaverit officio ſuſpendatur donec patribus academiæ viſus fuerit dignam criminis dediſſe pœnam: quod ſi tertio prorſus et citra ullam reſtitutionem ſemoveatur.

Privilegia oratoris.

JAM quia tot laboribus obnoxium iniquum eſſet momentaneo afficere præmio ſtatuimus et ordinamus ut quilibet poſt dominum Crocum futurus orator tantum per ſeptennium officio gaudeat idque ſi hic perſtiterit. Deinde quoniam publicæ libertatis veluti aſſertor et propugnator vir iſte eſt futurus et talem æquum eſt honorifice haberi ſtatuimus et volumus ut orator ſi magiſter artium ſit habeat et locum et honorem omnino ſummos et proximos poſt legum et medicinæ doctores: ita tamen ut in proceſſionibus ſolus incedat et in publicis actibus ſedeat honoris cauſa ſeparatus ab aliis. Item ſtatuimus quod omnibus publicis negotiis et conſiliis etiam non vocatus pro arbitrio ſuo intereſſe poſſit et ſuam de rebus omnibus quemadmodum doctores dicere ſententiam. Tertio quoniam multorum indignationi academiæ nomine videtur exponendus et pluribus negotiis nonnunquam involvendus quam ut citra publicum incommodum academiæ negotiis ſemper omnibus intereſſe poſſit eundem ab omnibus miſſis exequiis et congregationibus

etiam

Digitized by Google

etiam ex ſtatuto fore liberum et ad placitum regentem et non-regentem eſſe. Poſtremo ne jacturam faciat abſens in ſuis negotiis cum obſtrictus ſit aliquem unum coram vice-cancellario et procuratoribus quod ſine ſumptu non poteſt in ſuum ſufficere locum ſtatuimus ut annis ſingulis ex ærario publico ipſi quadraginta ſolidi numerentur per procuratores eidem petenti ſine ulla dilatione dandi viginti ſcilicet in die veſperiarum et viginti ad feſtum natalis Domini: proviſo ſemper ut uni domino Croco perpetuum hoc officium ſit quamdiu placuerit hic ſedem habere permanentem. Quod ſi alio ſe contulerit illic permanſurus quia primus invexit literas ad nos græcas et quia regi charus eſt cujus nomine a præcipuis magnatibus arcte nobis eſt commendatus volumus ut ubique et ſemper omnibus privilegiis ſuis gaudeat et ſi redierit locum cum oratore ſed ſuperiorem ſervet ac teneat ita tamen ut orator qui pro tempore fuerit officium ſervet ſuum et ſuis quoque privilegiis gaudeat perinde ac Crocus non intereſſet.

De electione oratoris.

ELIGENTUR autem ſinguli poſt dominum Crocum futuri oratores in hunc modum. Intra triduum ſi fieri poteſt poſtquam vacaverit officium convocetur plena regentium et non-regentium congregatio in qua per majorem partem præſentium apertis ſuffragiis ad modum electionis procuratorum eligatur unus ad eloquentiam natus qui græce pariter et latine ſciat ad id muneris obeundum: proviſo ſemper quod ſit omnibus libera facultas et libertas ſumma eligendi quem volent neque arctentur per determinationes iſtas communes collegiorum.

Lib. proc. jun. fol. 94.

Religioſi quique ſuſcipientes gradum doctoratus quid ſolvere debeant univerſitati.

9 Jul. 1523. STATUTUM et ordinatum eſt 9° die julii anno Domini 1523 per conſenſum majoris et ſanioris partis regentium et non-regentium quod omnes religioſi cujuſcunque ordinis habentes poſſeſſiones quum gradum doctoratus in aliqua facultate ſuſcipiunt ſolvent univerſitati vi^{l} xiii^{s} iv^{d} propter onera univerſitatis et non arctabuntur ad convivandum. Religioſi vero poſſeſſiones non habentes

Digitized by Google

bentes qui gradum doctoratus ſuſcipere volunt ſolvent univerſitati v^{l} vi^{s} viii^{d} ob eandem cauſam et non arctabuntur ad convivandum.

Lib. proc. jun. fol. 49.

Statutum novum pro pœna baccalaureorum in artibus et ſophiſtarum.

UT tum honori hujus almæ academiæ noſtræ tum ſcholaſticorum inibi ſtudentium utilitati melius conſulatur authoritate et unanimi conſenſu regentium et non-regentium decretum eſt ut ſi generalis quiſpiam ſophiſta aut baccalaureus in artibus a lectionibus ordinariis ſophiſmatis problematis ſeu diſputationibus in ſcholis habitis tam diu tam conſtanter et tam continue ſeſe abſentaverit donec ob id merito ſuſpenſionis pœnam a dominis procuratoribus vel ab altero illorum ferendam incurrat ſi intra octo proxime ſequentes dies ſuſpenſionis ſuæ publice promulgatæ dominis procuratoribus vel alteri illorum rationabilem abſentiæ ſuæ cauſam quo interim abſolvi mereatur non oſtenderit pœnam ſubeat ſex denariorum: quod ſi per alios octo continuos dies negligentem ſeu contumacem ſe præbuerit tum pœnam duodecim denariorum incurret: ſi vero per alios adhuc octo continuos dies in illa pertinacia ſua perſtiterit tum demum pœnam carceris illum ſubire volumus idque pro arbitrio domini vice-cancellarii: verum hoc cauto ne inde prius exeat quam ſummas illi in pœnam irrogatas communi ciſtæ tradiderit perſolvendas. Porro ſi baccalaureus in artibus ad eundem modum deliquerit pro prima vice poſt ſuſpenſionem a dominis procuratoribus vel ab altero illorum in iſtiuſmodi illatam duodecim denarios pro ſecunda duos ſolidos communi ciſtæ univerſitatis uti prædictum eſt perſolvet. Quod ſi tertio deliquerit tum pœnam carceris illum ſubire volumus illic ad arbitrium vicecancellarii et tam diu manſurus donec ſummas prædictas quemadmodum præſcriptum eſt communi ciſtæ perſolverit. Et hunc modum obſervari volumus quotieſcunque domino vice-cancellario et dominis procuratoribus viſum fuerit expedire. Ad hæc ſi plus quam ter in anno ſuſpenſus quis fuerit ſive is ſophiſta ſit ſive baccalaureus et poſtea conſimili ratione uti ſupra expoſitum eſt offenderit ſtatim citra ulteriorem proceſſum trudatur in carcerem &c. Quod ſi adhuc poſteaquam illinc emancipatus fuerit in malitia ſua perſiſtens quod erratum eſt emendare neglexerit ſed contumax perſeveraverit

Quint. kal. Feb. 1527.

Digitized by Google

ſeveraverit ſi id perſentiſcant domini rectores ſeu alter ipſorum tum demum volumus et decernimus ut pœnam bannitionis incurrat quoaduſque uberiorem gratiam poſtquam reſipuerit ab univerſitate conſequi promereatur. Acta ſunt hæc in ſenatu noſtro anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo quinto kalend. februarii.

Lib. proc. jun. fol. 89.

1528. PLACET vobis quod diſputationes quæ ſolent fieri quolibet die veneris in grammatica poſthac fieri in philoſophia et quod reſponſiones habitæ ſufficiant pro formis concernentibus gradum magiſtratus ſic quod baccalaurei nihil ſolvant officiariis pro reſponſionibus illis. Diſputaturi iterum diſputent proximo die diſputabili.

Lib. grat. B, p. 489.

Incrementum ſtipendii oratoris.

1528. CONCEDITUR m^to^ vice-cancellario doctori Smyth m^ri^ Latemer et Langford ut habeant autoritatem aſſignandi et augendi ſtipendium oratoris ex ærario communi pro tempore m^ri^ Daye et conceſſerunt illi iv^l^ annuatim: et pro laboribus quos ſuperioribus diebus ſuſtinuit xxvi^s^ viii^d^.

Lib. grat. r. fol. 129.

1529. CONCEDITUR ut copiæ literarum quæ nuper domino regi ac cæteris proceribus ſunt deſtinatæ ac quæ in poſterum ſunt deſtinandæ quæ juxta ſtatutum debent in communem ciſtam reponi ac ibidem remanere poſſint futuris temporibus in libro regiſtrali ad hoc expenſis univerſitatis præparando ac coemendo inſcribi et apud dominum vice-cancellarium qui pro tempore fuerit perpetuo remanere ad perpetuam memoriam actorum præteritorum hic in hac univerſitate et ad non modicum adjumentum ac inſtructionem tam totius academiæ quam illorum qui in poſterum confecturi ſunt literas in negotiis univerſitatis. Nunc vero in communi ciſta paucæ inveniuntur copiæ et hæ quidem tam obliteratæ ac vermibus corroſæ ut vix legi queant. Cæterum ſi vobis placuerit dominus vice-cancellarius qui modo eſt procuratores una cum magiſtro Daye condent ſtatutum pro fideli cuſtodia hujus libri ac etiam pro ejuſdem

Digitized by Google

ejuſdem fideli deliberatione quandocunque vice-cancellarius ceſſaverit ab officio.

Lib. grat. r, fol. 131.

IT is granted that the vice-chancellor with maſters and preſidents of colleges and principals of hoſtels may have your authority to make a ſtatute that no ſcholar nor ſcholars ſervant ſhall buy their vytell and other things neceſſary within the town of any freeman from the feaſt of St Bartholomew the apoſtle next coming but of ſuch perſons as ſhall be appointed by the ſaid maſters preſidents and principals or the more part of them ſo that this ſtatute may be made before the ſaid feaſt of St Bartholomew. 1532.

Lib. grat. r. fol. 143.

Statutum de vitellariis.

THAT whatſoever baker or brewer bucher or chandelor or other vitaylor occupier belonging to the liberties and juriſdiction of the univerſitie ſhall be from henceforth for his myſordre and demeryts ſuſpended and forbidden to occupie by the judicyall ſentence of the chancellor vice-chancellor or ther depute or ellys for his myſordre intermyt and ceaſe his occupieing and gyve up his craft without convenyent warning and ſpecyall licence of the chancellor vice-chancellor or ther depute and of the proctors and taxors to whoſe office they appertayne and thereupon a cauſe alleged and approved by them he ſhall never after occupie more agayne any ſuch craft or occupation within the præcincte of the univerſities liberties ſo that it ſhall not be in the power of any chancellor vice-chancellor proctors or taxors or ther deputes or ſucceſſors to reſtore any ſuch perſon ſo ſuſpended and forbidden to ther old liberties ne to reverſe any ſuch ſuſpenſion by the judyciall ſentence before given. 1532.

This ſtatute is ſaid to be in Lib. Utinam. fol. 49.

IT is granted that the reſignation of excommunication in perſonal cauſes to be deviſed by the vyc. doctor Rokſbye doctor Mey et m^r^. Clifton may be ſealed with the common ſeal. 1533.

Lib. grat. r. fol. 147.

Digitized by Google

1535. CONCEDITUR ut vice-cancellarius doctores Metcalfe Buckmaſter Lockwood Craferd Elmer et m^ri Swynborne de aula Pembr. Wyat Baynbrygg Day Wylks Every Ayre et Madew una cum procuratoribus veſtram habeant authoritatem diffiniendi et determinandi quomodo decem illæ libræ domino regi annuatim ſolvendæ pro aſſiſa panis &c. ſolvi debeant ſic quod nullo modo aſſiſa panis cerviſiæ et aliorum victualium ob non ſolutionem amittatur quoniam his duobus annis ob malitiam oppidanorum juxta morem ſolitum in amerciamentis ſumma illa acquiri non poteſt ac etiam quid ſtipendii bedellus ille cancellarii pro labore ſuo percepturus ſit: ita quod quicquid major pars horum in hac re decreverit veſtro nomine cenſeatur factum ac pro veſtro facto ſit et habeatur.

Lib. grat. T. fol. 155.

1537. IT is granted that the money which m^r vice-chancellor hath laid out in the exchecor for the contentation of the kings fee farm for the leet for one year may be by your conſents taken forth of the common hutch and repaid unto m^r vice-chancellor unto ſuch time as by your advices and councell ſome way may be taken and proviſion made for reſtoring of the ſame.

Lib. grat. T. fol. 163.

De continuanda regentia per biennium.

9 Feb. 1537. MAJORES noſtri curam diligentiamque ſuam ponebant et inſtitutis ac legibus confirmarunt ut qui ad artium magiſterii gradum contenderent aſpirare ii neceſſitate juramenti devincirentur gradum ita tueri ſuſceptum ut primo anno diſputationibus ſcholiſque darent diligentem operam neque deponerent utriuſvis laborem niſi anno eo abſoluto exactoque: putabant enim tantum numerum ſingulis annis magiſtrorum futurum qui curſum diſputationum ſuſtinere ſoli pene poſſent et alios impoſterum hoc labore ac ſumptu levare ac liberare deberent. Nunc autem cum eo res revoluta et in eum locum adducta eſt ut propter annuum diſputationum curſum omnes graventur ſumptu regentium numerus minuatur bedellorum munus plus laboris minus compendii habeat gravitas tum oneris tum impenſæ ad paucos pertineat et error in ſuffragiis magnus ac nefarius regentium novorum imperitia ſæpe commit-

Digitized by Google

committatur ei rei quo consuleretur ac manus admoverentur constitutum ac decretum est anno Domini M° D° XXXVII° nono die februarii majori omnium regentium et non-regentium consensu ut omnes ac singuli cujuscunque ordinis ac conditionis qui dehinc porro ad hoc artium magisterium capiendum assensuri sunt sacramento juramenti per alterum procuratorum in die suæ admissionis publice adhibendo teneantur se duos annos regentiam retenturos nec prius eam deposituros quam intervallum duorum annorum post designatam et inceptam illis regentiam expletum et ad exitum perductum sit: ita ut ad necessariam regentiam habendam primum solum annum teneantur: nec illis ea libertas adimatur per hoc statutum quæ alias necessariis regentibus denegatur salvo semper et inconcusso manente hoc statuto de non abdicanda regentia ante expletum biennium: quod nisi sedulo ac bona cum fide præstiterint in eandem pœnam et mulctam incurrant quæ in statutis proposita illis et constituta est qui jusjurandum suum præstare academiæ ac facere noluerint.

Lib. proc. sen. fol. 59.
Lib. proc. jun. fol. 75.

De appellationibus a delegatis.

IN Dei nomine amen. Nos d. Buckmaister inceptor Dakyns magistri Myddylton Longforthe et Pomell authoritate nobis ab universitate commissa decernimus aç pro firma sententia determinamus quod liceat unicuique in sua causa appellare a judicibus delegatis per universitatem ad eandem universitatem modo id fiat juxta juris exigentiam hoc est si antea ab eodem secunda vice in eadem causa appellatum non fuerit. Quod si antea bis appellaverit neutiquam tertio appellare licebit quum id prorsus sit vetitum tam per jus civile quam canonicum. Cæterum unicuique tam actori quam reo maneat sua libertas secundo appellandi in sua causa etiam a judicibus delegatis per universitatem modo supradicto et a jure præscripto.

Lib. proc. jun. fol. 75.

CONCEDITUR ut m^r vice-cancellarius doctores Babthroppe Herryson Glyn et Sandyforth m^ri Swynborne Styrmyn Standyshe Brassey Seton Rayner et Cheke habeant authoritatem concipiendi 1540.

Digitized by Google

piendi et decernendi modum et media quibus ſingulis annis futuris cenſus regius quem vocamus letam quotannis regiæ majeſtati pendendus pro aſſiſa panis et vini et correctione eorum qui victualia vendunt et omnia alia onera ad eundem ſpectantia ſolvi poſſint abſque quacunque diminutione pecuniarum reponendarum in ciſta communi et præterea caſſandi et abrogandi officia taxatorum modo per hujuſmodi abrogationem præfatus cenſus commodius ſolvi poſſit et prænominatis viris magis expedire videbitur reipublicæ veſtræ: ita quod quicquid major pars horum decreverit veſtro omnium nomine ratum et firmum habeatur et in ſtatutum per eoſdem redigatur ſalvis ſemper et inconcuſſis manentibus chartis et privilegiis academiæ noſtræ: ſic ut quicquid per iſtos vel decretum vel ſtatutum fuerit in poſterum in derogationem eorundem nullo modo cedat.

Lib. grat. r. fol. 173.

1540. CONCEDITUR ut viginti libræ ex pecuniis doctoris Wolman poſſint eximi ex ciſta communi ſolvendæ regiæ majeſtati pro leta jamdiu non ſoluta et præterea eximantur x libræ ex ciſta ffen propter quas impignorentur candelabra univerſitatis: ita quod prædictæ pecuniæ reſtituantur eiſdem quam primum commode fieri poteſt.

Lib. grat. r. fol. 174.

Statutum de regia leta ſolvenda a procuratoribus.

1541. UT in mediis fluctibus nauta ſic in republica bonus quiſque providere et gubernacula reipublicæ ita tractare debet ut ne quid detrimenti reſpublica capiat et cum recto curſu procedere non poſſit novam aliquam aliam viam ingrediatur veterem tanquam tempeſtatem fugiat. Quare cum regius cenſus quem letam vocant qui nobis magno præſidio et emolumento eſſe debeat hominum negligentium et non ſatis circumſpecte providentium omiſſione eo evaſit ut multa inde detrimenta in rempublicam noſtram importentur ac ærarium noſtrum quod nervus reipublicæ noſtræ eſt ita exhauſtum et inanitum ſit ut ſumptibus impenſiſque ſufficere non poſſit idcireo majori parti regentium et non-regentium de abrogandis taxatoribus et leta adminiſtranda ad hunc modum in plena congregatione ſtatutum decretumque eſt. Quemadmodum multitudo impera-

Digitized by Google

imperatorum Cariam ut fertur perdidit ſic ne inter multos rempublicam adminiſtrantes quæ nunc labefactata imminutaque ſunt funditus peſſum eant et ad nihilum ventura ſint ſtatuimus ut abrogatis poſthac taxatoribus procuratores habeant authoritatem limitandi et aſſignandi menſuram quam aſſiſam vocant panis et cerviſiæ et inveſtigent tranſgreſſores quoſcunque et omnia faciendi quæ antehac ad taxatorum officium per ſtatuta academiæ pertinebant deinde letæ totius curam adminiſtrationemque gerant et omni academiam pro leta ſolutionis onere liberent. Hæc pecunia ſolvenda eſt primo regiæ majeſtati pro leta decem libræ domino ſeneſchallo quatuor libræ vice-ſeneſchallo viginti ſex ſolidi et octo denarii bedello ſeu collectori quatuor marcæ. Et quia ad rem privatam omnes ſatis attendunt ad rempublicam boni tantum qui pauci ſunt et his quoque aliquos ſtimulos emolumentum addit ſtatuimus ut prædicti procuratores non modo omnia emolumenta et commoda habeant quæ antehac quocunque legitimo titulo taxatores vendicarunt aut vendicare potuerunt ſed ea quoque quæ ex leta regia provenire juſta ratione poſſunt. Epularum autem et vini impenſam quam in electionis die magno cum ſumptu et nullo cum fructu admittere ſolent quo melius hanc prædictam ſummam octodecim librarum poſſunt diſſolvere alienandam et auferandam omnino eſſe cenſemus. Ad quam pecuniam bene et fideliter juxta antiquam academiæ formam certo et conſueto tempore ſolvendam et ad prædictorum confirmationem fidejuſſores adhibeant et literas obligatorias academiæ ante admiſſionem ſuam faciant eaſque vice-cancellario exhibebunt et tradent ac coram academia propriis ſigillis deſignabunt ſub pœna viginti librarum infra quindenam academiæ ſolvendarum.

This ſtatute is not in the proctors books nor any book belonging to the univerſity but in a MS. in Benet college library.

De diſputationibus magiſtrorum in artibus.

MAJORES noſtri prudentiſſimi viri nihil habuerunt prius et antiquius quam ut nobis et poſteritati hanc academiam omnium virtutum et bonarum artium generibus quam maxime florentem relinquerent. Huc omnes ſuos nervos huc omnes ſemper conatus deſtinabant optimis ſtatutis diligenter providentes ne quid eſſet quod ulla ex parte reipublicæ decus et honorem imminueret aut labefactaret. Horum nos pio ſtudio et de ſtudioſis bene merendi 11 Feb. 1541.

Digitized by Google

rendi promptitudine excitati mature cenſemus quorundam minime ferendæ negligentiæ conſulendum. Nihil enim excogitari poteſt vel majori academiæ ornamento vel ſtudioſæ juventutis commodo futurum quam publica illa diſputandi exercitamenta quæ quidem hodie quorundam incuria eo ſunt a priſtina dignitate prolapſa ut in magnum totius matris noſtræ academiæ dedecus et ignominiam videantur brevi ceſſura ut interim reliqua omittamus incommoda. Nam quid obſecro magis dedecoroſum aut a recepta et laudabili conſuetudine alienum quam unum eundemque regentem toties aliorum partes in ſcholaſticis exercitationibus ſuſtinere atque ex oppidanis domibus nulla literatorum pompa comitatum publicitus ad ſcholaſtica certamina prodire? Quid olim inauditum magis quam ipſos artium profeſſores philoſophicum campum data opera evitare nec audere cum inferioris loci juvenibus in arenam deſcendere et manus conſerere ſed ſumptus prætextu eum quem minimo queant pretio ad ſuas ſupplendas vices conducere? Quare quo huic enormi malo ſemper in deterius vergenti occurreretur conceſſum eſt anno Domini 1541 die vero 11° februarii in plena regentium et non-regentium congregatione ut hoc ſequens ederetur ſtatutum et cum cæteris in procuratoris libro ſcriptum perpetuo obſervaretur. Volumus igitur et ſtatuimus ut omnes primi et ſecundi anni regentes in artibus per ſemetipſos in propriis eorum perſonis diſputare teneantur niſi petita et obtenta a vice-cancellario et altero procuratorum venia per alium quempiam ſuis vicibus diſputandi. Statuimus etiam ut nemo regens alicujus collegii vel aulæ vel hoſpitii per alios quam per ſui proprii collegii vel aulæ regentes unquam diſputet niſi conſulto prius et aſſentienti ſuæ domus præpoſito aut ejus vices gerente. Ad hæc ſtatuimus ut nullus regentium diſputaturus prodeat ex tabernis aut domibus laicis ſed ex aliquo collegio aula vel literario hoſpitio ut loquimur et domeſtico ſuo contubernio juxta laudabilem academiæ conſuetudinem pulchre conſtipatus. Numerum autem diſputationum ſic decernimus quod nullus regentium ſæpius quam bis in uno et eodem termino aut ſua aut alterius vice publicis ſeſe exerceat diſputationibus: neque id quidem cuiquam licere volumus niſi ut prædictum eſt alicujus collegii cœtu ex more honeſte comitato. Ad hoc ſtatutum perpetuo in poſterum ſtricte obſervandum unuſquiſque regentium ſub pœna juramenti ſui academiæ præſtiti tenebitur.

Lib. proc. ſen. fol. 91.
Lib. proc. jun. fol. 97.

Conceditur

Digitized by Google

CONCEDITUR ut baccalaurei juris civilis in posterum non teneantur post eorum admissionem legere librum institutionum in scholis publicis cum id semper sine aliquo fructu fecerint sic quod unusquisque eorum solvat universitati quantum considerata singulorum facultate decretum fuerit per vice-cancellarium et doctorem cathedræ juris civilis et seniorem procuratorem qui pro tempore fuerit ita quoque ut ultra 13ˢ 4ᵈ a nemine exigatur. 1542.

Lib. Grat. A. fol. 3.

CONCEDITUR ut præfatio habita postridie comitiorum a baccalaureis theologiæ sufficiat eis qui nunc sunt et qui in posterum erunt pro lectione magistri sententiarum quum magistrum sententiarum legere per regias injunctiones non licet et quod non teneantur propterea ad ulteriorem residentiam. 1543.

Lib. Grat. A. fol. 7.

CONCEDITUR ut dominus vice-cancellarius præsides collegiorum omnes vel eorum substituti una cum procuratoribus habeant authoritatem limitandi modum et formam quibus omnes quicunque scholasticorum privilegiis gavisuri sunt et hactenus non sunt jurati academiæ neque matriculati debeant jurare et matriculari et quantum pro ista re debeant solvere et quomodo et quicquid hi omnes aut major eorum pars præsentium si omnes adesse non possunt ante mensem decreverit pro statuto habeatur sic ut prius coram vobis legatur et tum in librum procuratorum inscribatur. 1544.

Lib. grat. A. fol. 8.

Syngrapha inter veteres et novos procuratores.

QUONIAM per incuriam et negligentiam nonnullorum procuratorum et aliorum magistratuum effectum est ut libræ pondera mensuræ resque aliæ per academiam emptæ disperdantur sæpe ac desiderentur cum tamen non appareat cujus id culpa sit effectum statuimus ut et hoc tempore et semper deinceps inter procuratores veteres ac novos syngrapha fiet indentata quæ testetur quid a veteribus procuratoribus rerum academiæ novis traditum fuerit nec aliter nisi per illam syngraphan utriusque manu subscriptam procuratores recedentes a magistratu suo liberentur: post 21 Jan. 1544.

Digitized by Google

quorum liberationem illa pars ſyngraphæ quæ ſubſcribitur nomine novorum procuratorum in ciſtam communem ponatur quæ veterum manu ſubſcribitur ſit penes novos procuratores: et iidem diligenter videant et notent quid procancellarius toto eorum anno rerum academiæ habeat et eundem recedentem ab officio ſuper illis rebus onerent.

Lib. proc. jun. fol. 103.

De cenſu agendo.

QUOD felix fauſtumque ſit cancellario procancellario procuratoribus regentibus ac non-regentibus et toti reipublicæ. Dominus procancellarius et omnes præſides collegiorum aularum domorum hoſpitiorum de lege ſancienda de cenſu agendo et incenſis rogatione prius legitima ad regentes et non-regentes perlata poteſtateque procancellario et prædictis præſidibus quod e republica eis viſum fuit ſtatuendi de iſta re tam per regentes quam non-regentes in eadem rogatione facta interrogante ſingulos ſigillatim * procancellario tertio maii ita cenſuerunt et repetita interrogatione xi° maii in hunc modum decreverunt. Cenſum procancellarius et duo procuratores ſemeſtribus ſingulis agunto. Statuti dies quibus agi cenſus incipiat quotannis duo ſunto viceſimus maii et duodecimus novembris aut veneris qui hos præcedunt. Biduo triduove aut quam primum fieri commode poſſit arbitratu procancellarii cenſus peragitor. Qui non expectare dies hos ſed ante cenſeri velit recte jureque facito. In cenſendo formulam hanc obſervanto. Incenſus qui fuerit academiæ ſcrībam adito et nomen ſuum et tutoris ſi quem habet menſamque et convictum in quo fuerit profitetor cenſuſque nomine pecuniam præſcriptam pendito: tunc præeunte procancellario vel cui hoc ille mandaverit qui eorum pubes fuerit in hæc academiæ verba jurato.

Concepta verba jurisjurandi.

CANCELLARIO procancellarioque academiæ Cantabrigienſis quatenus jus faſque eſt et pro ordine in quo fuerim quamdiu in hac republica degam comiter obtemperabo: leges ſtatuta mores approbatos et privilegia Cantabrigienſis ācademiæ quantum

* In lib. rer. memorabil "procancellario Thoma Smytho."

Digitized by Google

quantum in me eſt * obſervabo: pietatis et bonarum literarum progreſſum et hujus academiæ ſtatum honorem dignitatem tuebor quoad vivam meoque ſuffragio atque conſilio rogatus ac non rogatus defendam: ita me Deus adjuvet et ſancta Dei evangelia.

Jurati nomen in ſcholaſticorum album ſcriba referto et pro ordine in quo fuerit: ita qui minoris ordinis et claſſis fuerint ei honorem deferunto. Qui ſemel cenſus fuerit inter ſcholaſticos noſtræ reipublicæ civis ni poſt propter ſcelus aliquod inde fuerit ejectus præſens abſenſve in perpetuum habetor. Iterum nemo cenſetor. Qui dies ſtati ſunt ut in illis cenſus agatur in his omnes qui collegiis hoſpitiiſve præſunt quive eorum vicarii pro tempore fuerint procancellario et procuratoribus ſi vocati fuerint adſunto coramque eis qui in illis ædibus quibus præſint incenſi in illo tempore fuerint ſiſtendos cenſendoſque curanto neve quicquam contra hanc legem de cenſu agendo aut in ejus fraudem fiat cavento. Illis diebus omnes qui ante cenſi non fuerint cenſentor. Qui cenſeri recuſat eo modo ac forma quæ ſuperius ponitur et poſt peractum cenſum incenſus manſerit eum collegii aulæ domus hoſpitii quicunque magiſter præſes præpoſitus principalis fuerit viceſve cujuſcunque eorum geſſerit domo cui præeſt convictuque in quo fuerit pellito nomen ejus e tabellis tam pocillatoris quam coqui deleto cubiculo exigito manere uſquam in Cantabrigia tanquam ſcholaſticum non ſinito. Qui quem incenſum poſt cenſum peractum magiſter præſes præpoſitus principalis ſive cujuſque eorum vices gerens in illo collegio domo aula hoſpitiove cui præeſt pernoctare ut ſcholaſticum domus cubiculumve vel ſolum vel una cum aliis tenere conducere aut nomen in tabella coqui pocillatoriſve habere vel in victu ac menſa ſuorum eſſe decem amplius dies permittit mulctæ nomine ſex ſolidos octo nummos academiæ pendito. Eandem mulctam ei qui quemquam ita ejectum poſt recipiat procancellarius dicito. Summam pecuniæ pro cenſu pendendæ pro neceſſitate fortuniſque academiæ procancellarius et domorum præſides dummodo id ſemel duntaxat in anno et ex majoris partis conſenſu fiat moderantor. Iidem ſemper hanc legem ſi quid emergat dubii interpretantor. Legem ne abroganto neve ulla in parte præterquam in ſumma pecuniæ deroganto. Antiquandi hanc legem nemini niſi de expreſſo conſenſu regentium ac non-regentium fas eſto.

* In lib. rer. mem. "conſervabo."

Digitized by Google

Pecunia ſolvenda ab incenſis.

EXTRANEUS doctor qui noſtrorum doctorum in numerum adſciſcendum ſe non curavit ante annum quam ad nos acceſſerit ſi ſemel admiſſus in collegium aliquod aulam hoſpitiumve fuerit ſolvet — vi^{s} viii^{d}.

Magiſter cujuſcunque facultatis extraneus et baccalaureus juris — v^{s}.

Baccalaurei artium et omnes qui in primo et ſociorum convictu ac menſa cenſentur — ii^{s}.

Qui in ſcholaſticorum et hoſpitiorum convictu cenſentur et quadrantarii qui expendant hebdomadatim xii^{d} vel amplius — xii^{d}.

Qui quadrantarii ſunt et minus quam duodecim nummos quomodo frequentiſſime vivunt hebdomadatim expendant — vi^{d}.

Quæ ſummæ ſic dividantur quo diligentiores ſint ad perferendos labores hi qui huic negotio præſunt ut ubi academia vi^{s} viii^{d} aut v^{s} capit reddat ſcribæ vi^{d} ubi ii^{s} aut xii^{d} ſcribæ iv^{d} ubi vi^{d} ii^{d} procancellarioque qui jusjurandum defert de ſingulis nominibus non amplius quam ii^{d}: aſt ubi academia tantum vi^{d} capit vice-cancellarius nihil accipit. Cenſentor et cæteri qui quoquam pacto ſcholaſticorum privilegio gaviſuri ſunt jurantoque et quantum quiſque velit pro facultatum modo ita tamen ne minus quatuor nummos pendunto.

The oath of the ſcholars ſervants and other privileged perſons not ſcholars.

YOU ſhall ſwear that ſo long as you ſhall be in the privilege of a ſcholar you and your ſervants ſhall be obedient to the chancellor and vice-chancellor of this univerſity in all lawful and honeſt things as ſhall concern your perſon and degree and keep all good ordinances ſtatutes and laudable cuſtoms of the univerſity which doth or ſhall concern likewiſe your perſon. Alſo you ſhall not go about to break and infringe any privilege or liberty granted by the kings highneſs or his progenitors or hereafter to be granted by the kings majeſty or his ſucceſſors to this univerſity nor ſuffer none of your ſervants ſo to do nor help counſel nor maintain any man going about ſo to do at any time hereafter while you ſhall live. So help you God and the holy evangeliſts.

Eodem

Digitized by Google

Eodem anno xx° *maii.*

PROCANCELLARIUS procuratores et præſides prædicti ita interpretabantur hoc ſtatutum viz. ut impuberes pecunias quidem ſolverent et deſcriberentur eorum nomina ſed jurejurando adigerentur tum cum ad pubertatem veniſſent.

Et ſcholaſticorum famuli hi demum in cenſum acciperentur qui aut quaſi patresfamilias ipſi domus domini aut inquilini eſſent aut qui in collegiis aulis hoſpitiiſve degunt: famulorum autem famuli ne cenſerentur niſi ipſi vellent.

Lib. proc. jun. fol. 100.
Lib. rer. mem. fol. 14.

IT is granted that becauſe the taxors office now joined to the proctors office is thought overchargeable and painful to the proctors m^r vice-chancellor d^r Smith and Atkynſon m^r Swynborne Aynſworth Maptid and Gylpyn may have your authority to ſeparate the offices and to deviſe an order and way of paying ſuch ſums of money as be due to the kings majeſty and to both the ſtewards of the univerſity ſo that the univerſity be not overcharged thereby and that their doings herein be written read and allowed of you afore the 8th day of october next coming. 1545.

Lib. grat. Δ, fol. 16.

De negotio Burwellenſi.

Statutum de pecunia ciſtis refundenda.

STATUIMUS quod non liceat cancellario aut procancellario cuiquam alii pecuniam accipere de colono noſtro Burwellenſi aut ſaltem quod non tradat illi ἀποχὴν ſive acquietantiam academiæ nomine factam niſi coram altero procuratorum et uno alio magiſtro ſive pro-præſidente collegii alicujus: et quod intra viginti dies poſt unamquamque ſolutionem ſibi factam denas libras in ciſtam cui illo anno pecunia reſolvi debet recondi curet: neque liberetur niſi per acceptilationem ſive acquietantiam manibus cuſtodum ciſtæ ſubſcriptam: qua ſumma cuſtodes ciſtarum prout inferius deſcribitur in ratione ſua quotannis onerentur: denas item 2 Jan. 1545.

libras

Digitized by Google

libras vicario Burwelli ſolvat ſtatim abſque mora et reliquum pecuniæ intra xx dies in communem ciſtam recondat a procuratoribus in uſus et neceſſitates academiæ erogandum. Cujus quidem pecuniæ acceptilationem ab utroque procuratore habeat. Sic procancellarii ratio quotannis erit quinquaginta librarum xiii^{s} vi^{d} quarum xx^{l} a ciſtarum cuſtodibus xx^{l} a vicario Burwelli x^{l} xiii^{s} vi^{d} a procuratoribus acceptilatione accepta et non aliter quotannis liberabitur. Ciſtarum autem indemnitati ſic proſpeximus.

Fen et Neale.

CUSTODES Fen et Neale xii annos continuos vicenas annuas libras accipient a vice-cancellario de redditibus Burwelli cujus prima penſio proximo anno viz. 1545 poſtrema vero 1556 erit.

Billyngforth et Bouſer.

CUSTODES Billyngforth et Bouſer xi continuos annos vicenas annuas libras accipient et prima penſio incipiet anno Domini 1557: poſtrema erit 1567.

Trinitatis.

TRINITATIS ciſtæ cuſtodes tribus item annis xx quotannis libras recipient viz. anno Domini 1568, 1569, 1570.

Darlington et Exceter.

AD extremum reficietur ſors Darlington et Exceter quinque annis primaque penſio 1571 poſtrema 1575 erit.

Et ille annus ad priſtinum ſtatum creditrices academiæ ciſtas perducet. Quod decretum noſtrum ne per negligentiam cuſtodum non requirentium hanc pecuniam a ciſtis academiæ creditam vanum irritumque fiat ſtatuimus ut quotannis cuſtodes ejus ciſtæ cujus pecuniæ dies illo anno ventura eſt præter priora ſacramenta hoc adigantur jurejurando.

Jusjurandum

Digitized by Google

Jusjurandum cuſtodum ciſtæ.

JURABIS quod exiges pecuniam tuæ ciſtæ debitam a procancellario cum dies venerit: et ſi non fuerit perſoluta tempore in ſtatuto de ciſtis reficiendis præfinito aut ſaltem antequam a cuſtodia ciſtæ decedas quod palam conquereris de iſta re in proxima congregatione regentium et non-regentium ad omnes magiſtros et doctores ibi præſentes.

Quod quidem et cuſtodum intereſt facere quippe quos non alio modo liberari aut *αποχην* ab auditoribus accipere decrevimus niſi aut aucta ciſtæ ſors fuerit aut eos huic jurejurando ſatisfeciſſe appareat.

Lib. proc. jun. fol. 101.

De rectoria Burwelli.

DECREVIT eodem quoque tempore (11° januarii 1545) ſenatus univerſus regentium et non-regentium ut quinque quotannis ad minimum conciones fiant: quarum quatuor a theologiæ baccalaureis ſingulis ſeparatim in diverſis anni quadrantibus unam vero a procancellario in quadrageſima media vel die paraſceves habeatur. Et cæteris his quatuor concionatoribus ad ſumptus ſuos ferendos xx^{d} a procuratoribus numerentur procancellario III^{s} IV^{d}. Procancellarius quo die concionabitur ibi ſarta tecta omnium ædium quæ ad academiam pertinent diligenter intuebitur et ſi quid reficiendum videat in ſyngrapham ſerratam quam indentatam vocant ſcribet cujus alteram partem apud colonum relinquet alteram ipſe ſecum adducet maxime ſi intelligat admonitum fuiſſe priore anno colonum et ſarta tecta non facta. Oeconomis quoque Burwellenſis eccleſiæ quos ædituos aut gardianos vocant XIII^{s} VI^{d} inter pauperes Burwellenſes diſtribuendos dabit curabitque ut antequam ipſe inde diſcedat diſtribuantur. Et quanquam non putamus fore ut concionandi laborem noſtri theologi unquam refugiant ingratique ſint in illud oppidum quod magnam partem ſumptuum academiæ ſuſtinebit tamen ne et ignaviæ et ingratitudini non proſpectum videatur ſtatuimus ne quis poſthac admittatur ad gradum baccalaureatus in theologia niſi juret ſe obediturum procancellario ſi ab illo jubeatur concionari Burwellæ modo ne plus ſemel uno anno concionari cogatur pignuſque ſuper hac re v^{s} in

2 Jan. 1545.

Digitized by Google

in manus procuratorum ſingulos qui deinceps admittentur in theologiæ baccalaureorum ordinem deponere volumus: præſtituetque procancellarius quot conciones ipſe voluerit et quibus diebus ſic tamen ut ne plures quatuor prædictam pecuniæ ſummam ab academia capiant et illi aut primi quique baccalaurei et ſeniores aut quos procancellarius quaſi maxime idoneos ad hoc deſignaverit.

Lib. proc. jun. fol. 102.

Decretum de reſtituendis taxatoribus.

9 Oct. 1546. VERISSIME quidem dictum eſt neque bonum nautam neque legiſlatorem ſapientem eundem et perpetuum ac ſemper ſui ſimilem curſum ſequi ſed ille cum mare minetur procellam et imminens tempeſtas ſe procul oſtendere cœpit vela contrahit cogit in anguſtum nautas et eos onere et labore premit faciemque maligni ac duri domini præfert: idem ubi ſudum eſt et placida navigatio relaxat vela remittit labores laudis aut mercedis præmiolo benignius invitat ſuos: nec diſſimiliter bene gubernata reſpublica temporibus aſperis atque difficilibus gravius nonnunquam et acerbius ſuis imperat aut operas ab iis gratis exigit aut tributum imponit aut ſaltem impenſos labores non dignis proſequitur operæ pretiis. Cujus quidem rei et nos quoque in noſtra republica quoddam ſpecimen et experimentum nuper ſenſimus quæ graviter concuſſa tempeſtatibus exhauſta re vectigali ac ærario prope uno tempore deſtituta per inopiam coacta eſt non ſolum unum magiſtratum taxatorium ſibi prorſus adimire verum etiam procuratorium collegium gravi onere premere ſumma nimirum XVIII librarum quotannis ſolvenda et hæc temporibus iniquiſſimis neceſſitas expreſſit. Eadem nunc ſecundioribus uſa rebus reſtituta partim nitore priſtino et quibuſdam vectigalibus recuperatis priora ſua decora requirere videtur ut et vetuſti magiſtratus reddantur et alii nonnihil exonerentur. Quocirca eiſdem quidem authoribus qui abrogarunt ante taxatores oneraruntque procuratores et illos reſumimus et hos levamus.

Placet itaque regentibus et non-regentibus univerſis ut poſthac taxatores eo jure atque ordine quo prius creentur et ad omnia quæ priores taxatores capere jure poterant emolumenta procuratoreſque qui poſthac deſignabuntur a ſolvendo ſeneſchalli honorario hoc eſt quaternis

Digitized by Google

quaternis quotannis libris liberari: cæteris omnibus quæ in ſtatuto noſtro de regia leta ſolvenda 1541 edito continentur in ſuo robore duraturis.

Lib. proc. jun. fol. 103.

MEMORANDUM quod in plena congregatione regentium et non-regentium convocata XVII° die novembris anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo ita conceſſum eſt ex vi et forma hujuſmodi gratiæ: Placet vobis ut quoniam per antiqua ſtatuta ordinatum ſit ut religioſus doctor præficiatur in omnibus fere electionibus publicis et ponatur in capite ut vocant orator academiæ pro tempore deinceps illius religioſi vices ſuppleat. 17 Nov. 1547.

Lib. proc. jun. fol. 104.

CONCEDITUR quum veteres cartæ et evidentiæ veſtræ valde negligenter tanquam mortuæ et nullius momenti in ciſtis academiæ incluſæ jacent in quibus tamen nonnulla contineri putatur quæ commodo et uſui academiæ eſſe poſſint tam pro pullariis iſtis hominibus e foro noſtro arcendis quam pro aliis rebus non minus ad uſum academiæ ſpectantibus ut dominus procancellarius doctores Parker Madewe Mowſe Blythe m^ri Wylks Perpoynt Sedgwick Maptytt Perſon et procuratores habeant authoritatem veſtram non ſolum inſpiciendi et examinandi prædictas cartas et evidentias verum etiam uteas omnes quæ pro libertatibus academiæ tuendis aut ejuſdem legibus conſervandis facere ullo modo queant e pulvere in lucem revocare et in unum librum redigere poſſint ſimulque poteſtatem habeant inſpiciendi et examinandi vetera academiæ ſtatuta quæ in libris procuratorum conſcribuntur ut quæ ambigua et obſcura ſint explanent et interpretentur quæ antiquata abrogent et quæ retinenda in librum unum colligant: et quicquid major pars horum decreverit veſtra authoritate pro rato habeatur. 1552.

Lib. grat. A. fol. 36.

CONCEDITUR ut quum nullum adhuc ſtatutum confectum eſt de nominatione vicarii Burwellenſis conſimilis ordo obſervetur qui hactenus obſervatus eſt in electione taxatorum viz. ut ex ſex nominandis per dominum vice-cancellarium præfectos 1553.

Digitized by Google

collegiorum aut eorum vicarios et doctores duo ex illis nominentur per conſenſum majoris partis totius univerſitatis: qui quidem ſic nominati habeant literas nominationis ſuæ ſigillo veſtro communi ſigillatas.

Lib. grat. A. fol. 39.

1556. CONCEDITUR ut compoſitio pro electione procuratorum reformetur per præpoſitos collegiorum et tres in qualibet facultate viz. doctores Yong Harvy Walker Gatcher et Yale magiſtros Swynborne Mapted Mytch Raven Stoks Barley et Otway una cum domino vice-cancellario et procuratoribus juxta tenorem injunctionis ſuperiori die coram vobis lectæ.

Lib. grat. A. fol. 48.

1556. CONCEDITUR ut tres in qualibet facultate viz. doctores Yong Harvye Hatcher Walker Yale m^ri Swynborne Maptyd Mytche Raven Barley et Otway una cum domino vice-cancellario et procuratoribus habeant veſtram authoritatem revidendi et reformandi antiqua academiæ ſtatuta juxta tenorem injunctionis ſuperiori die lectæ: ita quod quicquid innovetur aut immutetur coram vobis prius legatur et per vos approbetur priuſquam robur aut effectum ſortiatur.

Lib. grat. A. fol. 48.

1556. CONCEDITUR ut eligatur tertius bedellus in ſubſidium reliquorum duorum bedellorum.

Lib. grat. A. fol. 48.

22 Nov. 1560. CONCEDITUR ut omnes qui poſthac vinum vendant infra hoc oppidum aſſignentur per magiſtratus quorum intereſt per academiæ ſtatuta habeantque licentiam ſuam ſub ſigillo veſtro communi juxta actum parliamenti editum in hac parte.

Lib. grat. A. fol. 61.

27 Jun. 1562. CONCEDITUR ut ordinationes modo lectæ poſſint veſtra authoritate et decreto ut ſtatuta approbari.

Lib. grat. A. fol. 67.

Conceditur

Digitized by Google

CONCEDITUR eodem ut d. vice-cancellarius doctores Perne Porye et Harvy m^r Beamont m^r collegii ſanctæ Trinitatis m^r Hawford academiæ orator et domini procuratores poſſint veſtra authoritate transferre in latinum ſermonem prædicta ſtatuta et deſcribere in librum procuratorum cum reliquis ſtatutis idque infra tempus limitatum in ſtatuto utque executio dictorum ſtatutorum differatur in diem proximum ante proxima comitia. 27 Jun. 1562.

Lib. grat. A. fol. 67.

CONCEDITUR v° julii ut vi^l xiii^s iv^d ſolvantur annuatim ex ærario publico lectori dominæ Margaretæ ſic ut teneatur ſemel in anno prædicare apud Burwell. 5 Jul. 1566.

Lib. grat. A. fol. 87.

CONCEDITUR xiv° jan. ut ſi quis ſubſcribat nomen ſuum alicui gratiæ in qua plures termini numerantur quam is in hac academia conſummaverit ille qui ſic nomen ſubſcripſerit privetur ſua voce per annum et mulctetur ad arbitrium procancellarii: et hæc gratia pro ſtatuto habeatur. 14 Jan. 1566.

Lib. grat. A. fol. 88.
Lib. proc. ſen. fol. 156.

CUM academia conceſſerit prælectori lectionis theologicæ dominæ Margaretæ vi^l xiii^s iv^d et ei oneri ferendo per quotidianas impenſas non ſufficiat et omnia ſacellani univerſitatis munera ut papiſtica per leges abrogantur placet vobis ut annuus reditus illi ſolvi conſuetus ad academiæ uſum convertatur. 1 Jul. 1570.

Lib. grat. A. fol. 103.

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTA

REGIS HENRICI OCTAVI.

Digitized by Google

STATUTA

REGIS HENRICI OCTAVI.

Injunctiones regiæ ad universitatem Cantabrigiensem transmissæ ac per magistrum Thomam Cromwell dicti regis visitatorem generalem et vicegerentem ac universitatis prædictæ cancellarium adinventæ anno regni regis Henrici VIII^vi^ XXVII°.

HENRICUS octavus Dei gratia Angliæ et Franciæ rex fidei defensor dominus Hiberniæ et in terris supremum sub Christo caput ecclesiæ Anglicanæ dilectis in Christo subditis nostris cancellario ac scholaribus ac toti cœtui universitatis nostræ Cantabrigiensis salutem.

Quandoquidem pro comperto habemus barbarie et inscitia tam late et ubique regnante in academia Cantabrigiæ etiam multa corrupte tradi multaque esse diligenti reformatione digna nos omnibus modis cupientes veram eruditionem et meliorem literaturam virtutis incrementum ac maximum reipublicæ nostræ commodum Deique Summi ac Maximi gloriam ac ejus verbi cognitionem promovere divinumque cultum et pietatem omnem sancte et pie defendere Christi blasphemiam ignorantiæ nebulas studiorum errores hæreses superstitiones hypocrisin idololatriam et id genus abusus excessus enormitates et optimorum morum corruptelas ac alia quæcunque bonarum artium et honestæ conversationis impedimenta funditus evellere et extirpare non alio respicientes quam ad Christum et ejus evangelium non aliud affectantes quam veræ fidei augmentum et christianæ religionis sinceram traditionem et doctrinam ac perfectæ et christianæ vitæ lucidius exemplar vos cancellarium præsides gardianos

Digitized by Google

gardianos præfectos præpoſitos doctores legum et artium magiſtros religioſoſque omnes veſtri cœtus quocunque nomine aut gradu præfulgeant in collegiis aulis aut aliis quibuſcunque ædibus infra dictam academiam veſtram utiliter conſtitutos ſeu degentes pie et chriſtiane exhortamur et in viſceribus Jeſu Chriſti obnixe rogamus et obſecramus ut ea quæ maxime ad Dei gloriam et ejus cultum noſtrumque et totius regni noſtri honorem et academiæ veſtræ decus ſtudentiumque ibidem profectum per veram Chriſti doctrinam in ſpiritu et veritate receptam pertinent fideliter diſcatis et obſervetis et in his conſervandis tam fortiter ac fideliter innixi ac ſtabiles conſpiciamini ut imperita plebecula in vobis verioris doctrinæ ac virtutis expreſſas imagines et formas non aliter quam novos in hoc orbe ſoles ſuſpiciat et veneretur: quas facilius arbitramur oſtendere poſſitis ſi quæ per dilectum nobis Thomam Cromwell ſecretarium noſtrum primarium et rotulorum ſive ſcriniorum magiſtrum ſive cuſtodem noſtrumque ad cauſas eccleſiaſticas vicemgerentem vicarium generalem et officialem principalem ac viſitatorem univerſalem ſalubriter adinventa ſunt præcepta ſubſequentia diligenti veſtra induſtria obſervetis.

Primum eſt quod cancellarius ſive vice-cancellarius ac omnes et ſinguli ſtudentes ſive ſcholares totius hujus cœtus univerſitatis Cantabrigienſis quocunque gradu aut nomine inſigniti ſunt vel præfulgeant fideliter vere et ex animo et quantum in vobis eſt obſervetis et ab aliis quantum in vobis fuerit ſic obſervari facietis docebitis et procurabitis omnia et ſingula contenta tam in juramento ſucceſſionis per nos præſtito quam in quadam profeſſione ſigillo veſtro communi univerſitatis ſigillata et manibus veſtris ſubſcripta ſtatutaque hujus regni pro extirpatione papatus uſurpat. ſive ſublatione poteſtatis romani epiſcopi in hoc regno Angliæ aſſertione ſive confirmatione authoritatis juriſdictionis prærogativæ et præeminentiæ noſtræ regiæ poteſtatis et ſucceſſorum noſtrorum quandocunque edita ſive ſancita edendaque ſive ſancienda modis omnibus quibus melius et efficacius poteritis adimplebitis et obſervabitis ac minores ſcholares quos vocant pupillos et alios veſtræ curæ commiſſos ſedulo docebitis et inſtruetis eos penitus eſſe abſolutos ab omni obedientia pontifici romano debita regiſque poteſtatem cæteris omnibus juxta divinum eloquium in terris præcellentiorem eſſe et eidem præ aliis omnibus ex divino præcepto parendum et obediendum eſſe: nec romani epiſcopi antehac uſurpatam juriſdictionem

Digitized by Google

dictionem ſive authoritatem quovis modo ex ſacris literis fundatam eſſe ſed partim dolo et aſtutia ejuſdem romani epiſcopi ipſiuſque pravis et ambitioſis canonibus et decretalibus ac partim tolerantia et permiſſione principum paulatim ſuccreviſſe et ideo nunc jure optimo et æquiſſimo ex hoc regno auctoritate publica ſublatam eſſe.

Inſuper quia animadvertimus corruptelam præcipuam ſtudiorum omnium fuiſſe linguarum imperitiam in quibus bonæ artes omnes et ipſa etiam religio noſtra ſcribitur nam ſenſum alicujus rei non poteſt ille aſſequi qui rudis eſt idiomatis quo traditur volumus igitur et injungendo mandamus vigore præſentium quod in aula regia vulgariter nuncupata the Kings Hall collegio regio collegio Johannis evangeliſtæ collegio Chriſti in domibus Michaelis et Petri in aula Gonevile in aula Trinitatis in Pembrochiana aula collegio reginali collegio Jeſu collegio de Buckingham in aula de Clare in collegio de Benet ubi confluunt et diverſantur et frequentant ſcholares et ſtudioſi ex omni dioceſi a qualibet parte hujus regni noſtri Angliæ tam ex Wallia quam ex Hibernia fundentur hac noſtra injunctione et continue obſerventur per magiſtros et ſocios dictarum domuum ac eorum ſucceſſores imperpetuum duæ quotidianæ lecturæ publicæ una græce alia latine ſumptu et expenſis dictarum ædium. Et ſi ipſas vel earum aliquam incuria negligentia notabili vel contemptu fraude dolo aſtutia aut alio quocunque modo illicito omitti contigerit pœnam illam incurrent negligentes et contumaces inventi quam ſtatutum noſtrum preſbyteris non reſidentibus præſcribit.

Præterea quia non ſatis eſt ſi linguas quis teneat ſed magis ut prophetet ut inquit Paulus et ſcripturas examinet non minor vobis incumbit cura qui authores in ſchölis tradantur et qualia diſcatis quam quibus verbis loquamini. Volumus igitur cum hactenus tanto munere et tanta confuſione occupabant omnia ſententiarum maxima turba ut per totam academiam veſtram in nullo collegio vel aula ſeu loco alio quocunque publica legatur lectura aliqua doctorum talium qui ſcribunt in magiſtrum ſententiarum. Sed ne videamur potius indignos qui legantur prohibere ad ſacræ theologiæ ac verbi divini majorem proventum volumus ut qualiter lectio theologica fundata in univerſitate veſtra ſive in collegio aula et hoſpitio ejuſdem aliquo legantur ex nullis aliis doctoribus quam ex corpore ſcripturæ ſacræ videlicet novo teſtamento et veteri utque

Digitized by Google

que lectores ejuſdem arctius mandentur prout etiam tenore præſentium mandamus ut ſincere ac ſimpliciter ad veræ ſcripturæ ſenſum prædictum textum exponant non juxta Scoti et aliorum inextricabilium labyrinthorum authorum morem ignorantia cæcitate auditores involvant prout antehac ſoliti ſunt. Rurſus quia æquum duximus ut qui ſe in alicujus famulitium addixerit non ignoret conditiones et leges quibus ea ratione aſtringitur volumus etiam ut quilibet ſtudens nemine prohibente libere permittatur et ad ſuam ipſius inſtructionem privatim legere ſcripturas et lectiones alias quaſcunque alibi publice lectas frequentare et audire utque nullus collegii qualiſcunque præfectus præſidens aut magiſter palam publice aut privatim inhibeat ſcholares ſuos aut ex illis aliquem hujuſmodi ſacræ ſcripturæ lectiones frequentare. Porro cum totius regni deliberato conſenſu et omnium tam cleri quam aliorum ſuffragio deprehenditur romanum epiſcopum nihil juris in nos habere ſuper reliquos epiſcopos quoſvis ſed ſupremum hujus regni regimen et eccleſiæ totius Anglicanæ ſupremam dignitatem præeminentiam prærogativam et authoritatem omni jure et ſacrarum literarum teſtimoniis tribui debere nobis et ſucceſſoribus noſtris Angliæ regibus imperpetuum ut etiam noſtris prædeceſſoribus ſemper tribui ante debuerit iniquum ergo judicamus ut cujus authoritas in nos eſt nulla tanta eſſet honorum doctrinalium et traditionum dignitas quæ poſſit vel clanculum et paulatim invaleſcere vel avocare aliquorum animos quod abſit a debita noſtræ regiæ majeſtati obedientia. Quare volumus ut deinceps nulla legatur palam et publice lectio per academiam veſtram totam in jure canonico ſive pontificio nec aliquis cujuſcunque conditionis homo gradum aliquem in ſtudio illius juris pontificii ſuſcipiat aut in eodem impoſterum promoveatur quovis modo. Item quod penitus aboleantur et caſſentur omnes cæremoniæ conſtitutiones et obſervantiæ quæ ſtudium vel bonam valetudinem ſtudio amicam quovis modo impediant aut retardent.

Et quia non tantum nobis provectiorum ſtudiis proſpicere ſed et teneræ ætatis educationem quamprimis curare convenit ut et integrum efficiatur eruditorum corpus ſintque et in omni literarum genere et in omnibus ætatibus qui ſane et incorrupte doceant et audiant volumus ut qui in artium facultate ſunt educandi elementa dialectices rhetorices arithmetices geographiæ muſices et philoſophiæ deſcripta ex puriſſimis earum artium ſcriptoribus et prælectos ſibi habeant Ariſtotelem Rodolphum Agricolam Philippum

Digitized by Google

Melancthonem Trapizuntium et hujus notæ homines nec aliquando corrumpi ſinant illorum ſtudia aut animos tenebris plus quam cimmeriis et frivolis quæſtiunculis cæciſque et obſcuris gloſſematis Scoti Burlei Anthonii Trombetæ Bricoti Bruliferii et aliorum ejus farinæ hominum. Item quod ſi ſtatutum aliquod qualecunque ſit hujus veſtræ academiæ aut alicujus collegii aulæ domus aut hoſpitii quod vel apertis verbis aliove quovis modo repugnet aut contrarium his piis articulis et ſacroſanctis noſtris injunctionibus fuerit illud volumus vigore præſentium caſſari et prorſus pro nullo haberi aut reputari. Et quod omnes decani præſides gardiani præfecti magiſtri rectores et officiarii præterea omnes in quolibet collegio aula domo et hoſpitio infra univerſitatem in qualibet ſua admiſſione in tale officium vel dignitatem quocunque nomine cenſeantur juramento ſuo arctius obligentur ut procurent proſpiciant et cum effectu faciant ut hi prædicti articuli ſincere pure plane ſine fraude fuco vel aliqua colluſione ſimulatione aut diſſimulatione quacunque cum omni diligentia ab omnibus et ſingulis hujus academiæ doceantur obſerventur et cum effectu perficiantur. Has leges et injunctiones hujus univerſitatis Cantabrigienſis cancellario et vicecancellario doctoribus magiſtris baccalaureis ſtudentibus et ſcholaribus quocunque nomine vel dignitate honore gradu ſive præeminentia inſignitis ordini ſive cœtui Cantabrigienſi univerſo ſuprema noſtra auctoritate regia in hac parte tam jure divino quam humano nobis commiſſa jam tulimus et propoſuimus quas ad Dei Maxlmi gloriam et noſtræ celſitudinis honorem veræ virtutis exemplar et divini cultus incrementum excogitavimus et conſcribi fecimus ſigillique noſtri quo ad cauſas eccleſiaſticas utimur appoſitione roboravimus: reſervantes præfato cancellario noſtro Thomæ Cromwell cancellario veſtro et viſitatori generali ſive noſtro aut ejus in ea parte ſurrogato cuicunque poteſtatem alias injunctiones indicendi necnon fundationes chartas donationes ſtatuta privilegia vel exemptiones ſive ordinationes hujus univerſitatis quaſcunque et bullas et alia papiſtica munimenta examinandi et diſcutiendi cæteraque pro ejus arbitrio faciendi prout ejus diſcretioni judicio et experimento de quibus plurimum confidimus melius videbitur expedire. Quæ omnia et ſingula injunctiones et mandata a cancellario vice-cancellario doctoribus magiſtris baccalaureis et aliis prædictis ſtudentibus ſive ſcholaribus in hac univerſitate quibuſcunque reſpective inviolabiliter obſervari volumus ſub pœna privationis dignitatis beneficii ſtipendii ſeu exilii ab hac academia.

Articuli

Digitized by Google

Articuli Thomæ Leigh legum doctoris ac domini Thomæ Cromwell delegati præmiſſis injunctionibus regiis adjecti.

IN Dei nomine Amen. Anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimo quinto menſis vero octobris die viceſimo ſecundo.

Nos Thomas Leigh legum doctor præclari et honorandi viri magiſtri Thomæ Cromwell illuſtriſſimi in Chriſto principis et domini Henrici octavi Dei gratia Angliæ et Franciæ regis fidei defenſoris domini Hiberniæ ac in terris ſupremi eccleſiæ Anglicanæ ſub Chriſto capitis primarii ſecretarii et ad cauſas eccleſiaſticas vicemgerentis vicarii generalis et officialis principalis necnon infra regnum Angliæ tam in locis exemptis quam non exemptis viſitatoris generalis ad negotium viſitationis et inquiſitionis academiæ ſive univerſitatis Cantabrigienſis ac collegiorum aularum ac cæterarum domuum ſive hoſpitiorum ſcholarium inhabitantium habentes inter cætera poteſtatem nobis attributam injunctiones quæ nobis neceſſariæ et opportunæ viderentur quaſcunque indicendi has injunctiones ſive mandata ſacratiſſimis regiis injunctionibus adjicienda et annectenda fore decrevimus quæ omnia et ſingula non minus quam illa ſub eiſdem pœnis a quolibet cujuſvis collegii aulæ ſive hoſpitii hujus academiæ præpoſito ſive magiſtro aliiſque ſcholaribus ſive ſtudentibus hujus univerſitatis quibuſcunque obſervari volumus et auctoritate regia nobis in hac parte commiſſa ſtricte præcipimus atque mandamus. Primum quod quilibet ſtudioſus ſive ſcholaris infra hanc academiam Cantabrigienſem obſervabit omnia et ſingula ſtatuta conſtitutiones ordinationes et laudabiles conſuetudines hujus univerſitatis ac collegii aulæ et hoſpitii ſeu domus ubi habitat juxta primævam fundationem ejuſdem quatenus his admemoratis injunctionibus non repugnent aut ſtudio bonarum et ſacrarum literarum ſeu hujus regni juribus et ſtatutis non obſunt. Item quod nullus magiſter ſive ſocius alicujus collegii aulæ ſive hoſpitii in ſuperioribus regiis injunctionibus ſpecificati alicui vendat aut diſtrahat impoſterum ſuam ſocietatem quovis quæſito aut excogitato colore nec aliquam pecuniæ ſummam pro admiſſione vel receptione alicujus ſcholaris penitus in futurum capiat. Item volumus et ſtricte præcipimus ut impoſterum penitus faceſſant et ceſſent factiones inter hujus vel hujus patriæ civitatis aut collegii concives ſive ſocios et quoſcunque alios nec in electionibus ſocio-

Digitized by Google

rum ſcholarium præpoſitorum ſeu aliquo alio communi actu vel ſimilibus ſuffragiis edendis cuiquam ob communem patriam potius aſſentiant quam ei qui literarum ſtudio vitæ et morum integritate aliiſque corporis et animi dotibus merito ſit præferendus quum turpiſſimum ſit his præſertim doctis et bonis opinionibus imbutis qui virtutis exemplar et ſpeculum eſſe debent talibus iniquis et vulgaribus affectibus duci quin potius ut hæc academia omnes ad bonos mores et literarum ſcientiam veluti iterum gignit et format ſic et omnes quotquot ejus ſunt alumni ſe mutuos concives et municipes eſſe ſentiant ſinguli ſingulos pro virili ſuo et cum omni caritate fraterna qualitatibus ac donis externis et internis mutue auxiliantes et ad meliora promovere ſatagentes. Item quod vicecancellarius et procuratores hujus univerſitatis et quilibet præpoſitus magiſter ſive cuſtos cujuſcunque collegii ſive hoſpitii aut aulæ hujus academiæ poſſeſſiones immobiles et bona mobilia in communi habentes exhibeant citra feſtum purificationis beatæ Mariæ proxime futurum chartas quaſcunque fundationum donationum appropriationum ſtatuta conſtitutiones et bullas pontificias ac alia quæcunque diplomata et papiſtica munimenta hujus univerſitatis ac collegiorum aularum et hoſpitiorum hujuſmodi reſpective ac etiam rentale immobilium plenum et fidele inventarium bonorum mobilium eorundem in manus dicti honorandi viri magiſtri Thomæ Cromwell viſitatoris generalis ejuſve legitimi ad hoc deputati ipſius beneplacitum in ea parte expectaturi. Præterea volumus et præcipimus quod hæc univerſitas unam publicam lectionem ſive græcam ſive hebraicam ex libera optione eorum qui de gremio ejuſdem univerſitatis ſunt utram earum maluerint et conducere arbitrati fuerint ſuis impenſis continue ſuſtentet et ſuppeditet quodque in illius lecturæ quam in aliarum lecturarum ubicunque infra hanc univerſitatem prælectoribus eligendis quam diligentiſſime ſuam operam adhibeant ut eos ad prælectiones ejuſmodi delegant qui literarum ſcientia et morum integritate florere noſcuntur et qui pure ſincere et pie legere volunt omni affectu carnali aut quocunque alio reſpectu iniquo penitus ſemoto et poſtpoſito. Item volumus et mandamus quod omnes præpoſiti et magiſtri cuſtodes ſcholares ac ſtudentes in hac univerſitate pro animabus fundatoris univerſitatis ac collegiorum et aularum et aliarum in eadem domorum quarumcunque et pro fœliciſſimo ſtatu invictiſſimi domini noſtri regis ac dominæ Annæ ejus legitimæ conjugis hujus regni reginæ ſummique

Digitized by Google

ſummique eorum honoris incremento maximo ſub quorum auſpiciis vera religio chriſtiana jam refloreſcit uni miſſæ in eccleſia beatæ Mariæ infra menſem proxime ſequentem publice celebrandæ interſint Item quod quilibet præpoſitus magiſter ſive cuſtos cujuſvis collegii aulæ vel hoſpitii memorati habeat exemplar harum et prædictarum injunctionum ac eas fideliter conſcriptas in ſua domo coram omnibus ſcholaribus ejuſdem ſemel ſingulis menſibus legi faciat et eas a quibuſvis volentibus tranſcribi ſinat atque permittat. Item quod ſi aliquis ſcholaris vel ſtudens hujus univerſitatis vel etiam ipſe vice-cancellarius ſeu alicujus collegii aulæ vel hoſpitii præpoſitus magiſter ſive cuſtos injunctiones regias ſigillo ſuo magno ſigillatas vel has injunctiones ſibi annexas ſeu earum aliquam violaverit quilibet eorum id quam primum dictæ regiæ majeſtati aut ejus viſitatori generali ſeu ejus ſurrogato denunciari procuret. Et ſi delictum reſpicit univerſitatis moderatorem aliquem vice-cancellarius et procuratores denuncianti vel ejus nuncio pecunias neceſſarias et alia ad hoc requiſita miniſtrabit. Quod ſi aliquis alius magiſter præpoſitus ſive cuſtos alicujus collegii aulæ ſive hoſpitii in aliquo præmiſſorum deliquerit ipſe ſimiliter accuſanti et denuncianti viaticum et expenſas ſubminiſtrabit: reſervantes inſuper honorando viro magiſtro Thomæ Cromwell viſitatori generali conſimilem poteſtatem adjiciendi et diminuendi quam regia majeſtas in ſuperioribus injunctionibus eidem reſervavit. In cujus rei teſtimonium quia ſigillum de proprio autenticum ad manus non habemus ideo ſigillum officialis domini archidiaconi Elienſis præſentibus apponi mandavimus. Et nos officialis antedictus ad ſpeciale mandatum dicti domini commiſſarii ſigillum noſtrum appoſuimus.

Dat. XXII^do die menſis octobris anno Domini M D XXXV^to et regni dicti illuſtriſſimi domini regis noſtri anno XXVII°.

Hare Vol. III. penes academiæ regiſtrarium.

STATUTA

Digitized by Google

Digitized by Google

STATUTA

REGIS EDWARDI SEXTI.

Digitized by Google

STATUTA

REGIS EDWARDI SEXTI.

EDWARDUS ſextus Dei gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ rex fidei defenſor et in terra eccleſiæ Anglicanæ et Hibernicæ ſupremum caput dilectis nobis cancellario procancellario doctoribus magiſtris diſcipulis et omnibus qui bonarum literarum ſtudia profitentur in academia noſtra Cantabrigienſi ſalutem.

Ad officium regium pertinet non ſolum armis ac vi populum a Deo nobis et noſtræ gubernationi creditum adverſus externos hoſtes tueri ac defendere verum etiam eundem virtute augere doctrinis excolere et omnino quantum in nobis eſt omni ubique agreſti immanitate et rudi feritate depulſa quæ ſolet inſcitiæ et ignorationis eſſe comes humanitate et ſcientiis exornare atque amplificare. Ad quam rem hoc tempore animum adjicientes impulſu et ſuaſu nobiliſſimi et nobis quam chariſſimi avunculi domini Edwardi Dei gratia ducis Somerſeti comitis Hertfordiæ vice-comitis Beauchampi domini Seymour ſummi theſaurarii et comitis mareſchalli Angliæ gubernatoris perſonæ noſtræ regiæ et protectoris omnium regnorum dominiorum et ſubditorum omniumque noſtrorum bellorum terra marive gerundorum legati ſummi et ſacrati garterii ordinis equitis et cæterorum conſiliariorum noſtrorum ad academias noſtras oculos adjecimus utpote ad fontes et ſeminaria doctrinarum unde exoriens cognitio veri in univerſas ditiones noſtras fluit ac propagatur: in quibus ſi vitæ ac morum integritas cum vera doctrina eluceſcat omnia regna noſtra neceſſe eſt eo ſplendore illuſtrari: ſin

Digitized by Google

ſin barbara fœditas morum aut ſuperſtitionis error ignorantiæve tenebroſa obſcuritas in illis locum habeat quaſi ſi ſol obfuſcetur lucis detrimentum omnes noſtræ ditiones ſentient. Ergo eodem authore quo externos hoſtes noſtros terra marique propulſamus et bello proſequimur ſuperſtitionem et ignorantiam duos acerrimos veræ religionis atque humanitatis hoſtes academiis noſtris exigere decrevimus: et reverendiſſimos patres epiſcopum Elienſem ac Roffenſem prædilectos ac fideles conſiliarios noſtros Gulielmum Pagettum ſacri ordinis garterii militem et familiæ noſtræ antigrapheum Thomam Smith militem primariorum ſecretariorum noſtrorum alterum clariſſimos viros Joannem Checum Gulielmum May decanum ſancti Pauli et ſupplicum libellorum magiſtrum et Thomam Wendie noſtrum medicum intueri noſtro nomine Cantabrigienſis academiæ ſtatum juſſimus ac leges ſtatuta et mores noſtrorum in illa ſcholaſticorum inſpicere ac perpendere et ſi quæ ſint in illis corrigenda eadem corrigere et in meliorem ſtatum redigere eamque ibi formam reipublicæ relinquere quæ quantum humana patitur imbecillitas labe careat tendatque maxime ad Dei gloriam populi noſtri utilitatem ac noſtri honoris propagationem. Qui ut id facilius facere poſſint viſum eſt nonnullas leges in hoc volumen conſcriptas quas nos in veſtrum maxime commodum tulimus illis dare ut vobis tradant ut antiquatis ſemibarbaris veſtris et obſcuris ſtatutis et propter vetuſtatem jam plerumque non intellectis regiis deinceps legibus et noſtro latis auſpicio pareatis: non ſolum a Deo Optimo Maximo verum etiam a nobis ac poſteris noſtris præmium mercedemque reportaturi ſi virtutem ſectantes et ingenia veſtra bonis diſciplinis excolentes digni hac noſtra cura digni regio favore et literarum ac virtutis præmio reperiamini.

Datum e palatio noſtro Weſtmon. VIII° aprilis anno regni noſtri tertio et Chriſti Servatoris M° D° XLIX°.

Leges ſive ſtatuta Cantabrigienſis academiæ.

DEUM timete regem honorate virtutem colite diſciplinis bonis operam date. Sed qui reipublicæ vult leges et inſtituta proponere non ſolum laboris verum etiam et otii debet rationem habere. Intereſt enim ſtudioſorum hominum ac literatorum nonnunquam laxatos habere animos ut ad ſtudia contentiores veniant. Et quanquam literarius labor re quidem vera ſit ſuaviſſimum

Digitized by Google

otium tamen et otium hoc suum habet negotium et intermissionem propterea requisiti. Itaque disputationibus et lectionibus publicis fines terminosque ponamus. Primus erit ab octavo januarii usque ad septimum ante pascha diem. Illo enim die cessabunt omnes disputationes et lectiones publicae usque ad decimum post pascha. Decimo post pascha redintegrabuntur lectiones usque ad decimum julii. Tertius terminus qui idem vacationis est erit a decimo julii usque ad septimum septembris. quartus a calendis octobris usque ad decimum septimum calendas januarii. Si forte fortuna initium lectionum ceciderit in diem festum differentur in posterum diem.

Solennis et annua sit professio baccalaureorum die mercurii ante primum dominicum quadragesimae et magna comitia cooptatioque atque inauguratio caeterorum ordinum primo martis julii: quo tempore si pestis obfuerit aut alia gravior causa fuerit quo minus solennes ritus possint peragi in primum diem martis octobris vel alium quemcunque diem eadem differantur judicio cancellarii praescribendum.

Lectores publici.

QUI praelegerit theologiam jus civile medicinam aut mathematicam quaternis diebus in hebdomada ad minimum legat nempe lunae martis mercurii et jovis nisi festus dies inciderit in aliquem horum.

Linguarum professores philosophiae dialecticae et rhetorices quinis in quaque hebdomada diebus nisi festus dies inciderit legent.

Tempora lectionum et libri praelegendi.

LECTIONES medicinae dialectices et rhetorices a septima hora matutina usque ad octavam: lingua hebraica jus civile philosophia et lingua graeca ab octava usque ad nonam: mathematica a duodecima ad primam scholas occupent. Theologicus praelector solus hora nona doceat: isque publice tantum sacras scripturas profiteatur. Jurisconsultus pandectas codicem vel ecclesiastica regni nostri jura quae nos edituri sumus et non alia praelegat. Philosophicus lector Aristotelis problemata moralia politica Plinium

Digitized by Google

Plinium vel Platonem publice doceat. Medicinæ lector Hippocratem legat vel Galenum. Mathematices professor si cosmographiam docet Melam Plinium Strabonem aut Ptolemæum enarret: si arithmeticam Tonstallum aut Cardanum si geometriam Euclidem si astronomiam Ptolemæum enarret. Dialectices et rhetorices prælector Aristotelis elenchos aut topica Ciceronis Quintilianum aut Hermogenem prælegat. Græcæ linguæ professor Homerum Demosthenem Isocratem Euripidem aut alium ex antiquioribus et artem una cum proprietate linguæ docebit. Lector hebraicus non nisi ex fontibus sacræ scripturæ prælegat simulque grammaticam hebraicam et linguæ proprietatem docebit.

Ratio studiorum et quibus modis ad altiores gradus dignitatis juvenes promoventur.

RECENS venientem a ludo literario primum excipiant mathematica. Illa toto eo anno discet arithmeticen nimirum geometriam et astronomiæ cosmographiæque quantum poterit. Sequens annus dialecticam docebit. Tertius et quartus adjunget philosophiam. Et artium istarum pro ratione temporis domi foriſque quisque sit auditor. In hoc quadriennio bis quisque disputato in publicis scholis bisque respondeto in suo grege. Quæ si perfecerit et post consuetum examen dignus videatur baccalaureus esto.

Baccalaurei artium.

HI auditores assidui philosophicæ lectionis astronomiæ perspectivæ et græcæ linguæ sint idque quod inchoatum antea erat sua industria perficiant. Intererunt cunctis magistrorum artium disputationibus aperto capite nec abibunt inde nisi a procuratoribus petita venia; et si disputabunt aliquando contra magistrum id facient reverenter et cum verecundia. Baccalaureus quisque artium ter disputabit contra magistrum respondentem semel disputabit contra baccalaureum artium bis in sui gregis exercitatione respondebit declamabitque semel. In his ubi justum trium annorum spatium versatus fuerit et hæc illum perfeciſſe constiterit postquam solenniter productus fuerit cooptabitur in magistrorum ordinem.

Digitized by Google

Magiſtri artium.

MAGISTER artium ſedulus erit theologiæ atque hebraicæ lectionis et quotidianus auditor: quibus rebus annorum quinque dabit operam. Hoc ſpatio bis diſputabit contra theologiæ baccalaureum totieſque poſt tertium annum in theologia reſpondebit: concionabitur latine ſemel et toties anglice in academiæ templo. Et ſi hoc tempore in theologiæ ſtudio profecerit per ſolennem inaugurationem baccalaureus theologiæ fiat.

Baccalaureus theologiæ.

THEOLOGIÆ baccalaureus theologicam lectionem audiet quotidie. In quæſtionibus theologicis bis diſputabit ſemel reſpondebit. Latine bis ſemel anglice concionabitur in academiæ templo. Quadriennio poſt baccalaureatum ſuſceptum in theologia progreſſus poterit vocari in ordinem doctorum.

Doctores theologiæ.

POST tantum laboris ſuſceptum et tot pericula atque examina nolumus plus laboris doctoribus imponere quam ipſi velint ſuapte ſponte ſuſcipere niſi quod qui in hoc ordine ſunt ſemel poſt doctoratum ſuſceptum latine concionabuntur ſemelque quotannis quamdiu in academia fuerint quæſtionem ipſi ſibi proponent in publicis ſcholis cujus ambigua et dubitationes dum in utramque partem enucleaverint definient determinabuntque.

Legum ſtudioſus.

QUI a primo in academiam adventu legibus operam dabit primum annum integrum inſtitutionum lectioni domi ſuæ impendet: deinde quinquennium totum publicum juris prælectorem audiet: diſputabit publice ter declamabitque bis in legitima quæſtione anteaquam fiet baccalaureus juris. Qui fuerit ante baccalaureus artium quatuor annorum ſtudio poterit juris eſſe baccalaureus ſi ordine præſcripto diſputaverit atque declamaverit.

Legum

Digitized by Google

Legum baccalaureus.

HIC etiam jura docentem audiet triennium. Disputabit hoc tempore bis in suis scholis respondebit toties et cooptabitur doctor. Magister artium quinquennium dans operam legibus et cæteris perfunctus quæ hic requiruntur poterit cooptari inter legum doctores.

Doctor Legum.

DOCTOR mox a doctoratu dabit operam legibus Angliæ ut non sit imperitus earum legum quas habet sua patria et differentiam exteri patriique juris noscat et in solennibus comitialibus quæstionibus unus qui id maxime certissimeque sciat facere ad finem quæstionum quid in illis jus civile quid ecclesiasticum quid regni Angliæ jus teneat definiat determinetque.

Medicina.

MEDICINÆ chirurgiæque studiosus sex annos rem medicam discet ejus lectionis auditor assiduus. Anatomias duas videat bis disputet semel respondeat antequam baccalaureus fiat. Et duas anatomias faciet tres ad minimum curationes se feciſſe probet antequam admittatur ad praxin chirurgiæ.

Baccalaureus medicinæ.

BACCALAUREUS medicinæ disputabit bis totiesque respondebit anatomias tres aut ad minimum duas videbit antequam admittatur ad doctoratum medicinæ.

Doctor medicinæ.

POST solennem disputationem et inaugurationem suam medicari licite poterit in omni medicandi genere. Magister artium quinquennium rei medicæ dans operam postquam bis in eadem facultate respondent totiesque disputaverit publice poterit fieri doctor medicinæ.

Publicæ

Digitized by Google

Publicæ disputationes.

ORDO disputationum hic est. Inter sophistas veterrimus se responsorem exhibebit et ordine sequentur alii juniores ad finem illius anni. Anni initium quod ad disputationes attinet primus dies octobris est. Non respondebit nisi qui secundum annum expleverit. Tres principes quæstiones proponat unam in mathematicis alteram in dialecticis tertiam in philosophicis naturalibus aut moralibus. Cæteri contra disputanto. Ubi responsor hæsitaverit moderatorum alter si possit nodum dissolvito. Tempora earum disputationum erunt diebus jovis veneris et sabbati a prima post meridiem ad tertiam. Scholæ moderator per singulas disputationes quatuor suo arbitrio permittet vetustatis ordine argumenta respondenti proponere præter principalem disputatorem.

Baccalaureorum disputationes.

BACCALAUREORUM disputationes fient die veneris a nona ad undecimam et sabbati ab octava ad decimam. Respondebit non nisi secundi anni baccalaureus. Incipiet veterrimus et ordine reliqui sequentur. Contra disputabit unus suo ordine cui scholæ moderator adjunget quatuor aut plures pro suo arbitrio in singulis disputationibus qui argumenta respondenti objicient.

Declamationes baccalaureorum.

BACCALAUREORUM declamationes erunt diebus veneris ab hora pomeridiana secunda ad tertiam. Prima vero hebdomada duo ordine baccalaurei unum thema tractabunt cujus contrariam sententiam duo alii defendent hebdomada sequente.

Magistrorum artium disputationes.

MAGISTRORUM artium disputationes diebus lunæ martis mercurii fient. Inchoabit respondere magister recentissime cooptatus et inauguratus et cæteri eo ordine quo sunt inaugurati consequentur. Durabit disputatio ab hora prima usque ad tertiam ita ut duas integras horas disputent. Et respondere suo ordine singuli

Digitized by Google

finguli magiſtri artium cogentur quoad tertium poſt inauguratio-nem ſuam expleverint annum poſt quod tempus non-regentes erunt et hac ſoluti cura inter theologos jureconſultos aut medicos diſputabunt. Profeſſor tres ad minimum theſes e ſuggeſtu pronunciabit ea forma verborum qua velit eas defendere. Præco collegia vocabit. Illa ſuo ordine qui poſt deſcribitur diſputatores contra dabunt.

Primo

Collegium Regium unum.

Deinde

Collegium Trinitatis.

Poſt

Collegium Joannis.

Et ita

Collegium Regineum Pembrochiæ et Catherinæ unum.

Poſt

Collegium Petri Chriſti et Magdalenæ unum.

Poſtremo

Collegium Jeſu Gonvelli et Benedicti unum.

Altero die Trinitatis inchoabit et ita circulo quoad quodque collegium primum ſit et poſtremum. Singulis vero diſputationibus quatuor ab his collegiis aut collegiorum copulationibus replicatores aut diſputatores adſint magiſtri artium aut baccalaurei ſecundi ad minimum anni qui diſputabunt contra eo ordine quo fuerunt inaugurati in academia. Si quod collegium neglexerit mulctetur ſex ſolidis eorum duobus procuratoribus duobus reſpondenti totidemque præconibus numerandis.

Theologorum diſputationes.

THEOLOGICA diſputatio ſimiliter fiet diebus jovis altera quaque hebdomada a prima uſque ad quartam per tres integras

Digitized by Google

gras horas. Baccalaureus theologiæ ut quiſque veterrimus eſt ita ordine ſuggeſtum occupabit: ternas ad minimum theſes defendet. Collegia ſingula vel conjunctiones collegiorum ut ante junguntur diſputatores quatuor aut plures contra dabunt ſub ea quæ prædicitur mulcta et eoſdem vel theologiæ baccalaureos vel quarti aut tertii anni magiſtros artium. Themata dubia ſacræ ſcripturæ loca ſint vel ex illis ducantur.

Jureconſultorum diſputationes.

JURIS civilis diſputatio fiet ſecundo et ſexto die jovis in unoquoque termino. Suggeſtum occupent doctores ordine ſuo et ſeniores baccalaurei tertii ad minimum anni vel magiſtri artium pro ſuis formis. Quatuor diſputatores ad minimum exhibebit collegium novum juri civili dicatum ex his qui doctores non ſunt ſub pœna ejuſdem quæ prædicitur mulctæ. Hi tres ad minimum horas tempus extrahent et poſt ſi ſic videatur moderatoribus qui volet contra eum qui reſpondet diſputato. Hæ diſputationes ut rite ordineque ac perpetuo fiant collegium juris civilis curabit ſub eadem mulcta ſi aut reſponſor aut replicatores deſint quæ ſimili in delicto præſcribitur.

Medicorum diſputationes.

MEDICINA ſemel in quoque quadrante anni diſputationem habebit quarto nimirum jovis die in quoque termino. Suggeſtum tenebit lector medicus aut qui pro forma locum petit et qui medicinæ dant operam auditoreſque lectionis medicinæ contra diſputabunt.

Facultatum omnium diſputationes.

TRES ad minimum theſes vel concluſiones omnium harum diſputationum triduo ante diem deſtinatum diſputationi ſcholarum publicarum valvis a reſpondente affigantur ſub mulcta duorum ſolidorum eidem infligenda quæ præconibus cedet. Et ſi tempore ſuo reſponſor deſit nec faciat officium ſuum mulctabitur xx' quorum triens unus academiæ alter triens procuratoribus tertius præconibus cedet.

De

Digitized by Google

De officio procuratorum.

PROCURATORES academiæ ambo publicis disputationibus theologorum jureconsultorum medicorum et magistrorum artium intererunt et convenientem ac decorum ordinem conservandum curabunt et quamdiu quisque contra disputabit præscribent: exordia longa argumenta nugatoria quæ magnum disputationibus offerunt detrimentum præcident et providebunt ut omnes qui præsto esse tenentur adsint nec sine legitima et approbata causa aut venia impetrata discedant eosque qui contra faciant primo tempore quatuor denariis secundo duodecim tertio viginti quarto graviori pœna mulctabunt. Si gravior illi qui mulctatur mulcta esse videbitur ad cancellarium provocatio esto.

Singularum artium prælectores singulis ejusdem artis disputationibus intererunt præter prælectorem philosophiæ quem baccalaureorum disputationibus tantum præesse volumus. De argumentis judicabunt et si quæ vel difficilia sint vel male ab aliis dissoluta ipsi dissolvent atque ad extremum quid ipsis de singulis propositis quæstionibus videatur determinabunt ac definient.

Procuratorum etiam erit providere ut singuli suas in respondendo vices atque ordinem conservent eumque qui deliquerit violati ordinis ad cancellarium deferent. Cancellarius eum qui deliquerit primo pecunia præfinita mulctabit iterum delinquenti duplicabit mulctam: tertio vero si deliquerit exiget academia et exilio mulctabit perpetuo. At vero si qui sic offenderit baccalaureus artium fuerit primi aut secundi anni aut inferioris ordinis primo v' secundo x' tertio vero pro cancellarii arbitrio gravius coercebitur nimirum carcere vel exilio. Harum omnium mulctarum triens unus procuratoribus alter præconibus tertius ærario publico dividatur quæ nisi statim persolvantur violator ordinis pignoribus captis coerceatur quæ ad eam summam perveniant et post novendium ea distrahantur nisi interea temporis pro mulcta satisfaciat.

Digitized by Google

De veſtitu ſcholaſticorum et cæteris rebus quæ ad morum urbanitatem ſpectant.

SCHOLASTICI omnes et gradibus literariis ornati ejuſmodi veſtitu utantur qui illarum ædium in quibus ſunt ſtatutis præſcribitur. In publicis autem conventibus ſcholis cæteriſque cœtibus eo apparatu veſtium utantur qui ſingulis gradibus antiquo academiæ more conſtitutus eſt. Neque quiſquam ὑπνηλίοις id eſt nocturnis quæ vocantur pileis utatur e ſerico holoſericoye factis aut quibuſvis aliis ejuſmodi quæ mollitiei elegantiæve cauſa gerantur niſi propter aliquam valetudinis infirmitatem præfecto illarum ædium cognitam eidem a præfecto venia ſit ad hoc data. Id ne publice fiat curabit cancellarius.

Omnes ſcholaſtici et qui in aliquo gradu literarii honoris fueritmodeſte et reverenter erga ſuperiores ſe gerant cum domi tum foris ubicunque in academia convenerint.

Scholaſtici contumaces nec obedientes cancellario carcere aut aliquo leviori ſupplicio pro cancellarii judicio coerceantur.

Pridie uniuſcujuſque termini concio latina hora nona antemeridiana in eccleſia beatæ Mariæ virginis habeatur. Concionatorem cancellarius deſignabit niſi quis pro gradu ſuo obtinendo ad eum laborem teneatur.

Pridie uniuſcujuſque termini fractio panis et ſacroſancta communio celebretur in ſingulis collegiis neque non preces ad Deum generales atque brevis exhortatio ad ſcholaſticos a prælectoribus aut magiſtro collegii fiat ut ſeſe ſtudiis literarum et pietati dedant et ut a Deo fonte atque authore omnis cognitionis et ſcientiæ atque adeo bonarum rerum omnium auxilium et ſuppetias ad ſuos labores impetrent.

Singuli collegiorum atque ædium præfecti bis quotannis omnes ſcholaſticos ſuos ad aliquod ſtudium ſacris literis adhibendum ſed in primis ut dominicos feſtoſque dies lectione earum ſanctificent exhortabuntur. Singuli collegiorum atque ædium præfecti

Digitized by Google

præfecti curabunt ut in ædibus ſuis quantum quidem fieri poteſt ſinguli ſcriptores ſcholaſticis ſuis propria ac prima lingua non per interpretationem in aliam transfuſi legantur atque cognoſcantur.

De electione cancellarii.

CANCELLARII magiſtratus tam diuturnus eſto quam vetera ſtatuta moreſque academiæ permittebant nimirum ad biennium integrum aut tamdiu quam tacito conſenſu academiæ cancellarius permittatur in eodem officio manere. At intra quatuordecim dies poſt vacationem hujus muneris certo cognitam a regentibus et non-regentibus ad hunc modum novus cancellarius eligetur. Præcones aut viatores academiæ procancellarii juſſu congregationem regentium et non-regentium in horam nonam ſubſequentis diei vocabunt. Tum autem procancellarius et procuratores aſſumpto juniore doctore theologiæ qui tum in academia fuerit vel ſi nullus theologiæ doctor præſens in academia fuerit adhibito juniore doctore juris civilis aut medicinæ ſtabunt in ſcrutinio ſuiſque ſuffragiis prius in ſcripto latis cæterorum præſentium ſuffragia ſcripta accipient. Hæc omnia ſenior procurator accepta palam ac ſigillatim leget et ille per procancellarium cancellarius electus renunciabitur cui plurimi ſuffragati fuerint. Confeſtim autem poſt electionem inſtrumentum electionis ejus factum ſigillo communi obſignabitur et quam maturime fieri poterit illi tradetur.

De electione procancellarii.

POSTRIDIE calendas octobris munus procancellariatus quotannis vacabit novuſque procancellarius non ante viginti quatuor horas et omnino ante triduum per majorem partem regentium eligetur ad hanc formam ſequentem. Munere procancellarii vacante præcones procuratorum juſſu congregationem regentium in horam diei nonam aut primam vocabunt. Tum procuratores aſſumptis duobus ſenioribus doctoribus in academia præſentibus aut horum vice ſi nulli in academia fuerint duobus ſenioribus baccalaureis theologiæ in ſcrutinio ſtabunt et conſcripta ſua ipſorum ſuffragia primi ferent ac deinceps aliorum omnium præſentium ſuffragia ſcripta accipient. Hæc ſenior procurator aperte

Digitized by Google

et ſeparatim leget et ille procancellarius erit quem major pars ſuffragiis ſuis elegerit.

De electione procuratorum et ædilium ſive taxatorum.

PROCURATORUM et ædilium ſive taxatorum electio poſtridie Michaelis erit quo tempore procuratores et taxatores anni præteriti munere ſuo ſe abdicabunt et confeſtim poſtquam illi ab hoc munere diſceſſerint ſine ulla intermiſſione ad electionem novorum procedatur ad hunc modum. Cancellarius duobus magiſtris artium ſenioribus aſſumptis in ſcrutinio ſtabit et illi ſua ipſorum conſcripta ſuffragia primi ferent deinde omnium aliorum regentium ſcripta ſuffragia accipient: quæ ſenior magiſter artium aperte et ſeparatim leget illique erunt procuratores aut taxatores quos major pars præſentium ſuffragiis ſuis elegerit.

De præconum ſeu viatorum numero officio et electione.

TRES erunt præcones ſeu viatores armigeri pari loco ac munere et unus inferioris loci bedellus. Illorum ſi quando munus vacaverit cancellarius curabit congregationem regentium et non-regentium intra triduum in horam nonam ſubſequentis diei vocandam. Tum cancellarius et procuratores primo ſua ipſorum ſuffragia ſcripta ferent deinde cæterorum præſentium omnium ſcripta ſuffragia accipient. Quibus palam ac ſeparatim per ſeniorem procuratorem lectis ille præco renunciabitur quem major ſuffragantium pars elegerit quem cancellarius jurejurando aſtrictum ad hoc munus admittet. Pecuniam autem aliquam aut munus aliquod neque cancellarius neque procuratores neque quiſquam alius regentium aut non-regentium nec ante electionem nec poſt pro ſuo ſuffragio vel requirat vel oblatum accipiat ſed eos ad ejuſmodi munera ſine ulla mercedis expectatione aut acceptione eligent quos maxime idoneos atque aptos judicaverint. Et ſi quis contra fecerit perpetuo infamis jus ſuffragii amittat. Et quanquam volumus unumquemque præconum aut viatorum ſic electum et admiſſum ad omne tempus vitæ ſuæ in hoc officio permanere niſi inſignis aliqua culpa illius expulſionem atque ejectionem requirat quo diligentius in officio verſentur iidem præcones aut viatores poſt feſtum

Digitized by Google

festum sancti Michaelis prima illius termini congregatione baculos suos cancellario tradent qui cum procuratoribus secrete in quodam scrutinio a regentibus et non-regentibus quæret quemadmodum se gesserint num seduli et diligentes administri fuerint. Qui si sedulo et honeste officium suum feciſſe judicabuntur cancellarius illis baculos reddet et illorum integritatem ac diligentiam laudabit et ad similem diligentiam et integritatem hortabitur. At si quid ab illis per negligentiam admissum fuisse quisquam magistrorum conquestus fuerit aut si non feciſſe officium suum a quoquam magistrorum artium delatum cancellario tum fuerit cancellarius eos admonebit sui muneris aut aliter pro ratione culpæ castigabit atque corriget. Sin vero quocunque tempore quisquam illorum insignite negligens adversus cancellarium procancellarium aut procuratores fuerit et post alteram et tertiam admonitionem corrigere sese noluerit vel aliquod detestabile flagitium perpetraverit unde academia in magnam infamiam prolabatur cancellarius advocatis sibi procuratoribus et ædium præfectis cum eorum assensu eum præconem munere suo dejiciet et tum novus præco ad formam a nobis præscriptam eligatur.

Præcones armigeri tres æquale stipendium æqualem mercedem accipiant ad æqualem laborem ac diligentiam devincti. Stipendium his et merces proveniet quemadmodum decreto commissionariorum nostrorum quid quisque gradus singulis ministris solvat constituetur. Horum trium et viatoris inferioris præterea officium erit quotidie ac diligenter cancellario adesse eique in omnibus quæ ad munus cancellariatus et ad illorum quoque officia spectabunt inservire et diligenter providere ne quando referat illos adesse absentes aut extra conspectum sint. Singulis singularum artium disputationibus duo aut ad minimum unus ex illis semper interfit si responsor supra gradum baccalaurei sit et responsorem domo ad scholas deducant iterumque a scholis domum reducant.

De electione custodum et auditorum communis cistæ sive ærarii publici.

AB universo academiæ senatu quotannis tres regentes sive non-regentes continuo post electionem procuratorum eligentur ut sint publici ærarii cum cancellario et duobus procuratoribus custodes. Hi sex communis cistæ sex diversas claves habeant in qua sigillum academiæ pecunia vasa aurea atque argentea et ornamenta

Digitized by Google

menta alia academiæ conſervabuntur. Nihil ſine academiæ conſenſu hoc ſigillo obſignabitur nec pecunia ulla aut vaſa aurea vel argentea ſine horum notitia et aſſenſu inde extrahentur. In cujuſlibet termini exitu in communem ciſtam procuratores referent quicquid pecuniæ ad academiæ uſum receptum illorum in manibus eſt. In unoquoque vero paſchatis termino tres alii regentes aut non-regentes eligentur qui cum cancellario procuratorum et aliorum adminiſtrorum rationes audient qui ad pecuniam academiæ vel accipiendam vel impendendam deſignati ſunt. Quæ rationes omnes non modo initæ verum etiam confectæ erunt infra octo dies poſt novorum procuratorum electionem ſub pœna decem librarum academiæ perſolvendarum ab eo qui fuit in cauſa cur inita aut perfecta ratio prius non fuit.

De cancellarii officio.

CANCELLARIUS poteſtatem habebit ad omnes omnium ſcholaſticorum atque etiam eorum, qui ſcholaſticorum famuli ſunt controverſias ſummarie et ſine ulla juris ſolennitate præter illam quam nos præſcribemus ſecundum jus civile et eorum privilegia et conſuetudines tum audiendas tum dirimendas: ad congregationes graduatorum et ſcholaſticorum convocandas: ad homines dignos gradibus ſcholaſticis ornandos qui omnia munia ſcholaſtica his ſtatutis contenta expleverint et ad indignos rejiciendos ab iiſdem et repellendos: ad omnes eorum violatores puniendos: ad providendum præterea ut ſinguli academiæ miniſtri in officio ſuo ſe contineant: ignavos graſſatores rei ſuæ diſſipatores contumaces nec obedientes ſuſpenſione graduum carere exilio aut alio leniori ſupplicio judicio ſuo et aſſenſu præfectorum ædium caſtigandos. Regentes omnes et non-regentes a principiis congregationum ad finem remanebunt niſi venia a cancellario impetrata licentiam diſcedendi habeant. Eidem cancellario cum conſenſu totius academiæ licebit nova ſtatuta ad eruditionis amplificationem et decori atque honeſti conſervationem inter ſcholaſticos habendam ſancire ſic ut ea his decretis noſtris in hac viſitatione propoſitis nihil detrahant aut officiant.

Statutorum hujus academiæ exemplaria quæ in communi ærario repoſita et diligenter aſſervata eſſe volumus tria ſint quorum unum apud cancellarium ſit duo procuratores habeant.

Omnes

Digitized by Google

Omnes advocati in academiæ curiis a cancellario pro advocatis admittentur sic ut prius jurejurando teneantur ad statuta et privilegia academiæ conservanda ut cancellario procancellario vel ejus substituto obediant ut nullum consilium ad damnum et incommodum jurisdictionis academiæ dent.

Duæ tantum congregationes singulis terminis cancellarii jussu convocabuntur una in principio altera in fine singulorum terminorum nisi forte propter regia negotia aliqua aut graves magnasque academiæ causas necessarium fuerit alias præterea convocari. Nullas tamen disputationes aut lectiones hujus rei gratia omitti aut deferri volumus sed ut illæ perpetuo suis temporibus habeantur et congregationes sine harum detrectatione fiant.

Alternis in unoquoque termino dominicis conciones in academiæ templo sint e quibus duæ patrio sermone erunt tertiaque quæque latina erit. Ordinem eundem collegiorum doctores et baccalaurei theologiæ in concionibus conservabunt quem antea in disputationibus præscripsimus. Quod si doctor aliquis aut baccalaureus theologiæ sive latine sive anglice gradus sui causa concionari voluerit tum ei ut sic concionetur alios cedere ad illud tempus volumus ac deinde intermissum cursum tenere.

Omnia statuta et consuetudines quæ istis adversari videbuntur abrogata et rescissa sunto.

Baccalaurei artium admittendi non teneantur ullam pecuniam ad compotationem ullam sicuti solebant ante determinationem suam conferre.

Tertius terminus qui vacationis dicitur propter intemperiem cæli et pestis atque contagionis pericula nec publicas lectiones nec disputationes habeat in academiæ scholis quæ momentum aliquod ad gradus adipiscendos adferant. Licebit tamen cuivis eo tempore suæ exercitationis causa publice quidvis prælegere aut etiam disputationem ibidem instituere venia tamen prius a cancellario data.

Quicquid

Digitized by Google

Quicquid ſtatutis academiæ cancellario faciendum attribuitur in ejus abſentia hoc idem a procancellario fiat.

Lectiones domeſticæ ita inſtituantur ut nullum impedimentum publicis profeſſorum prælectionibus afferant.

Cæremoniæ in gradibus conferendis eædem ſint quæ ante fuerunt.

Primo quoque die jovis in quoque anni quadrante diſputationibus dicato diſputetur in theologia et ſic altero quoque die uſque ad finem termini: ſecundo et ſexto die jovis in legibus: quarto in medicina.

Cooptandus in aliquem ordinem primum approbetur a præpoſito et majori parte ſociorum collegii cujus eſt et collegii nomine ab uno ex eodem collegio et ordinario lectore facultatis ſiſtetur coram cancellario in congregatione. Tum coram exponatur et de libro ſtatutorum clare legatur quid leges academiæ requirant ab eo qui in illum ordinem quem petet cooptari debeat et ubi juraverit ſe illa perfeciſſe admittatur niſi quiſquam ſponſionem facere velit ac intra octo dies probet eum propter imperitiam indignum aut vitioſos mores infamem aut non perfeciſſe quæ leges requirunt.

Socios collegiorum maritos eſſe non permittimus ſed ſtatim poſtquam quis uxorem duxerit ſocius collegii deſinat eſſe: ordinem tamen gradus ſui in academia tenere poteſt.

Si terminus aliquis ob ſævitiam peſtis intermitti contingat nihilo tamen ſecius omnes illi quorum interfuiſſet munus aliquod literarium obire mercedem in terminis pendi ſolitam miniſtris academiæ ſolvere teneantur.

E. Somerſet

Willm. Sainctjohn — J. Ruſſel — Arundell
Thomas Southampton — Willm. Paget — Wingfeld
Willm. Petre — T. Smith.

INJUNCTIONES

Digitized by Google

INJUNCTIONES A VISITATORIBUS FACTÆ.

CUM nihil magis gloriam Dei illuſtret et veritatem religionis conſervet quam literarum ſtudia recte et modeſte conſtituta et morum atque honeſtatis cultus convenienter et decore habitus et linguarum cognitio in omnium animis atque ingeniis diffuſa idcirco nos Thomas Elienſis et Nicholaus Roffenſis miſeratione divina epiſcopi Joannes Cheeke adoleſcentiæ regiæ inſtitutor Gulielmus Mey legum doctor et ſupplicum libellorum magiſter et Thomas Wendie regius medicus et medicinæ doctor majeſtatis regiæ commiſſarii generales ad viſitandam Cantabrigienſem academiam deputati ad religionis morum et literarum amplificationem has injunctiones partim ad totius academiæ partim ad ſingulorum collegiorum meliorem gubernationem ſanciendas et ab omnibus perpetuo ſervandas duximus.

Dat. Cantabrigiæ ſecundo julii anno regni regis Edwardi ſexti tertio 1549.

Singuli regentes et non-regentes a congregatione aliqua ſine venia a procancellario impetrata diſcedentes xii^{d} mulctentur.

In omnibus congreſſibus diſputationibus et concionibus publicis inferiores gradus ſuperioribus loca cedant et qui infra magiſtrorum artium gradum ſunt aperto capite aſtent.

Singuli etiam regentes et non-regentes qui in academia maxime commorantur et intra ambitum academiæ ſunt et vocati ab aliqua congregatione abſunt ii^{s} mulctentur cujus mulctæ dimidium inter procancellarium et procuratores æqualiter dividatur dimidium autem academiæ aſſignetur.

Ut ſententiæ omnes in ſcholaſticorum cauſis tractandis ſive interlocutoriæ ſive definitivæ a procancellario ſive commiſſario latæ clare cernantur regiſtrum ſit in quo hæ ſententiæ latæ conſcribantur.

Digitized by Google

Nulla gladiatoria aut laniſtaria ſchola nec taberna aleatoria intra hoc oppidum Cantabrigiæ ſit aut frequentetur.

Qui in aliqua congregatione procancellario aliquem pro aliquo gradu ſuſcipiendo præſentant conſueta verborum forma utantur.

Procancellarius baccalaureum theologiæ admittens his verbis utatur "Admittimus te ad enarrandum et interpretandum omnes apoſtolicas epiſtolas in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen": doctorem autem admittens ita dicet "Admittimus te ad interpretandam et profitendam univerſam ſacram ſcripturam tam veteris quam novi teſtamenti in nomine Patris &c."

Qui ad academiam viginti quatuor annos nati accedunt et ſe ſtudio theologiæ totos tradunt ſi procancellario et regentibus ad id idonei videbuntur poſt triennium omnes ejuſmodi ſcholaſticas exercitationes colent quæ ad magiſtros artium ad theologiam converſos ſpectant. Quatuor autem poſt annos ſequentes ad gradum baccalaureatus theologiæ accedere poterunt ſine ullo in artibus gradu ſuſcepto.

Qui commoda percipit ab his qui gradibus juris civilis initiantur is academiæ viginti ſex ſolidos et octo denarios ſolvat.

Omnes conceſſiones quæ communi ſigillo obſignantur in regiſtro prius ſcribantur et ante obſignationem cum regiſtro conferantur.

Hoſpitium d. Nicholai in ſingulis juris diſputationibus diſputatorem unum dabit et unuſquiſque doctor baccalaureus aut magiſter artium ejuſdem hoſpitii in ſuo ſenioritatis curſu in jure civili in ſcholis academiæ reſpondebit et omiſſus vel diſputatoris vel reſponſoris curſus eodem modo puniatur quomodo ſtatuta regia collegium juris civilis mulctandum præſcribunt ubi in aliquo horum præmiſſorum offenderit.

Orator academiæ niſi impetrata a procancellario venia ne diſcedat et idoneum aliquem ad id tempus vicarium ſubſtituat neque illi hac venia licet plus tribus menſibus toto anno abeſſe ſub pœna muneris oratorii amittendi niſi veniam ab academia uberiorem habeat.

Omnes

Digitized by Google

Omnes unius atque ejuſdem ſcientiæ lectiones una atque eadem hora legantur atque concurrant.

Terentii lectio in rhetoricam vertatur et hujus profeſſor declamationum in ſcholis moderator erit quemadmodum dialectices profeſſor ſophiſmatum.

Ante admiſſionem alicujus gradus antiquus viſitationis et ſcrutinii mos retineatur.

Uniuſcujuſque collegii lectores publici primo quoque die termini libellum mittent procuratoribus nomina omnium generalium ſophiſtarum ſuo ordine ſenioritatis continentem. Ea procuratores in libro commentariorum ſuorum quem regiſtrum vocant deſcribent et ſucceſſoribus ſuis quotannis per manus tradent.

Singuli magiſtri artium in comitiis ſuis jurabunt de regentia ſua triennium retinenda et curſu diſputationum toto hoc tempore ſervando.

Singuli ſuo ordine concionabuntur reſpondebunt diſputabunt cæteraſque exercitationes ipſi per ſe ſua in perſona habebunt niſi juſta cauſa inciderit per magiſtrum illius collegii cujus ſunt et majorem ſociorum partem approbanda. Cæteras tamen exercitationes quæ neceſſario ad gradum requiruntur ſinguli ipſi per ſe præſtabunt.

Singuli qui in ullo collegio ad ſtudium medicinæ traducti ſunt ordine ſuo in medicina diſputare teneantur. Et ſingula collegia in quibus hujuſmodi fuerint nomina illorum ad regium lectorem medicinæ quotannis deferent. Lector medicinæ regius ſemper cathedram illius artis teneat.

Singuli doctores medicinæ in aliquo collegio commorantes ſemper ordine ſuo ad reſpondendum in ea arte teneantur. Doctores autem medicinæ qui in oppido commorantur ſimiliter facient per ſpatium ſeptem annorum poſtea.

Quæſtiones theologiæ juris civilis et medicinæ reſpondentis ca-

Digitized by Google

thedræ in ſcholis affigantur et ad procuratores die ſabbati diſputationem præcedente adducantur ſub pœna ii^{s} procuratoribus ſolvendorum.

Regius theologiæ prælector et dominæ Margaretæ lector et academiæ concionator tres illas conciones ad clerum habebunt in regiis ſtatutis in ſingulorum terminorum initiis aſſignatas.

Magiſtri collegiorum ab omnibus ſcholaſticis exercitationibus liberentur niſi quæ pro gradu ſuſcipiendo fuerint conſtitutæ.

Sizatores in matriculatione quatuor tantum denarios ſolvant: cæteri vero omnes quemadmodum ante ſoliti ſunt.

Qui lectores regiis ſtatutis diſputationibus adeſſe tenentur ſi abſint v^{s} pro ſingulis abſentiis mulctentur.

Reſponſores et diſputatores veſtibus graduum ſuorum utantur quod ſi non fecerint xii^{d} mulctentur.

Nullus ex ſcholaſticis vel ſcutis ludat vel otioſus eorum ſpectator aſtet.

Octavo maii ad Henrici ſeptimi commendationem ſacra concio ſit quam qui facit pro ſtipendio ſuo x^{s} ab academia habeat atque a procancellario et procuratoribus eligatur.

Baccalaurei theologiæ juris civilis et medicinæ ejus anni comitiis quo hos gradus ſuſcipiunt vel unum ex ſeipſis communiter eligant vel aliquem alium ſuo ſumptu provideant qui in die comitiorum ſua in arte reſpondeat.

Reſponſores in omnibus diſputationibus nullam quæſtionum explicationem de libro ſcriptam legant ſed explicationem ſuam memoriter recitent.

Nullus ex procuratoribus ab ulla diſputatione abſit cujus moderator eſſe debet niſi ex regentibus aliquem ſibi vicarium relinquat.

Procuratores

Digitized by Google

Procuratores in matriculatione præſentes et officium ſuum diligenter facientes ſingulis matriculationum diebus ſinguli III' IIII^{d} ex ea pecunia matriculatoria accipiant.

Ac de tota academia hactenus: nunc ad collegiorum gubernationem tranſeamus.

Problemata theologica obſerventur tam per baccalaureos theologiæ quoſcunque quam per magiſtros artium et decanus conſtituatur qui moderator ſit et quæſtiones determinet et mercedem certam a collegio ad id propoſitam habeat.

Nemo grammaticam ullo in collegio doceat niſi in collegio Jeſu tantum.

In ſingulis collegiis magiſter decanus et lector publicus ſingulos in collegium admittendos ante primum illorum ingreſſum examinent utrum perfecte grammaticam teneant necne ut nulli in hujuſmodi loca admittantur qui non in ea ſatis ad mathematicam et dialecticam diſcendam profecerint.

Nullus ſeneſchallus burſarius aut hujuſmodi quis adminiſter plus pecuniæ præ manibus habeat quam ad unius menſis proviſionem ſatis pro illo collegio ſit.

Statuta omnia et compoſitiones quæ contra ſcripturam ſacram aut regia inſtituta aliquid faciunt abrogata ſunto.

Nullus ſit in feſto nativitatis dominus ludorum quocunque modo cenſeatur.

Sociorum et diſcipulorum veſtitus et cultus corporis honeſtus ſit et decorus: pilei autem ſcholaſtici et quadrati.

A primo die termini uſque ad extremum ſingula collegia problemata ſingulis diebus veneris et cætera etiam problemata per ſtatuta illis aliis diebus aſſignata ſine ulla exceptione eiſdem diebus hebdomadatim obſervent: quod ſi non fecerint ſinguli quorum intereſt id efficere III' IIII^{d} mulctentur.

Nullus

Digitized by Google

Nullus ſocius plus una lectione examinatione aut officio ſimul habeat niſi magiſtro et majori parti totius ſocietatis aliter viſum fuerit.

Nemo in aliquod collegium theologorum admittatur ſocius niſi ſit actualis baccalaureus artium aut certe reſponderit diſputaverit et declamaverit quemadmodum ſtatuta academiæ pro eo gradu requirunt et qui proxima determinatione poſt electionem ſuam actualiter procedat excepto regali collegio.

Socii diſcipuli et penſionarii ſingulis dominicis et feſtis diebus in chorum honeſto cum apparatu et ſuperpelliciis tecti veniant neque ullum ſecum librum afferant qui non vel pars ſcripturæ ſit vel ad ſcientiam ſcripturæ pertineat.

Penſionarii qui in ſociorum commeatu ſunt problemata cæteraſque exercitationes ſcholaſticas quemadmodum et ſocii obſervent.

Nullus concionator ſit vel aliquam concionem pro gradu ſuo habeat niſi ad minimum diaconus fuerit.

Singuli ſocii ubi magiſtri artium novem annos fuerint baccalaurei theologiæ ſint ſub pœna amiſſionis ſodalitii ſui ipſo facto.

In ſingulis collegiis lectores aut alii ad id aſſignati lectiones domeſticas examinent atque etiam ſi commode fieri poterit publicas.

Singulorum collegiorum præſides qui habiles ſunt et lubenter ad concionandum accedunt ſacerdotium ad quadraginta marcarum valorem annuum habere poſſunt et ad trium annorum ſpatium ſodalitium ſuum retinere modo ſingulis annis unam concionem in collegio ſuo alteram in academia habeant. Cæteri omnes ſocii unum tantum annum poſt ſacerdotium adeptum in ſodalitio ſuo maneant.

Lectores et cæteri ejuſdem collegii ſi ſimul ruri tempore peſtis ſint et lectiones cæteraſque exercitationes conſuetas quemadmodum

Digitized by Google

dum si domi essent habeant omnes commoditates fructusque percipiant quos haberent si domi essent.

Quotidianæ oppidi frequentationes sessiones in oppido diuturnæ temporis et pecuniæ inanes collationes minime usurpentur præcipue autem a majoribus natu et senioribus.

Tutores diligenter pupillos suos doceant convenienter corrigant nec permittant illos solute in oppidum vagari.

In sociorum et discipulorum electionibus pauperum filii apti et ingenioſi divitum et potentiorum filiis præferantur.

Jentaculorum et prandiorum consueti in disputationum tempore sumptus per magistrum et majorem sociorum partem leventur et minuantur.

Omnes concessiones quæ communi sigillo obsignantur in regiſtro prius scribantur et ante obsignationem cum regiſtro conferantur.

Magistri artium post primum ad minimum regentiæ suæ annum domi suæ in theologia disputent et respondeant.

Aleæ nullo tempore chartæ pictæ non nisi Christi nativitatis tempore idque moderate et idoneo tempore in aulis usurpentur sub pœna expulsionis post secundam admonitionem.

Tutores a pupillis suis si discipuli collegii fuerint haud plus vi^{li} viii^{s} sin sizatores fuerint haud plus iii^{li} iiii^{s} annuatim accipiant.

In singulis collegiis proximo die post cujusque termini finem totum collegium in sacellum conveniat et post quadragesimum quartum caput ecclesiastici lectum aliquis a magistro assignatus concionabitur ubi fundatoris cæterorumque insignium virorum quorum in eo collegio benefacta late patent præclara commendatio erit et quanta gloria Deus afficiendus sit demonstrabitur qui per hos benefactores ingentia in illos beneficia contulerit et societatem illam hortabitur ut eisdem ad Dei gloriam et eruditionis amplificationem et honestum fundatorum institutum utantur et Deum precentur ut

Digitized by Google

ut ita viventium corda ſuæ benignitatis gratia affundat ut ad Dei gloriam illuſtrandam et chriſtianam religionem adaugendam opes ac facultates ſuas ſimiliter conferant. Poſt concionem peroratam cantabunt anglice Te Deum Laudate Dominum de cælis Cantate Laudate Dominum in ſanctis. Ad finem pſalmorum Gloria Patri &c. et ante precationem dicent

The memory of the righteous ſhall remain for evermore.

Reſp. And ſhall not be afraid of any evil report.

The Lord be with you.

Reſp. And with thy ſpirit.

Let us pray.

O Lord we glorify thee in theſe thy ſervants our benefactors departed out of this preſent life beſeeching thee that as they for their time beſtowed charitably to our comfort the temporal things which thou didſt give them ſo we for our time may fruitfully uſe the ſame to the ſetting forth of thy holy word to thy laud and praiſe and finally that both they and we may everlaſtingly reign with thee in glory through Jeſus Chriſt our Lord. Amen.

Concionatori huic certa merces per magiſtrum et ſocios cujuſlibet collegii conſtituatur.

Poſt communes in aurora ad horam quintam preces locus communis in collegiis Regis Trinitatis et Joannis quotidie tractabitur et in cæteris collegiis aulis et hoſpitiis idem locus communis ter ad minimum in hebdomada eadem hora tractabitur.

Singuli collegiorum ſocii qui ſupra gradum baccalaureatus artium et infra doctoratus gradum in aliqua facultate fuerint locum communem ſuo ordine per hebdomadas tractabunt a ſenioribus incipiendo atque ita ad infimos progrediendo: quod qui in curſu ſuo non fecerint menſtruo commeatu ſuo mulctentur.

Socii diſcipuli penſionarii et ſcholaſtici ſinguli qui nondum quadrageſimum annum attigerunt neque ad doctoratus gradum aſpirarunt neque præſides collegiorum ſunt matutinis hora quinta precibus et loco communi intererunt ſub pœna ea quæ in ſtatutis adverſus

Digitized by Google

verſus eos conſtituta eſt qui divino ſervitio ut vocant non interſunt.

Abſentiæ et tarditates a veſperis matutinis et ſynaxi quæ communi parliamenti conſenſu conſtituta ſunt cæteriſque communibus precationibus iiſdem mulctis afficiantur quibus ſolebant eædem abſentiæ et tarditates a veteribus harum precationum generibus mulctari.

Magiſtri collegiorum ab omnibus diſputationibus domeſticis liberi ſunto.

Modeſtiam ſuo ordini convenientem omnes omnibus in locis colant præſertim in concionibus et congreſſibus publicis. Inferiores ordines ſuperioribus loco cedant et debita reverentia proſequantur. Hujus rei violatores ſi non fuerint adulti virga a ſuis coerceantur ſin adulti primo aſpere verbis caſtigentur ſecundo hebdomadæ commeatu mulctentur tertio menſtruo commeatu priventur quarto e collegio ejiciantur.

Qui extra collegium ſuum in oppido pernoctat niſi gravi de cauſa eaque per magiſtrum antea approbata ſuperioris ſtatuti mulctam incurrat.

Aula de Clare cum combinatione collegii Jeſu collegii Benedicti et aulæ Gunvill conſortiabitur et omnia munera atque exercitationum genera explebit ſub eadem pœna ſub qua dicta collegia regiis ſtatutis obligantur donec alia quædam ratio illis a regia majeſtate præſcribatur.

Convivia antiquis exequiis adjuncta omnia abrogata ſunto et loco illorum moderatæ epulæ commendationum diebus magiſtri et ſociorum judicio inſtruantur omniſque eleemoſyna quæ antehac diſtribui poſt exequias ſolebat hoc tempore pauperibus dividatur.

Thomas Elien.	Nicholaus Roffen.	Joannes Checus	Gulielmus Mey	Thomas Wendie.

Digitized by Google

SOLUTIONES QUARUNDAM DUBITATIONUM D. VISITATORIBUS PROPOSITARUM.

QUIA ad ſuſtinendos patris et quæſitorum quos oppoſitores vocant et diſputatorum in baccalaureis initiandis ſumptus quinquaginta ſolidi ſatis ſunt ideo placet baccalaureos ejus anni ſic pecuniam ſingulos ſolvere ut omnes ſummam quinquaginta ſolidorum ſolvant et eam non excedant.

Quia multi poſt gradus academiæ ſuſceptos ex academia diſcedunt ac diſputandi et reſpondendi munera non obeunt unde grave onus his qui in academia commorantur et ſeſe ſtudiis dediderunt impendet placet ut fiducia accepta aliquid initiandi oppignorent quod ad fungendum hoc munus ſi ipſi negligentes aut pertinaces eſſe vellent ſatis eſſe poſſet.

Quia ſumptus academiæ ejuſmodi ſunt ut hoc tempore ſimul et ciſtis viginti minas perſolvere et reliquos ſumptus ſuppeditare non poſſit ideo decem tantum minæ ciſtis quotannis ſolvantur donec hoc æs alienum univerſum illis diſſolutum fuerit.

Si qui collegiorum præfecti theſaurarii burſarii ſive hi quibus collegiorum pecunia commiſſa eſt ſtipendia bedellorum perſolvere recuſent ad eam formam puniendi erunt quæ propoſita eſt his qui aut reſpondendi aut concionandi curſum violant et prætermittunt.

T. Ely
Joannes Cheek
Willm. Mey
Thomas Wendye.

Procancellario D Perne.
Procuratoribus { Standiſh / Conie.

ORDI-

Digitized by Google

ORDINATIONES DE TOLLENDIS DUBITATIONIBUS EX STATUTIS ORTIS.

EDWARDUS ſextus Dei gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ rex fidei defenſor et in terra eccleſiæ Anglicanæ et Hibernicæ ſupremum caput dilectis nobis cancellario et procancellario doctoribus magiſtris diſcipulis et omnibus qui bonarum literarum ſtudia profitentur in academia noſtra Cantabrigienſi ſalutem.

Ad dubitationes quaſdam tollendas quæ orſæ apud vos ex ſtatutis veſtris ſunt et ad meliorem ordinem conſervandum qui debet in primis a modeſtis et humanitate inſtructis ingeniis retineri viſum eſt nobis idque conſilii noſtri approbatione atque aſſenſu ut vos et ſcholaſtici omnes Cantabrigienſes qui ſtudiorum nomine in academia vel nunc commorantur vel poſthac commoraturi ſunt cujuſcunque ordinis aut gradus fuerint pro ſua quiſque parte hæc ſequentia ſervetis ſtatutis et injunctionibus quibuſcunque antehac adverſus iſta editis et promulgatis non obſtantibus.

Aulæ Trinitatis cæterorumque collegiorum ſocii qui ſecundum inſtituta ædium ſuarum ad ſtudium juris civilis ſe applicant omnes in hoſpitio Nicholai aut alio quovis hoſpitio in juris civilis ſtudium incumbentes et penſionarii ſinguli quocunque in collegio aut quibuſcunque in ædibus fuerint qui propter ſtudium juris civilis ab exercitationibus quæ cæteris ſcientiis propoſitæ ſunt abſtinent omnes illas tum diſputandi tum reſpondendi exercitationes pro ſe quiſque ſervabunt quæ in ſtatutis regiis juris civilis collegio aſſignantur cum eadem pœna legum violatoribus imponenda quæ illis ipſis ſtatutis præſcribitur. Donec civile collegium fundatum et conſtitutum ſit aut ſocii aulæ Trinitatis viginti numero fuerint una tantum ſit ſingulo quoque ſexto jovis ſingulis terminis in jure civili diſputatio. Ubi autem collegium illud conſtitutum fuerit aut aula Trinitatis ad prædictum ſociorum numerum pervenerit tunc quemadmodum regiis ſtatutis præſcriptum eſt ſingulis terminis duæ diſputationes in jure civili ſint.

Digitized by Google

Qui curſum concionandi prætermittunt ad eandem formam puniendi ſunt quæ propoſita eſt his qui reſpondendi in diſputationibus curſum violant.

Non modo Ariſtoteles publicis tum academiæ tum collegiorum lectionibus ſua lingua legatur ſed cæteri etiam quos quivis ſuis in ſcientiis profitentur non ex tranſlationibus ſed ſcriptorum ipſorum lingua legantur.

Mulctæ imponendæ modus hic ſit: magiſter collegii et eo abſente præſes aut qui primarius illis abſentibus eſt de præconum querela præcipiet theſaurariis collegii aut illis quibus pecunia illius collegii commiſſa eſt ut hanc mulctam alicui ex præconibus ſine ulla dilatione ſolvant idque virtute jurisjurandi quod academiæ et collegio ſuo obtulerunt eandemque pecuniam ſibi iterum ex ſtipendio eo theſaurarius aut ejus adminiſter perſolvat quod reus a collegio recipere debeat.

Singuli doctores medicinæ in aliquo collegio commorantes ſemper ordine ſuo ad reſpondendum in ea arte teneantur. Doctores autem medicinæ qui in oppido commorantur ſimiliter faciant per ſpatium ſeptem annorum poſt doctoratum. Præterea lectores in medicina vel publice in ſcholis vel in collegiis et qui ad medicinam ſtatutis collegiorum tracti ſunt omnes cujuſcunque gradus fuerint ordine ſuæ ſenioritatis ad diſputandum et objiciendum teneantur.

Magiſtri artium primi anni quemadmodum in antiquis ſtatutis præcipitur ſic etiam nunc bis diſputabunt priuſquam ad aliorum curſum ventum ſit.

Magiſtri collegiorum et ſexagenarii ab omnibus publicis exercitationibus liberi ſint niſi quæ gradibus ſuſcipiendis conſtitutæ ſunt iis qui illos gradus adeunt.

Lectiones quæ hora ſeptima in aurora præſcribuntur alio quovis idoneo tempore per procancellarium et procuratores conſtituendo habeantur.

Bacca-

Digitized by Google

Baccalaurei artium ne teneantur ad græcam lectionem quæ in ſcholis habetur accedere.

In ſingulis diſputationibus theologiæ juris civilis medicinæ et artium tres ad minimum ſint diſputatores qui reſpondenti objiciant.

Decem minæ quæ propter Henrici ſeptimi exequias academiæ perſolvebantur poſthac ad ſtipendia bedellorum augenda conferantur quæ nunc multum imminuta eſſe intelligimus et alia ratione refici niſi magno ſcholaſticorum ſumptu non poſſunt.

In omnibus regiis ſtatutis et injunctionibus per regios viſitatores præſcriptis ubi nulla expreſſa pœna violatoribus proponitur liceat cancellario aut procancellario cum conſenſu magiſtrorum collegiorum et illis abſentibus eum conſenſu præſidum certam pœnam aſſignare atque imponere ſtatutorum et injunctionum violatoribus eaque ita legitima ſit ac ſi in prædictis ſtatutis aut injunctionibus poſita fuiſſet.

Nulla nec poſt comitia nec feſtis diebus nec in vigiliis omnium ſanctorum purificationis et aſcenſionis diſputatio ſit in artibus: theologica vero juris civilis aut medicinæ ſi quæ propter hos feſtos dies impediatur proximo die jovis a diſputationibus vacuo compleatur.

Qui ad academiam viginti quatuor annos nati accedunt et ſe ſtudio theologiæ totos tradunt ſi procancellario et regentibus ad id idonei videbuntur poſt triennium omnes eaſdem ſcholaſticas exercitationes colent quæ ad magiſtros artium ad theologiam converſos ſpectant. Quatuor autem poſt annos ſequentes ad gradum baccalaureatus theologiæ accedere poterunt ſine ullo in artibus gradu ſuſcepto.

Quæſtiones theologiæ juris civilis et medicinæ reſpondentis cathedræ in ſcholis affigantur et ad profeſſores earundem ſcientiarum atque procuratores die ſabbati diſputationem præcedente adducantur ſub ea mulcta quæ ſtatutis regiis in non affigentes valvis publicarum ſcholarum quæſtiones conſtituitur.

In

Digitized by Google

In omnibus comitiis et disputationibus publicis academiæ et privatis collegiorum nulla neque oratio neque quæstionum explicatio de libro scripta legatur. Hoc si quis privatim violaverit domi a magistratibus suis justa pœna coerceatur sin publice quinque solidis mulctetur singulis procuratoribus et præconibus academiæ singulis solidis tribuendis.

Regentes antiqui qui ante regia statuta promulgata facti erant regentiam suam modo non adversetur collegiorum suorum decretis atque institutis et debitas exercitationes regiis statutis præscriptas observent quamdiu velint retineant. Illud autem omni diligentia et cautione observetur ut regentes in procuratoribus quemadmodum in cæteris magistratibus eligendis in primis elaborent ut quos ætate eruditione gravitate et prudentia cæteris anteire judicent eos sive regentes sive non-regentes sint ad munus academiæ suscipiendum eligant.

T. Cant. R. Ryche Chanc. Willm. Wiltesh'.
Bedforde. T. Ely. W. * * * E. Clynton.
T. Cheynie. T. Darcie.
N. Wotton.

Black parchment book fol. 7.

STATUTA

Digitized by Google

STATUTA

REGINÆ ELIZABETHÆ ANNO PRIMO REGNI SUI EDITA.

Digitized by Google

STATUTA

REGINÆ ELIZABETHÆ ANNO PRIMO REGNI SUI EDITA.

ELIZABETHA Dei gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ regina fidei defenſor &c. Dilectis nobis cancellario procancellario doctoribus magiſtris regentibus et non-regentibus diſciplis et omnibus qui bonarum literarum ſtudia profitentur in Academia noſtra Cantabrigienſi qui nunc ſunt quique futuri ſunt ſalutem.

Cum regni munus ſit modis omnibus populum ſibi a Deo ſuprema authoritate commiſſum bona fide quantum poſſit tueri ac regere magna cura nobis ſemper eſſe debet non ſolum vi et armis eundem adverſus externos hoſtes defendere verum etiam domi virtutibus augere et doctrinis excolere. Ut ergo ſuperſtitio totius veræ religionis ruina profligetur et ignorantia omnis immanitatis mater penitus exulet neceſſarium fore duximus academias noſtras præcipuos literarum fontes primo omnium intueri ac purgare ut inde quaſi per puriſſimos rivulos univerſæ regni partes ſinceram pietatem et morum integritatem haurire poſſint. Ea de cauſa viros graviſſimos et doctiſſimos Gulielmum Cecilium equitem auratum dilectum et fidelem noſtrum conſiliarium et academiæ Cantabrigienſis ſummum cancellarium Anthonium Cocum equitem auratum Matthæum Parkerum ſacræ theologiæ doctorem Gulielmum Billum ſacræ theologiæ doctorem magnum noſtrum eleemoſynarium Gualterum Haddonum legum doctorem ſupplicumque libellorum magiſtrum Gulielmum Mayum legum doctorem decanum ſancti Pauli Thomam Wendeum medicinæ doctorem medicum noſtrum Robertum

Digitized by Google

bertum Horne et Jacobum Pilkinton ſacræ theologiæ profeſſores ad ſtatum academiæ Cantabrigienſis intuendum miſimus ut ſi quid abſurdi in legibus ſtatutis ritibus aut moribus veſtris reperiatur id totum tollatur et abrogetur: ſin quid depravati in eiſdem inveniatur id non modo eorundem prudenti judicio emendetur verum etiam has leges hoc libello conſcriptas utiles quidem et breves ac regia noſtra authoritate ſancitas vobis in veſtrum commodum tradant. Quibus ſi ex animo ut oportet pareatis non ſolum a Deo Optimo Maximo ſed a nobis et poſteris noſtris præmium reportaturi ſi virtutem ſectantes et ingenia veſtra bonis diſciplinis excolentes digni hac cura noſtra digni regio favore digni virtutis et literarum præmio reperiamini. Dominus Jeſus et voluntatem in vobis bonas literas pietatemque diſcendi et facultatem eaſdem ad ipſius gloriam exercendi concedat.

Dat. e regia noſtra Weſtm. viceſimo ſecundo junii anno regni noſtri primo.

Digitized by Google

LEGES SIVE STATUTA CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ.

DEUM timeto regem honorato virtutem colito disciplinis bonis operam dato. Sed qui reipublicæ vult leges et instituta proponere non solum laboris verum etiam et otii debet rationem habere. Interest enim studiosorum hominum ac literatorum nonnunquam laxatos habere animos ut ad studia contentiores veniant. Et quanquam literarius labor re quidem vera sit suavissimum otium tamen et otium suum habet negotium et intermissionem præterea requirit. Itaque lectionibus et disputationibus publicis fines terminosque ponamus.

Terminorum assignatio.

PRIMUS lectionum et disputationum dies erit a decimo die octobris usque ad decimum sextum Decembris. Secundus terminus erit a tertio decimo die januarii ad decimum ante pascha diem. Undecimo post pascha redintegrabuntur disputationes et lectiones publicæ usque ad diem veneris comitia sequentem. Terminus vacationis erit a die supradicto usque ad decimum octobris.

Solennis et annua sit professio baccalaureorum die mercurii primum dominicum quadragesimæ præcedenti et prorogetur ad diem jovis post quartam dominicam ejusdem quo tempore omnes quæstioniſtæ antiquum et solitum examen subibunt. Et magna comitia cooptatio et inauguratio cæterorum ordinum primo martis julii: quo tempore si pestis obfuerit aut alia causa gravior fuerit quo minus solennes ritus possint peragi in primum diem martis octobris vel alium quemcunque diem differantur judicio cancellarii præscribendum.

Lectores publici.

QUI prælegerit theologiam jus civile medicinam aut mathematicam quaternis diebus ad minimum legat nempe lunæ martis mercurii et jovis. Quod si festus dies intercurrat in alio die supplebit ut omnino quatuor dierum lectio præcise observetur. Linguarum professores philosophiæ dialecticæ et rhetorices eandem in legendo formam observabunt.

Tempora

Digitized by Google

Tempora lectionum et libri prælegendi.

TEMPORA lectionum publicarum conſenſu noſtro referuntur ad judicium vice-cancellarii qui pro tempore fuerit et magiſtrorum collegiorum. Theologicus prælector tantum ſacras ſcripturas doceat ac profiteatur. Juriſconſultus pandectas codicem vel eccleſiaſtici regni noſtri jura quæ nos dicturi ſumus et non alia prælegat. Philoſophicus lector Ariſtotelis problemata moralia politica Plinium vel Platonem publice doceat. Medicinæ lector Hippocratem vel Galenum. Mathematicus profeſſor ſi coſmographiam doceat Melam Plinium Strabonem aut Platonem enarret ſi arithmeticam Tunſtallum aut Cardanum &c. ſi geometriam Euclidem ſi aſtronomiam Ptolomæum enarret. Dialectices prælector Ariſtotelis elenchos aut topica Ciceronis. Prælector rhetorices Quintilianum Hermogenem aut aliquem alium librum oratoriarum Ciceronis. Græcæ linguæ profeſſor Homerum Demoſthenem Iſocratem Euripidem aut alium ex antiquioribus et artem una cum proprietate linguæ docebit. Lector Hebraicus non niſi ex fontibus ſacræ ſcripturæ præleget ſimulque grammaticam hebraicam et linguæ proprietatem docebit.

Ratio ſtudiorum et quibus modis ad altiores gradus dignitatis juvenes promoventur.

PRIMUS annus rhetoricam docebit ſecundus et tertius dialecticam. Quartus adjungat philoſophiam et artium iſtarum domi foriſque pro ratione temporis quiſque ſit auditor. In hoc quadriennio bis quiſque diſputato in publicis ſcholis biſque reſpondeto in ſuo grege. Quæ ſi perfecerit et poſt conſuetum examen dignus videatur baccalaureus eſto. Ita tamen quod prius reſpondeat quæſtioni et ſtet in quadrageſima more conſueto uſque ad poſtremum actum et ſuper his cautionem realem exponat.

Baccalaurei artium.

HI auditores aſſidui philoſophicæ lectionis aſtronomiæ perſpectivæ et græcæ linguæ ſint idque quod inchoatum antea erat ſua induſtria perficiant. Intererunt cunctis magiſtrorum artium

Digitized by Google

tium disputationibus aperto capite nec abibunt inde nisi a procuratoribus petita venia. Baccalaureus quisque ter respondebit magistro objicienti bis in sui gregis exercitatione respondebit declamabitque semel. In his ubi justum trium annorum spatium versatus fuerit et hæc illum perfeciſſe constiterit postquam solenniter productus fuerit cooptabitur in magistrorum ordinem.

Magistri artium.

MAGISTER artium sedulus erit theologiæ atque hebraicæ lectionis quotidianus auditor quibus rebus annorum quinque dabit operam quo spatio bis disputabit contra theologiæ baccalaureum semelque post tertium annum respondebit in theologia concionabitur latine semel et semel anglice in academiæ templo et semel ad crucem divi Pauli infra annum post gradum susceptum: et si hoc tempore in theologia profecerit per solennem inaugurationem baccalaureus fiat.

Baccalaureus theologiæ.

THEOLOGIÆ baccalaureus theologicam lectionem audiat quotidie in quæstionibus theologicis bis opponet semel respondebit idque doctori si commode fieri poterit latine semel anglice semel concionabitur in academiæ templo et semel ad crucem divi Pauli infra annum a gradu susceptо. Quadriennium post baccalaureatum susceptum in theologia progressus poterit vocari in ordinem doctorum.

Doctores theologiæ.

POST tantum laboris susceptum atque tot pericula atque examina nolumus plus laboris doctoribus imponere quam ipsi volunt suapte sponte suscipere nisi quod semel infra annum quæstionem ipsi sibi proponent in publicis scholis cujus ambigua et dubitationes dum in utramque partem enucleaverint definient determinabuntque.

Legum

Digitized by Google

Legum ſtudioſus.

QUI a primo in academiam adventu legibus operam dabit primum annum integrum inſtitutionum lectioni domi ſuæ impendat: deinde quinquennium totum publice juris prælectorem audiat: reſpondebit publice ſemel profeſſori aut alicui doctori ejuſdem facultatis antequam fiat baccalaureus juris. Qui fuerit antea baccalaureus artium quatuor annorum ſtudio poterit juris eſſe baccalaureus ſi ordine præſcripto reſponderit.

Legum baccalaureus.

HIC etiam regium in jure profeſſorem audiat triennium: reſpondebit hoc tempore bis in ſuis ſcholis opponet ſemel et cooptabitur doctor. Magiſter artium quinquennium dans operam legibus et cæteris perfunctus quæ hic requiruntur poterit cooptari inter legum doctores.

Legum doctores.

DOCTOR legum mox a doctoratu dabit operam legibus Angliæ ut non ſit imperitus earum legum quas habet ſua patria et differentias exteri patriique juris noſcat. Et in ſolennibus comitialibus quæſtionibus unus qui id maxime certiſſimeque ſciat facere ad finem quæſtionum quid in illis jus civile quid eccleſiaſticum quid regni Angliæ jus teneat definiat determinetque.

Studioſus medicinæ.

MEDICINÆ ſtudioſus ſex annos rem medicam diſcet ejus lectionis auditor aſſiduus anatomias duas videat bis reſpondeat ſemel opponat antequam baccalaureus fiat. Chirurgiæ ſtudioſus duas anatomias faciat tres ad minimum curationes ſe feciſſe probet antequam admittatur ad praxin chirurgiæ.

Bacca-

Digitized by Google

Baccalaureus medicinæ.

BACCALAUREUS medicinæ respondebit bis semelque opponet anatomias tres aut ad minimum duas videbit antequam admittatur ad doctoratum medicinæ.

Doctor medicinæ.

POST solennem disputationem et inaugurationem suam medicari licite poterit in omni medicandi genere. Magister artium quinquennium rei medicæ dans operam postquam bis doctori in eadem facultate responderit semelque oppositerit publice poterit fieri doctor medicinæ.

Disputationes publicæ sophistarum.

ORDO disputationum hic est. Inter sophistas veterrimus se responsorem exhibebit et ordine sequentur alii juniores ad finem illius anni. Primus dies termini erit decimus octobris. Non respondebit nisi qui secundum annum expleverit. Tres principes quæstiones proponat unam in mathematicis alteram in dialecticis tertiam in philosophicis naturalibus aut moralibus quas triduo ante affiget valvis scholæ suæ. Cæteri contra disputanto. Ubi responsor hæsitaverit moderator alter si possit nodum dissolvito. Tempora earum disputationum erunt diebus lunæ martis mercurii jovis et veneris a prima post meridiem ad tertiam. Scholæ moderator per singulas disputationes tres suo arbitrio permittat vetustatis ordine argumenta respondenti proponere præter principalem disputatorem.

Baccalaureorum disputationes.

BACCALAUREORUM disputationes fiant die veneris a nona ad undecimam si nulla tunc magistrorum disputatio sit tunc enim fiet ab hora prima ejusdem diei usque ad tertiam. Respondebit non nisi baccalaureus secundi anni. Incipiat veterrimus et ordine reliqui sequentur. Contra disputabit unus suo ordine cui scholæ

Digitized by Google

ſcholæ moderator adjunget quatuor aut plures pro ſuo arbitrio in ſingulis diſputationibus qui argumenta reſpondenti objiciant.

Declamationes baccalaureorum.

BACCALAUREORUM declamationes erunt diebus ſabbati ab hora octava ad nonam ante meridiem. Prima vero hebdomada duo ordine baccalaurei unum thema tractabunt cujus contrariam partem duo alii defendent hebdomada ſequenti.

Magiſtrorum artium diſputationes.

MAGISTRORUM artium diſputationes erunt quemadmodum antea eſſe ſolebant et durabunt eorum diſputationes ab hora nona ante meridiem ad undecimam et ſinguli magiſtri artium ad eas cogentur quoad tertium poſt inaugurationem ſuam annum expleverint poſt quod tempus non-regentes erunt et hac ſoluti cura inter theologos jureconſultos aut medicos diſputabunt.

Theologorum diſputationes.

THEOLOGICA diſputatio bis ad minus ſingulis terminis celebrabitur viz. tertio die jovis et ſeptimo aut alio judicio cancellarii aſſignando. Diſputatio durabit ab hora prima uſque ad quartam. Duæ concluſiones tractabuntur. Præco collegia triduum ante diſputationem publice commonefaciet ut diſputatores ſuppeditent et eoſdem diſputatores nominatim evocabit.

Primo

Collegium regium unum.

Deinde

Collegium Trinitatis unum,

Poſt

Collegium divi Johannis unum.

Poſt

Collegia Reginæ Pembroke et Catherinæ unum,

Poſt

Digitized by Google

Poſt

Collegia Petri Chriſti et Magdalenæ unum.

Poſtremo

Collegia Jeſu Gonvill et Caii Benedicti et Clare unum.

Altero die collegium Trinitatis inchoabit et ita circulo quoad quodque collegium primum ſit et poſtremum. Singulis vero diſputationibus tres ab his collegiis aut collegiorum copulationibus replicatores aut diſputatores adſint. Magiſtri artium replicabunt eo ordine quo fuerint inaugurati in academia. Si quod collegium neglexerit mulctetur ſex ſolidis eorum duobus procuratoribus duobus reſpondenti et totidem præconibus numerandis.

Si quis cupiens cooptari in ordinem baccalaureorum aut doctorum theologiæ non reſponderit nec oppoſuerit ſecundum ordinem ſupra præſcriptum in eiſdem ſtatutis is nihilominus poterit baccalaureus fieri ſi ſemel doctori reſponderit et publice unam concionem ad clerum et alteram ad populum habuerit et infra annum poſt gradum ſuſceptum unam ad crucem divi Pauli. Et poſt baccalaureatum idem poterit eſſe doctor ſi ſemel doctori reſponderit et unam concionem ad clerum habuerit in academiæ templo ante ejus admiſſionem et alteram ad crucem divi Pauli infra annum ſequentem.

Juriſconſultorum diſputationes.

JURIS civilis diſputatio fiet ſexto die jovis in unoquoque termino aut alio ad aſſignationem cancellarii. Diſputabit regius prælector aut doctor aliquis ejus facultatis; reſpondebit qui pro forma locum petit aut ejus defectu aliquis eorum qui juri civili dant operam ſecundum ordinem ſenioritatis ſuæ et auditores duo regii profeſſoris in eadem facultate opponent ubi videbitur prælectori aut doctori diſputanti. Reſponſores et diſputatores ſumentur ex aula Trinitatis et ex aliis collegiis de numero eorum qui privilegiis ſtudii juris civilis uti volunt modo doctores non ſunt ſub pœna ejuſdem quæ prædicitur mulctæ. Hi duas ad minimum horas in diſputatione permanebunt. Hæ diſputationes ut rite ordine et perpetuo fiant aula Trinitatis providebit et collegia eo ordine

Digitized by Google

dine quem ante posuimus. Et si desiderabuntur responsor aut disputatores eadem mulcta imponetur collegiis quam ante nominavimus.

Medicorum disputationes.

MEDICINA disputationem habebit nono die jovis in quoquo termino aut alio ad voluntatem procancellarii. Disputabit prælector regius aut aliquis doctor respondebit qui pro forma locum petit aut ejus defectu aliquis eorum qui medicinæ dant operam secundum ordinem senioritatis suæ et auditores duo regii professoris in eadem facultate opponent.

Facultatum omnium disputationes.

DUÆ theses vel conclusiones omnium harum disputationum triduo ante diem destinatum disputationi scholarum publicarum valvis et cathedræ disputantis a respondente affigantur et ad professores earundem scientiarum atque ad procuratores et præcones die sabbati disputationem præcedenti adducantur sub mulcta duorum solidorum eidem infligenda quæ præconibus cedet. Et si tempore suo responsor desit nec facit officium suum mulctabitur xx' quorum triens unus academiæ alter triens procuratoribus tertius præconibus cedet.

Nullus scholaris quocunque gradu et nomine censeatur ullam publicam lectionem ejus professionis cui destinatus est omittat sed a principio usque ad finem quiete et attente audiat nullaque ejus excusatio admittatur nisi infirmitatis aut alterius urgentissimæ necessitatis prius vel post intra triduum per absentem a lectione ultro alleganda et per cancellarium vel procuratores probanda. Qui huic ordinationi non paruerit is si ex aula aliqua vel collegio communas perceperit pro prima vice pretium communarum unius diei pro secunda trium pro tertia unius hebdomadæ pro quarta duarum hebdomadarum persolvat. Quod si alicujus negligentia et contumacia longius processerit pro arbitrio domini cancellarii puniatur. Magister præses aut præpositus cujusque aulæ sive collegii hanc mulctam ad denunciationem et petitionem cancellarii ab eo qui

Digitized by Google

peccaverit exigito et persolvito dividendam æqualiter inter academiam procuratores et præcones ut supra.

De electione procuratorum et scrutatorum.

PROCURATORUM et scrutatorum electio postridie Dionysii erit quo tempore procuratores scrutatores et taxatores anni præteriti munere suo se abdicabunt et confestim postquam illi ab hoc munere discesserint sine ulla intermissione ad electionem novorum procedatur ad hunc modum. Cancellarius duobus magistris artium regentibus senioribus assumptis in scrutinio stabit et illi sua ipsorum scripta suffragia primi ferent deinde omnium aliorum regentium scripta suffragia accipient quæ senior magister aperte et separatim leget illique procuratores erunt quos major pars præsentium suffragiis suis elegerit. Procuratores electi syngraphas cancellario dabunt de solvendo regio vectigali reliquaque pecunia seneschallo bedellisque pendenda pro liberatione academiæ. Et cancellarius syngraphas non reddet donec procuratores sufficientes acquietantias in publicam academiæ cistam intulerint. Eodem tempore a non-regentibus eligantur duo non-regentes ad officium scrutatorum. Stabunt in scrutinio jurati per cancellarium duo seniores doctores non-regentes aut eorum defectu duo baccalaurei in theologia aut in eorum absentia duo seniores non-regentes qui sua et aliorum omnium non-regentium vota et suffragia accipient et senior electos per majorem partem præsentium aperte pronunciet: qui jurati per cancellarium scrutatorum officio per illum annum gaudebunt.

De officio procuratorum.

PROCURATORES academiæ publicis disputationibus theologorum jurisconsultorum medicorum et magistrorum artium intererunt et convenientem et decorum ordinem conservandum curabunt et quamdiu quisque contra disputabit præscribent. Exordia longa argumenta nugatoria quæ magnum disputationibus afferunt detrimentum præcident et providebunt ut omnes qui præsto esse tenentur adsint nec sine legitima et approbata causa aut venia impetrata discedant eosque qui contra faciunt primo tempore

Digitized by Google

tempore quatuor denariis ſecundo duodecim tertio viginti quarto graviori pœna mulctabunt. Si gravior illi qui mulctatur mulcta eſſe videbitur ad cancellarium provocatio eſto.

De electione ædilium ſive taxatorum.

POSTRIDIE Dionyſii cancellarius magiſtros ſive præfectos collegiorum et aularum convocari in ſcholis publicis faciet qui ſex regentes ad officium taxatorum nominabunt. Ex his regentes hora prima ejuſdem diei duos eligent ſub forma quæ ſequitur. Stabunt in ſcrutinio cancellarius et duo procuratores qui ſua primum vota ſimul ſed diverſis tamen ſcriptis de utroque taxatore ferent. Deinde ſimiliter omnium regentium præſentium ſcripta ſuffragia accipient. Ea ſenior procurator aperte leget et illi taxatores erunt quos major pars præſentium elegerit. Si vero quis ambitioſe hoc munus petere videbitur aut ſuffragia magiſtrorum aliquo modo vel per ſe vel per interpoſitam perſonam captare is non ſolum perpetuo ad illud officium inhabilis erit ſed triennium poſt nullum publicum in academia geret munus aut officium.

Singularum artium prælectores ſingulis ejuſdem artis diſputationibus intererunt præter prælectorem philoſophiæ quem baccalaureorum diſputationibus tantum præeſſe volumus. De argumentis judicabunt et ſi quæ vel difficilia ſunt vel male ab aliis diſſoluta ipſi diſſolvent atque ad extremum quid ipſis de ſingulis propoſitis diſputationibus videatur determinabunt atque definient.

Procuratorum etiam erit providere ut ſinguli ſuas in reſpondendo vices atque ordinem conſervent eumque qui deliquerit violati ordinis ad cancellarium deferent. Cancellarius eum qui deliquerit primo pecunia præfinita mulctabit iterum delinquenti duplicabit mulctam tertio vero ſi deliquerit cancellarius illum gravius arbitrio ſuo coercebit. At vero ſi qui ſic offenderit baccalaureus artium primi aut ſecundi anni aut inferioris ordinis fuerit primo v' ſecundo x' tertio vero procancellarii arbitrio gravius coercebitur. Harum omnium mulctarum triens unus procuratoribus alter præconibus tertius ærario publico dividatur qui niſi ſtatim perſolvantur violator ordinis pignoribus captis coerceatur quæ ad eam ſummam perveni-

Digitized by Google

ant et poſt novendium ea diſtrahantur niſi interea temporis pro mulcta ſatisfaciat.

De veſtitu ſcholarium et cæteris rebus quæ ad morum urbanitatem ſpectant.

SCHOLASTICI omnes et gradibus literariis ornati ejuſmodi utantur veſtitu qui illarum ædium in quibus ſunt ſtatutis præſcribitur. Ubique autem honeſtus ſit et decorus: pilei autem ſcholaſtici et quadrati. In publicis autem conventibus ſcholis congregationibus diſputationibus ſuæ facultatis cæteris cætibus eo apparatu veſtium qui ſingulis gradibus antiquo academiæ more conſtitutus eſt ſinguli utantur. Neque quiſquam ὑποπιλίοις id eſt nocturnis piliis quæ vocantur utantur e ſerico holoſerico factis aut quibuſvis aliis ejuſmodi quæ mollitiei elegantiæve cauſa gerantur niſi propter aliquam valetudinis infirmitatem præfecto illarum ædium cognitam eique a præfecto venia ſit ad hoc data. Id ne publice fiat curabit cancellarius.

Omnes ſcholaſtici et qui in aliquo gradu literarii honoris fuerint modeſte et reverenter erga ſuperiores ſe gerant cum domi tum foris ubicunque in academia convenerint.

Scholaſtici contumaces nec obedientes cancellario carcere aut aliquo leviori ſupplicio pro cancellarii judicio coerceantur.

Pridie uniuſcujuſque termini concio latina hora nona antemeridiana in eccleſia beatæ mariæ virginis habeatur. Primo termino anni concionabitur regius profeſſor in theologia ſecundo profeſſor dominæ Margaretæ tertio concionator academiæ.

Pridie uniuſcujuſque termini fractio panis et ſacro-ſancta communio celebretur in ſingulis collegiis necnon preces ad Deum generales atque brevis exhortatio ad ſcholaſticos a magiſtro collegii vel ejus vicario fiat ut ſe ſtudiis literarum et pietati dedant et ut a Deo fonte atque authore omnis pietatis cognitionis et ſcientiæ atque adeo bonarum rerum omnium auxilium et ſuppetias ad ſuos labores impetrent.

Singuli

Digitized by Google

Singuli collegiorum et ædium præfecti bis quotannis omnes scholasticos suos ad aliquod studium sacris literis adhibendum sed imprimis ut dominicos festosque dies prece et lectione earum sanctificent exhortabuntur.

Singuli collegiorum præfecti curabunt ut in ædibus suis quantum quidem fieri potest singuli scriptores scholastici sua propria ac prima lingua non per interpretationem in aliam transfusi legantur atque cognoscantur.

De electione cancellarii.

CANCELLARII magistratus tam diuturnus esto quam vetera statuta moresque academiæ permittebant nimirum ad biennium integrum aut tamdiu quam tacito consensu academiæ cancellarius permittatur in eodem officio permanere. Intra quatuordecim dies post vacationem hujus muneris certo cognitam a regentibus et non-regentibus ad hunc modum novus cancellarius eligatur. Præcones aut viatores academiæ procancellarii jussu congregationem regentium et non-regentium in horam nonam subsequentis diei vocabunt. Tum autem procancellarius et procuratores assumpto juniore doctore theologiæ qui tum in academia fuerit vel si nullus theologiæ doctor præsens in academia fuerit adhibito juniore doctore juris civilis aut medicinæ stabunt in scrutinio suisque suffragiis primis in scripto latis cæterorum præsentium suffragia scripta accipient. Hæc omnia senior procurator accepta palam ac sigillatim leget et ille per procancellarium cancellarius electus renunciabitur cui plurimi suffragati fuerint. Confestim autem post electionem instrumentum electionis ejus factum sigillo communi obsignabitur et quam maturime fieri poterit illi tradetur.

De cancellarii officio.

CANCELLARIUS potestatem habebit ad omnes omnium scholasticorum atque etiam eorum qui scholasticorum famuli sunt controversias summarie et sine ulla juris solennitate præter illam quam nos præscribemus secundum jus civile et eorum privilegia et consuetudines tum audiendas tum dirimendas ad congregationes graduatorum et scholasticorum convocandas ad homines dignos

Digitized by Google

dignos gradibus ſcholaſticis ornandos qui omnia munia ſcholaſtica his contenta ſtatutis expleverint et ad indignos rejiciendos ab iiſdem et repellendos ad omnes eorum violatores puniendos ad providendum præterea ut ſinguli academiæ miniſtri in ſuo officio ſe contineant ignavos graſſatores rei ſuæ diſſipatores contumaces nec obedientes ſuſpenſione graduum carcere exilio aut alio leviori ſupplicio judicio ſuo et aſſenſu præfectorum ædium caſtigandos. Regentes omnes et non-regentes a principiis congregationum ad finem remanebunt niſi venia a cancellario impetrata licentiam diſcedendi habeant. Eidem cancellario cum conſenſu totius academiæ licebit nova ſtatuta ad eruditionis amplificationem et decori atque honeſti conſervationem inter ſcholaſticos habendam ſancire ſic ut ea his decretis noſtris in hac viſitatione propoſitis nihil detrahant aut officiant. Statutorum hujus academiæ exempla quæ in communi ærario repoſita et diligenter aſſervata eſſe volumus tria ſint quorum unum apud cancellarium ſit duo procuratores habeant. Omnes advocati in academiæ curiis a cancellario pro advocatis admittantur ſic ut prius jurejurando teneantur ad ſtatuta et privilegia academiæ conſervanda ut cancellario procancellario vel ejus ſubſtituto obediant et nullum conſilium ad damnum et incommodum juriſdictionis academiæ dent.

Duæ tantum congregationes ſingulis terminis cancellarii juſſu convocabuntur una in principio altera in fine ſingulorum terminorum niſi forte propter regia negotia aliqua aut graves magnaſque cauſas academiæ neceſſarium fuerit alias convocare. Nullas tamen diſputationes aut lectiones hujus rei gratia omitti aut differri volumus ſed ut illæ perpetuo ſuis temporibus habeantur et congregationes ſine harum detractione fiant.

Tertio quoquo dominico die in unoquoque termino conciones in academiæ templo fiant. Ordinem eundem doctores et baccalaurei theologiæ in concionibus obſervabunt quem ante in diſputationibus præſcripſimus. Quod ſi doctor aliquis aut baccalaureus theologiæ ſive latine ſive anglice gradus ſui cauſa concionari voluerit tum ei ut ſic concionetur alios cedere ad id tempus volumus ac deinde intermiſſum curſum tenere.

Omnia

Digitized by Google

Omnia ſtatuta et conſuetudines quæ iſtis adverſari videbuntur abrogata et reſciſſa ſunto reliquis ſuo robore permanſuris.

Quartus terminus qui vacationis dicitur propter intemperiem cæli et peſtis atque contagionis pericula nec publicas lectiones præter regias nec diſputationes habeat in academiæ ſcholis quæ momentum aliquod ad gradus adipiſcendos adferant. Licebit tamen cuivis eo tempore exercitationis ſuæ cauſa publice quodvis prælegere aut etiam diſputationem ibidem inſtituere venia tamen prius a cancellario data.

Quicquid ſtatutis academiæ cancellario faciendum attribuitur in ejuſdem abſentia hoc idem a procancellario fiat.

Lectiones domeſticæ ita inſtituantur ut nullum impedimentum publicis profeſſorum prælectionibus afferant.

Cæremoniæ in gradibus conferendis eædem ſint quæ antea fuerant. Cooptandus in aliquem ordinem primum approbetur a præpoſito et majori parte ſociorum collegii cujus eſt et collegii nomine ab uno ex eodem collegio et ordinario lectore facultatis ſiſtetur coram cancellario in congregatione. Tum coram exponatur et de libro ſtatutorum clare legatur quid leges academiæ requirant ab eo qui in illum ordinem quem petit cooptari debeat: et ubi juraverit ſe illa perfeciſſe et viſitaſſe magiſtros ſive doctores ejuſdem facultatis ſecundum modum ſcholarium admittatur niſi quiſquam ſponſionem facere velit et infra octo dies probet eum propter imperitiam indignum aut vitioſos mores infamem aut non perfeciſſe quæ leges requirant.

Socios collegiorum maritos eſſe non permittimus ſed ſtatim poſtquam quis uxorem duxerit ſocius collegii deſinat eſſe. Ordinem tamen gradus ſui in academia tenere poteſt.

Si termiqum aliquem propter ſævitiam peſtis intermitti contingat nihilo tamen ſecius omnes illi quorum interfuiſſet munus aliquod literarium obire mercedem in terminis ſolitam pendi miniſtris academiæ ſolvere teneantur.

Quicun-

Digitized by Google

Quicunque fuerit ad magiſtratum in academia gerendum legitimis ſuffragiis aſcitus ille magiſtratum ſuſcipere non recuſabit aut tardabit niſi juſtam recuſationis cauſam attulerit ab illis comprobandam quorum ſuffragiis electus fuerit.

Qui ſatisfecerit exercitiis ad artem pertinentibus cui deſtinatus eſt is ad aliarum artium exercitia non aſtringetur niſi domi in ſuo collegio.

De electione procancellarii.

TERTIO novembris munus procancellariatus quotannis vacabit novuſque procancellarius non ante viginti quatuor horas et omnino ante triduum per majorem partem regentium eligetur ad hanc formam ſequentem. Munere procancellarii vacante præcones procuratorum juſſu congregationem regentium in horam diei nonam aut primam vocabunt. Tunc procuratores aſſumptis duobus ſenioribus doctoribus in academia præſentibus aut horum vice ſi nulli in academia fuerint duobus ſenioribus theologiæ baccalaureis in ſcutinio ſtabunt et conſcripta ſua ipſorum ſuffragia primi ferent ac deinceps omnium aliorum præſentium ſuffragia ſcripta accipient. Hæc ſenior procurator aperte et ſeparatim leget et ille procancellarius erit quem major pars ſuffragiis ſuis elegerit.

De præconum ſeu viatorum munere officio et electione.

TRES erunt præcones ſeu viatores armigeri pari loco ac munere et unus inferioris loci bedellus. Illorum vero trium ſi quando munus vacaverit cancellarius curabit congregationem regentium et non-regentium intra triduum in horam nonam ſubſequentis diei vocandam. Tum cancellarius et procuratores primo ſua ipſorum ſcripta ſuffragia ferent: deinde cæterorum præſentium omnium ſcripta ſuffragia accipient. Quibus palam et ſeparatim per ſeniorem procuratorem lectis ille præco renunciabitur quem major ſuffragantium pars elegerit quem cancellarius jurejurando aſtrictum ad hoc munus admittet. Pecuniam autem aliquam aut munus aliquod neque cancellarius neque procuratores neque quiſquam alius regentium et non-regentium nec ante electionem nec poſt pro ſuffragio ſuo vel requirat vel oblatam recipiat ſed eos ad hujuſmodi

Digitized by Google

hujuſmodi munera ſine ulla mercedis expectatione aut acceptatione eligent. Et ſi quis contra fecerit perpetuo infamis jus ſuffragii amittat. Et quanquam volumus unumquemque præconem aut viatorem ſic electum et admiſſum ad omne tempus vitæ ſuæ in hoc officio permanere niſi inſignis aliqua culpa expulſionem atque ejectionem requirat quo diligentius tamen in officio verſentur iidem præcones aut viatores poſt feſtum ſancti Michaelis prima illius termini congregatione baculos ſuos cancellario tradant qui cum procuratoribus ſecrete in quodam ſcrutinio a regentibus et non-regentibus quæret quemadmodum ſe geſſerunt num ſeduli et diligentes adminiſtri fuerint. Qui ſi ſedulo et honeſte officium ſuum feciſſe judicabuntur cancellarius illis reddet baculos et illorum integritatem ac diligentiam laudabit et ad ſimilem diligentiam et integritatem hortabitur. At ſi quid ab illis per negligentiam admiſſum fuiſſe quiſquam magiſtrorum conqueſtus fuerit aut ſi non feciſſe officium ſuum a quoquam magiſtrorum artium conqueſtum fuerit cancellario tum cancellarius eos admonebit ſui officii aut aliter pro ratione culpæ caſtigabit atque corriget. Sin vero quocunque tempore quiſquam illorum inſigniter negligens adverſus cancellarium procancellarium aut procuratores fuerit et poſt alteram et tertiam admonitionem corrigere ſe noluerit vel aliquod deteſtabile flagitium perpetraverit unde academia in magnam infamiam prolabatur cancellarius advocatis ſibi procuratoribus et ædium præfectis cum eorum aſſenſu eum præconem munere ſuo dejiciat et tum novus præco ad formam a nobis præſcriptam eligatur. Præcones armigeri tres æquale ſtipendium æqualem mercedem accipient ad æqualem diligentiam et laborem devincti. Stipendium his et merces proveniet quemadmodum decreto commiſſionariorum noſtrorum quid quiſque gradus ſingulis miniſtris ſolvat conſtituetur. Horum trium et viatoris inferioris præterea officium erit quotidie ac diligenter cancellario adeſſe eique ad omnia quæ ad munus cancellariatus et ad illorum quoque officia ſpectabunt inſervire ac diligenter providere ne quando referat illos adeſſe abſentes aut extra conſpectum ſint. Singulis ſingularum artium diſputationibus duo aut unus ad minimum ex illis ſemper interſit ſi diſputator ſupra gradum baccalaurei ſit et diſputatorem domo ad ſcholas deducat iterumque ſcholis domum reducat.

Digitized by Google

De electione cuſtodum et auditorum communis ciſtæ ſive ærarii publici.

AB univerſo academiæ ſenatu quotannis duo non-regentes continuo poſt electionem procuratorum eligentur ut ſint publici ærarii cum cancellario et duobus procuratoribus cuſtodes. Hi quinque communis ciſtæ quinque diverſas claves habeant in qua ſigillum academiæ pecunia vaſa aurea et argentea et ornamenta alia academiæ conſervabuntur. Nihil ſine academiæ conſenſu hoc ſigillo obſignabitur nec pecunia ulla aut vaſa aurea vel argentea ſine horum notitia et aſſenſu inde extrahentur. In cujuſlibet termini exitu in communem ciſtam procuratores referent quicquid pecuniæ ad academiæ uſum receptum in illorum manibus eſt. Item eodem tempore tres alii regentes aut non-regentes eligentur qui cum procancellario procuratorum et aliorum miniſtrorum rationes audiant qui ad pecuniam academiæ vel accipiendam vel impendendam aſſignati ſunt. Quæ rationes omnes non modo initæ verum etiam confectæ erunt infra duodecim dies poſt novorum procuratorum electionem ſub pœna decem librarum academiæ perſolvendarum ab eo qui fuit in cauſa cur inita aut perfecta ratio prius non fuit.

Solutiones faciendæ procancellario procuratoribus et bedellis ab iis qui gradus ſuſcipiunt in admiſſione ſua.

MAGISTER grammatices præter id quod ſolvat magiſtro glomeriæ ſolvet pro communa xii^{d} pulſatori campanæ iiii^{d} regiſtro iiii^{d} bedellis in admiſſione xiii^{s} iiii^{d}

Summa * xv^{s}.

Baccalaureus in artibus ſolvet in ſua admiſſione vicecancellario iiii^{d} præſentatori iiii^{d} procuratoribus viii^{d} pro communa xii^{d} pro mathematica lectura viii^{d} regiſtro ii^{d} in reſpondendo quæſtioni tria paria chirothecarum vel vi^{d} pro collectis xvi^{d} in admiſſione v^{s} iiii^{d} in die cinerum vi^{d} capellano academiæ xii^{d}

Summa xi^{s} x^{d}.

Baccalaureus incorporatus ſolvet tantundem.

Bacca-

* In utroque lib. proc. "xv^{s} iiii^{d}."

Digitized by Google

Baccalaureus ſolvet bedellis pro introitu in libros poſteriorum v^s iiii^d.

Summa v^s iiii^d.

Inceptor in artibus ſolvet vice-cancellario ii^s præſentatori xii^d procuratoribus ii^s pro communa xx^d pro mathematica lectura iii^s pro commutatione iiii^d regiſtro iiii^d pulſatori iiii^d bedellis pro viſitatione v^s iiii^d pro prandiis et chirothecis iii^s

Summa xix^s.

Baccalaureus in muſica ſolvet vice-cancellario ii^s præſentatori ii^s procuratoribus ii^s pro communa xx^d regiſtro iiii^d pulſatori xii^d bedellis pro collectis iiii^s viii^d pro prandiis xviii^d pro chirothecis xviii^d pro introitu vi^s viii^d pro viſitatione vi^s viii^d

Summa xxx^s.

Baccalaureus in medicina et in jure civili ſolvent quemadmodum dictum eſt de baccalaureo in muſica.

Item admiſſus ad practicandum in chirurgia vel medicina gremialis ſive non ſolvet vice-cancellario ii^s præſentatori ii^s procuratoribus ii^s pro communa xx^d regiſtro iiii^d pulſatori xii^d pro collectis viii^s pro introitu vi^s viii^d pro reſponſione vi^s viii^d pro prandiis et chirothecis iii^s pro viſitatione vi^s viii^d

Summa xl^s.

Practicator in curia ii^s iiii^d

Summa ii^s iiii^d.

Inceptor in muſica medicina vel jure civili vice-cancellario ii^s præſentatori ii^s procuratoribus ii^s pro communa xx^d regiſtro viii^d pulſatori xii^d bedellis pro collectis ii^s viii^d pro duabus reſponſionibus xiii^s iiii^d pro introitu vi^s viii^d pro prandiis et chirothecis iii^s craſtino comitiorum xiii^s iiii^d pro calendario iii^s iiii^d

Summa li^s viii^d.

Digitized by Google

Baccalaureus in jure canonico vice-cancellario 11^s * præsentatori 11^s procuratoribus 11^s pro communa xx^d registro 1111^d pulsatori $x11^d$ bedellis pro collectis decem annorum 1111^s $v111^d$ pro introitu $v1^s$ $v111^d$ pro prandiis et chirothecis 111^s in crastino comitiorum pro visitatione $v1^s$ $v111^d$

Summa xxx^s.

Inceptor in jure canonico sive regio vice-cancellario 11^s præsentatori 11^s procuratoribus 11^s pro communa xx^d registro $v111^d$ pulsatori $x11^d$ bedellis pro collectis decem annorum $v1^s$ $v111^d$ pro duabus responsionibus $x111^s$ 1111^d pro introitu $v1^s$ $v111^d$ pro prandiis et chirothecis 111^s pro visitatione $x111^s$ 1111^d pro calendario 111^s 1111^d

Summa Lv^s $v111^d$.

Incorporatus in jure canonico tantundem.

Intrans in utroque solvet plenarie pro utroque.

Baccalaureus in theologia solvet vice-cancellario 11^s præsentatori $x11^d$ procuratoribus 11^s registro $v1^d$ pro prima responsione $v1^s$ $v111^d$ pro introitu et visitatione $v1^s$ $v111^d$ pro prandiis et chirothecis 111^s

Summa $xx1^s$ x^d.

Item solvet admissus ad opponendum procuratoribus 11^s præsentatori $x11^d$

Summa 111^s.

Inceptor in theologia solvet vice-cancellario 11^s præsentatori $x11^d$ procuratoribus 11^s pro communa xx^d registro $v111^d$ pro introitu bibliæ $v1^s$ $v111^d$ pro prandiis et chirothecis 111^s pro visitatione $x111^s$ 1111^d pro calendario 111^s 1111^d

Summa $xxx111^s$ $v111^d$.

Quilibet prædicans ordinarie vel pro forma vel ad clerum aut determinans quæstiones dabit bedellis prandium vel $x11^d$ inter eos dividendos.

Simili

* Desunt "præsentatori 11^s" in utroque lib. proc.

Digitized by Google

Simili modo fiet de quocunque prædicante aut diſputante poſt admiſſionem ſuam.

Incorporatus in aliqua facultate prout de corporatis dictum eſt ſervata taxa ſuæ propriæ facultatis.

Quilibet admiſſus in aliqua facultate ſolvet procuratoribus et ſcrutatoribus pro petenda gratia et exoneratione conſcientiæ juxta antiquum academiæ morem.

Omnes incipientes in aliqua facultate dabunt procancellario patri et procuratoribus pro creatione et diſputatione pro veteri more academiæ.

Admiſſi ad incipiendum in jure dabunt doctoribus ſuæ facultatis præſentibus in admiſſione juxta antiquum morem academiæ VI^s VIII^d.

Omnes admiſſi in jure ſatisfacient ordinario profeſſori ejuſdem pro cathedra quam conduxit ab academia ſive ſint baccalaurei ſive inceptores.

Omnes quorum annuus reditus eſt ad valorem quadraginta marcarum ad gradum aliquem ſcholaſticum promovendi dabunt procancellario procuratoribus reliquiſque officiariis togas ſolito more academiæ aut cum his component rationabiliter.

Cujuſcunque facultatis doctores et reliqui ſoliti componere cum officiariis retinebunt ſolennem invitandi morem regentes pridie veſperiarum comitialium et dabunt bedellis ſolitam collectam.

The

Digitized by Google

The ſtipend and wages which the univerſity and every college in the ſame ſhall pay to the beadles.

THE univerſity ſhall pay yearly to them at the four uſual terms or quarters by equal portions xii[l] xvi[s] viii[d].

Item the King's College at the ſaid terms xx[s]

Trinity College	xxvi[s]	viii[d]
St. Johns	xiii[s]	iiii[d]
Queens College	vi[s]	viii[d]
Pembroke Hall	vi[s]	
Chriſts College	vi[s]	viii[d]
Peter-houſe	v[s]	iiii[d]
Benet College	iiii[s]	
Gonvil and Caius College	iiii[s]	
Jeſus College	iiii[s]	
Magdalen College	ii[s]	
Clare Hall	v[s]	
Trinity Hall	v[s]	
Katherine Hall	ii[s]	

INJUNC.

Digitized by Google

INJUNCTIONES ACADEMIÆ CANTABRIGIENSI PRÆSCRIPTÆ.

SINGULI regentes et non-regentes a congregatione aliqua ſine venia a cancellario impetrata diſcedentes xii^d mulctentur.

In omnibus congreſſibus diſputationibus et concionibus publicis inferiores gradus ſuperioribus loca cedent et qui infra magiſtrorum artium gradum ſunt aperto capite aſtent.

Singuli etiam regentes et non-regentes qui in academia maxime commorantur et intra ambitum academiæ ſunt et vocati ab aliqua congregatione abſunt ii^s mulctentur cujus mulctæ dimidium inter cancellarium et procuratores æqualiter dividatur dimidium autem academiæ aſſignetur.

Ut ſententiæ omnes in ſcholaſticorum cauſis tractandis ſive interlocutoriæ ſive definitivæ a procancellario ſive commiſſario latæ clare cernantur regiſtrum ſit in quo ſententiæ latæ conſcribantur.

Nulla gladiatoria laniſtaria aut ſaltatoria ſchola nec taberna aleatoria intra hoc oppidum Cantabrigiæ ſit aut frequentetur.

Qui in aliqua congregatione procancellario aliquem pro aliquo gradu ſuſcipiendo præſentat conſueta verborum forma utatur.

Procancellarius baccalaureum theologiæ admittens his verbis utatur "Admittimus te ad enarrandum omnes apoſtolicas epiſtolas in nomine Patris &c." Doctorem autem admittens ita dicet "Admittimus te ad interpretandum et profitendum univerſam ſacram ſcripturam tam veteris quam novi teſtamenti in nomine Patris &c."

Qui ad academiam viginti quatuor annos nati accedunt et ſe ſtudio theologiæ totos tradunt ſi procancellario regentibus et non-regentibus per gratiam publice propoſitam ad id idonei videbuntur poſt triennium omnes hujuſmodi ſcholaſticas exercitationes colant quæ ad magiſtros artium ad theologiam converſos ſpectant: per quatuor

Digitized by Google

quatuor autem post annos sequentes ad gradum baccalaureatus theologiæ accedere poterunt sine ullo in artibus gradu suscepto: ita tamen ut officiariis pro inferioribus gradibus more ab academia recepto satisfaciant.

Doctor cathedræ civilis juris qui commoda percipit ab iis qui gradibus juris civilis initiantur is academiæ persolvat XXVI^{s} VIII^{d} et consueta stipendia bedellis.

Omnes concessiones quæ communi sigillo obsignantur in registro prius scribantur et ante obsignationem cum registro conferantur.

Orator academiæ nisi impetrata a procancellario venia non discedat et idoneum aliquem ad id tempus vicarium substituat: neque illi hac venia licebit plus tribus mensibus toto anno abesse sub pœna muneris oratorii amittendi nisi veniam ab academia uberiorem habeat.

Omnes unius atque ejusdem scientiæ lectiones una atque eadem hora legantur atque concurrant.

Terentii lectio in aliquam rhetoricam Ciceronis aut Quintiliani aut Hermogenis vertatur et hujus professor declamationum in scholis moderator esto.

Ante admissionem alicujus gradus antiquus visitationis mos retineatur.

Uniuscujusque collegii lectores publici quotannis primo quoquo die termini libellum mittent procuratoribus nomina omnium graduatorum et studentium in unaquaque facultate continentem. Ea procuratores in librum commentariorum suorum quem registrum vocant describent et successoribus suis quotannis per manus tradent.

Singuli magistri artium in comitiis suis jurabunt de regentia sua per triennium retinenda et cursu disputationum toto hoc tempore servando.

Singuli

Digitized by Google

Singuli ſuo ordine concionabuntur reſpondebunt diſputabunt cæteraſque exercitationes ipſi per ſe ſua in perſona habebunt niſi juſta cauſa inciderit per magiſtrum illius collegii cujus ſunt et majorem partem ſociorum approbanda. Cæteras tamen exercitationes quæ neceſſarie ad gradum requirantur ſinguli ipſi per ſe præſtabunt.

Singuli qui in ullo collegio ad ſtudium theologiæ juris et medicinæ traducti ſunt ordine ſuo in theologia jure et medicina diſputare teneantur et ſingulorum collegiorum præfecti et magiſtri in quibus hujuſmodi fuerint nomina illorum ad regios prælectores theologiæ juris et medicinæ quotannis deferent.

Lector theologiæ juris et medicinæ regius ſemper cathedram illius artis teneat modo ſit doctor in illa facultate ita ut juris doctor componat pro eadem juxta conſuetudinem ſtius univerſitatis.

Quæſtiones theologiæ juris et medicinæ reſpondentis cathedræ in ſcholis affigantur et ad procuratores die ſabbati diſputationem præcedenti adducantur ſub pœna duorum ſolidorum procuratoribus ſolvendorum.

Magiſtri collegiorum ab omnibus ſcholaſticis exercitationibus liberentur niſi quæ pro gradu ſuſcipiendo fuerint conſtitutæ.

Sizatores in matriculatione iiii^{d} tantum ſolvent cæteri vero omnes quemadmodum ſoliti ſunt.

Qui lectores regiis ſtatutis diſputationibus adeſſe tenentur ſi abfuerint v^{s} pro ſingulis abſentiis mulctentur aut ſi abfuerint ex juſta cauſa convenientem vicarium ſubſtituant: ejus unus triens cedat academiæ alter procuratoribus tertius bedellis.

Reſponſores et diſputatores veſtibus graduum ſuorum utantur quod ſi non fecerint xii^{d} mulctentur.

Nullus ex ſcholaſticis nec ſcutis ludat vel otioſus eorum qui ludunt ſpectator adſtet.

Digitized by Google

Octavo maii ad Henrici ſeptimi commendationem ſacra concio ſit quam regius in theologia profeſſor faciet.

Baccalaurei theologiæ juris civilis et medicinæ ejus anni comitiis quo hos gradus ſuſcipiunt vel unum ex ſeipſis communiter eligant vel aliquem alium ſuo ſumptu provideant qui in die comitiorum ſua in arte reſpondeat.

Unus ex procuratoribus ſemper diſputationi adſit cujus eſſe moderator debet niſi ex regentibus aliquem ſibi vicarium relinquat.

Procuratores in matriculatione præſentes et officium ſuum diligenter facientes ſingulis matriculationum diebus III^{s} IIII^{d} ex ea pecunia matriculatoria accipiant.

Decernimus ut nulla gratia quæ proponetur in ſcholis diſpenſationem habeat quamcunque: et ſi ſecus fiat gratiam illam irritam et inanem eſſe conſtituimus niſi propter graviſſimam cauſam nos aliter ſtatuemus.

Ac de tota academia hactenus. Nunc ad collegiorum gubernationem tranſeamus.

Injunctiones collegiis præſcriptæ.

PROBLEMATA theologica obſerventur tam per baccalaureos theologiæ quoſcunque quam per magiſtros artium et decanus conſtituatur qui moderator ſit et quæſtiones determinet et mercedem certam a collegio ad id propoſitam habeat.

Nemo grammaticam ullo in collegio doceat niſi in collegio Jeſu tantum et in collegiis Trinitatis et regio quoad choriſtas.

In ſingulis collegiis magiſter decanus et lector publicus ſingulos in collegium admittendos ante primum illorum ingreſſum examinent utrum perfecte teneant grammaticam necne ut nulli in hujuſmodi loca admittantur qui non in ea ſatis ad mathematicam et dialecticam diſcendam profecerint.

Nullus

Digitized by Google

Nullus seneschallus bursarius aut hujusmodi aliquis administer plus pecuniæ præ manibus habeat quam ad unius mensis provisionem satis pro illo collegio sit.

Statuta omnia et compositiones quæ contra scripturam sacram aut regia instituta aliquid faciunt abrogata sunto.

Nullus sit in festo nativitatis dominus ludorum quocunque nomine censeatur absque consensu vice-cancellarii et collegiorum præfectorum.

A prima die termini usque ad extremum collegia singula problemata singulis diebus veneris et cætera etiam problemata per statuta illis aliis diebus assignata sine ulla exceptione eisdem diebus hebdomadatim observent quod si non fecerint singuli quorum interest id efficere iii^s iiii^d mulcteptur.

Nullus socius plus una lectione examinatione aut officio simul habeat nisi magistro et majori parti totius societatis aliter visum fuerit.

Nemo in aliquod collegium theologorum admittatur socius nisi sit actualis baccalaureus artium aut certe responderit disputaverit et declamaverit quemadmodum statuta academiæ pro eo gradu requirunt et qui proxima determinatione post electionem suam actualiter procedat excepto regali collegio.

Socii discipuli et pensionarii singulis dominicis et festis diebus in chorum honesto cum apparatu et superpelliciis tecti veniant neque ullum secum librum afferant qui non vel scripturæ pars sit vel ad scientiam scripturæ pertineat.

Pensionarii qui in sociorum commeatu sunt problemata cæteraque exercitationes scholasticas quemadmodum et socii observent.

Nullus concionator sit vel aliquam concionem pro gradu habeat suo nisi ad minimum diaconus sit.

Digitized by Google

In ſingulis collegiis lectores aut alii ad id aſſignati lectiones domeſticas examinent atque etiam ſi commode fieri poterit publicas.

Singulorum collegiorum præſides qui habiles ſunt et libenter ad concionandum accedunt ſacerdotium ad quadraginta marcarum valorem per annum habere poſſint et ad trium annorum ſpatium ſodalitium ſuum retinere modo ſingulis annis concionem unam in collegio ſuo et alteram in academia habeant.

Lectores et cæteri ejuſdem collegii ſi ſimul ruri tempore peſtis ſunt ut lectiones cæteraſque exercitationes conſuetas quemadmodum ſi domi eſſent habeant omnes commoditates et fructus percipiant quos haberent ſi domi eſſent.

Quotidianæ oppidi frequentationes ſeſſiones in oppido diuturni temporis et pecuniæ inanes collationes minime uſurpentur præcipue a majoribus natu et ſenioribus.

Tutores diligenter pupillos ſuos doceant convenienter corrigant nec permittant illos ſolute in oppido vagari.

In ſociorum et diſcipulorum electionibus pauperum filii apti et ingenioſi divitum et potentiorum filiis præferantur.

Omnes conceſſiones quæ communi ſigillo obſignantur in regiſtro prius ſcribantur et ante obſignationem cum regiſtro conferantur.

Magiſtri artium poſt primum ad minimum regentiæ ſuæ annum domi ſuæ in theologia diſputent et reſpondeant.

Aleæ nullo tempore chartæ pictæ non niſi Chriſti nativitatis tempore idque moderate et idoneo tempore in aulis uſurpentur ſub pœna expulſionis poſt ſecundam admonitionem.

Forma commendationis benefactorum referenda eſt ad eum ordinem quem regia majeſtas per ſuum typographum editura eſt: interim hac uti licebit.

In

Digitized by Google

In ſingulis collegiis proximo die poſt cujuſque termini finem totum collegium in ſacellum conveniat et poſt XLIIII caput Eccleſiaſtici lectum aliquis a magiſtro aſſignatus concionabitur: ubi fundatoris ceterorumque inſignium virorum quorum in eo collegio benefacta late patent praeclara commendatio erit et quanta gloria Deus afficiendus ſit demonſtrabitur qui per hos benefactores ingentia in illos beneficia contulerit et ſocietatem illam hortabitur ut eiſdem ad Dei gloriam et eruditionis amplificationem et honeſtum fundatoris inſtitutum utantur et Deum precentur ut viventium corda ſuae benignitatis gratia affundat ut ad Dei gloriam illuſtrandam et chriſtianam religionem adaugendam opes et facultates ſuas ſimiliter conferant. Poſt concionem peroratam cantabunt Anglice Te Deum. Laudate Dominum de coelis. Cantate. Laudate Dominum in ſanctis. Ad finem pſalmorum Gloria Patri et Filio, &c: et ante praedicationem dicent

The memory of the righteous ſhall remain for evermore,

Reſpons. And ſhall not be afraid of any evil report.

The Lord be with you.

Reſpons. And with thy ſpirit.

Let us pray.

O Lord we glorify thee in theſe thy ſervants our benefactors departed out of this preſent life beſeeching thee that as they for their time beſtowed charitably to our comfort the temporal things which thou didſt give them ſo we for our time may fruitfully uſe the ſame to the ſetting forth of thy holy word to thy laud and praiſe and finally that both they and we may reign with thee in glory through Jeſus Chriſt our Lord. Amen.

Concionatori huic certa merces per magiſtrum et ſocios cujuſlibet collegii conſtituatur.

Poſt communes in aurora ad horam quintam preces locus communis in collegiis Regis Trinitatis et Johannis tractabitur ter et in caeteris collegiis aulis et hoſpitiis idem locus communis bis ad minimum in hebdomada eadem hora tractabitur.

Singuli

Singuli collegiorum ſocii qui ſupra gradum baccalaureatus artium et infra doctoratus gradum in aliqua facultate fuerint locum communem ſuo ordine per hebdomadas tractabunt, a ſenioribus incipiendo atque ita ad infimos progrediendo quod qui in curſu ſuo non fecerint menſtruo commeatu ſuo mulctentur.

Socii diſcipuli penſionarii et ſcholaſtici ſinguli qui nondum quadrageſimum annum attigerunt neque ad doctoratus gradum aſpiraverunt neque præſides collegiorum ſunt matutinis hora quinta precibus et loco communi intererunt ſub pœna ea quæ in ſtatutis adverſus eos conſtituta eſt qui divino ſervitio ut vocant non interſunt. In quibus collegiis nulla pœna conſtituta eſt abſentes pro ſingulis abſentiis ſinguli duobus denariis mulctentur.

Abſentiæ et tarditates a veſperis matutinis et ſynaxi quæ communi parliamenti conſenſu conſtituta ſunt cæteriſque communibus precationibus eiſdem mulctis afficiantur quibus ſolebant eædem abſentiæ et tarditates a veteribus harum precationum generibus mulctari.

Magiſtri collegiorum ab omnibus diſputationibus domeſticis liberi ſunto.

Modeſtiam ſuo ordini convenientem omnes omnibus in locis colant præſertim in concionibus et congreſſibus publicis. Inferiores ordines ſuperioribus loco cedant et debita reverentia proſequantur. Hujus rei violatores ſi non fuerint adulti virga a ſuis coerceantur: ſin adulti primo aſpere verbis caſtigentur ſecundo hebdomadæ commeatu mulctentur tertio menſtruo commeatu priventur quarto e collegio ejiciantur.

Qui extra collegium ſuum in oppido pernoctat niſi gravi de cauſa eaque per magiſtrum ante approbata ſuperioris ſtatuti mulctam incurret.

Convivia antiquis exequiis adjuncta abrogata ſunto et loco illorum moderatæ epulæ commendationum diebus magiſtri et ſociorum judicio inſtruantur omniſque eleemoſyna quæ antehac diſtribui poſt exequias ſolebat hoc tempore pauperibus dividatur et cætera

Digitized by Google

tera convivia quorumcunque temporum judicio magiſtrorum et ſociorum legitimam moderationem accipiant: reſervato tamen bedellis jure ſuo veteri pecuniario.

Jentaculorum et prandiorum conſueti in diſputationum tempore ſumptus per magiſtrum et majorem ſociorum partem leventur et minuantur.

Si quiſquam collegio vel domo ſua abfuerit ex quacunque cauſa non licebit illi vocem et ſuffragium ſuum alii committere in ullo genere electionis.

Cæremoniæ ſaliendi recentes ſcholaſticos prorſus abolcantur propter multas incommoditates quæ ex illis conſequuntur: modicæ tamen impenſæ poſſunt in conviviis retineri.

Nemo ſcholaris in ullum collegium admittatur niſi quartum decimum annum impleverit nec quiſquam penſionarius ad ullum collegium aut aulam aſſumatur niſi inſtructus et præparatus fuerit ad dialecticam diſcendam.

Regius in medicina lector unam anatomiam ſingulis annis faciet ſi auditores illius hoc requirant et anatomiæ impenſas perſolvere velint.

Singulis profeſtis diebus conveniant omnes ſocii et ſcholares ad horam quintam antemeridianam et ibi preces matutinas reverenter et religioſe celebrent.

Quicunque alterum parentem Anglum habent licet in locis tranſmarinis nati fuerint ſumantur tanquam nati in illo comitatu in quo parens Anglus procreatus fuit. Quod ſi uterque parens Anglus extiterit ex illo comitatu eſſe cenſeantur ex quo patrem illorum fuiſſe conſtiterit.

Quoniam intelligimus deeſſe Cantabrigiæ eccleſiis ſacrorum miniſtros et ſocii collegiorum ſtatutis domorum prohibentur ne hujuſmodi officia ſuſcipiant nos paucitatem ſacrorum miniſtrorum conſiderantes et piis Cantabrigienſium eccleſiarum ſatisfacere votis volentes

Digitized by Google

volentes libertatem omnibus ſociis ſingulorum collegiorum aut aularum damus ut ſi miniſti ſint et in Cantabrigiæ eccleſiis ſacra peragere velint non obſtantibus ſtatutis ſuis hoc facere poſſunt: proviſo quod hæc conceſſio noſtra non eximet hujuſmodi miniſtros ab ullis muneribus exercitiis aut officiis quæ debent ab illis in collegiis præſtari ſed ut omnia onera debita illis in collegio impoſita non minus agnoſcant quam ſi hæc conceſſio non interveniſſet.

Nulla publica diſputatio ſuper aliqua quæſtione theologica celebretur niſi prius quæſtio ſit per cancellarium ejuſve vices gerentem et unum doctorem vel baccalaureum theologiæ ſeniorem in univerſitate præſentem probata. Si quis vero aliter quæſtionem propoſuerit quadraginta ſolidis ſterlingorum per cancellarium ejuſve deputatum mulctabitur.

DUBIO-

Digitized by Google

DUBIORUM EXPLICATIO.

QUI curſum concionandi prætermittunt ad eandem formam puniendi ſunt quæ propoſita eſt his qui reſpondendi in diſputationibus curſum violant.

Non modo Ariſtoteles tum academiæ tum collegiorum lectionibus ſua lingua legatur ſed cæteri etiam quos quivis ſuis in ſcientiis profitentur non ex tranſlationibus ſed ſcriptorum ipſorum lingua legantur quantum commode fieri poſſit.

Mulctæ imponendæ modus hic ſit. Magiſter collegii aut eo abſente præſes aut qui primarius illis abſentibus eſt de præconum querela præcipiet theſaurariis collegii aut illis quibus pecunia illius collegii commiſſa eſt ut hanc mulctam alicui ex præconibus ſine ulla dilatione ſolvant idque virtute jurisjurandi quod academiæ et collegio ſuo obtulerunt eandemque pecuniam ſibi iterum ex ſtipendio eo theſaurarius aut ejus adminiſter perſolvat quod reus a collegio recipere debeat.

Magiſtri artium primi anni quemadmodum in antiquis ſtatutis præcipitur ſic etiam nunc bis diſputabunt priuſquam ad aliorum curſum ventum ſit.

Magiſtri collegiorum et ſexagenarii ab omnibus publicis exercitationibus liberi ſunto niſi quæ gradibus ſuſcipiendis conſtitutæ ſunt his qui illos gradus adeunt.

In ſingulis diſputationibus theologiæ juris civilis et medicinæ tres ad minimum ſint diſputatores qui reſpondenti objiciant.

In omnibus regiis ſtatutis et injunctionibus per regios viſitatores præſcriptis ubi nulla expreſſa pœna violatoribus proponitur liceat cancellario cum conſenſu præſidum certam pœnam aſſignare atque imponere ſtatutorum et injunctionum violatoribus: atque ita legitima ſit ac ſi in prædictis ſtatutis aut injunctionibus poſita fuiſſet.

Digitized by Google

Nulla poſt comitia nec feſtis diebus nec in vigiliis omnium ſanctorum purificationis et aſcenſionis diſputatio ſit in artibus: theologica vero juris civilis aut medicinæ ſi propter hos feſtos dies impediatur proximo die jovis a diſputationibus vacuo compleatur.

Regentes antiqui qui ante ſtatuta regia promulgata facti erant regentiam ſuam modo non adverſetur collegiorum ſuorum decretis atque inſtitutis et debitas exercitationes regiis ſtatutis præſcriptas obſervent quamdiu velint retineant. Illud autem omni diligentia et cautione obſervetur ut regentes in procuratoribus quemadmodum in cæteris magiſtratibus eligendis imprimis elaborent ut quos ætate eruditione gravitate et prudentia cæteris anteire judicent eos ſive regentes ſive non-regentes ſunt ad munus academiæ ſuſcipiendum eligant.

In omnibus comitiis et diſputationibus publicis academiæ et privatis collegiorum nulla neque oratio neque quæſtionum explicatio de libro ſcripto legatur. Hoc ſi quis privatim violaverit domi a magiſtratibus ſuis juſta pœna coerceatur: ſin publice quinque ſolidis mulctetur ſingulis procuratoribus et præconibus academiæ ſingulis ſolidis tribuendis. Proviſo quod hac lege theologi jureconſulti et medici non tenebuntur.

Authoritate nobis commiſſa decernimus et vobis univerſis et ſingulis præcipimus ut leges injunctiones et reſolutiones vobis in tempore regis Edvardi exhibitas ſive ad academiam ſive ad ſingula collegia referantur quatenus expreſſe non ſunt ablatæ a nobis aut immutatæ cuſtodiatis et obſervetis: deinde ut ſimiliter noſtris conſtitutionibus pareatis quas hoc tempore ſancimus et quicquid poſthac legitima noſtra interveniente authoritate vobis injungemus ſive ad academiæ ſtatum ſeparatim pertinebit ſive ad rectum ordinem in ſingulis collegiis obſervandum ſpectabit.

Matthæus Cantuar. { W. Bill, W. Haddon, W. Meye, Tho. Wendye.

COMPO-

Digitized by Google

COMPOSITIO DE ELECTIONE PROCURATORUM ACADEMIÆ ANNO DOMINI 1557.

1557.	1	Collegium Regale. Aula Trinitatis.
1558.	2	Collegium Trinitatis. Collegium S^ti Petri.
1559.	3	Collegium S^ti Johannis. Collegium Chriſti.
1560.	4	Aula Pembrochiæ. Aula de Clare.
1561.	5	Collegium Regale. Collegium Corporis Chriſti.
1562.	6	Collegium Trinitatis. Collegium Reginale.
1563.	7	Collegium S^ti Johannis. Collegium Jeſu.
1564.	8	Collegium de Gonvile & Caius. Aula Catherinæ.
1565.	9	Collegium Regale. Collegium S^ti Petri.
1566.	10	Collegium Trinitatis. Collegium Chriſti.
1567.	11	Collegium S^ti Johannis. Aula Pembrochiæ.
1568.	12	Collegium Reginale. Aula de Clare.

Digitized by Google

1569.	13	Collegium Regale. Collegium Corporis Christi.
1570.	14	Collegium Trinitatis. Collegium Jesu.
1571.	15	Collegium S^ti Johannis. Collegium S^ti Petri.
1572.	16	Collegium Christi. Collegium de Gonvile & Caius.
1573.	17	Collegium Regale. Aula Pembrochiæ.
1574.	18	Collegium Trinitatis. Aula Catherinæ.
1575.	19	Collegium S^ti Johannis. Collegium Reginale.
1576.	20	Collegium Christi. Collegium S^ti Petri.
1577.	21	Collegium Regale. Aula de Clare.
1578.	22	Collegium Trinitatis. Collegium Corporis Christi.
1579.	23	Collegium S^ti Johannis. Collegium Magdalenæ.
1580.	24	Aula Pembrochiæ. Collegium Jesu.
1581.	25	Collegium Regale. Collegium Reginale.

Digitized by Google

1582.	26	Collegium Trinitatis. Collegium de Gonvile & Caius.
1583.	27	Collegium S^ti Johannis. Collegium S^ti Petri.
1584.	28	Collegium Christi. Aula de Clare.
1585.	29	Collegium Regale. Collegium Corporis Christi.
1586.	30	Collegium Trinitatis. Aula Pembrochiæ.
1587.	31	Collegium S^ti Johannis. Collegium Jesu.
1588.	32	Collegium Reginale. Aula Catherinæ.
1589.	33	Collegium Regale. Collegium S^ti Petri.
1590.	34	Collegium Trinitatis. Collegium Christi.
1591.	35	Collegium S^ti Johannis. Aula de Clare.
1592.	36	Aula Pembrochiæ. Collegium de Gonvile & Caius.
1593.	37	Collegium Regale. Collegium Corporis Christi.
1594.	38	Collegium Trinitatis. Collegium Reginale.

1595.

Digitized by Google

1595.	39	Collegium S^ti Johannis. Collegium Jesu.
1596.	40	Collegium Christi. Collegium S^ti Petri.
1597.	41	Collegium Regale. Aula Catherinæ.
1598.	42	Collegium Trinitatis. Aula Pembrochiæ.
1599.	43	Collegium S^ti Johannis. Aula de Clare.
1600.	44	Collegium Reginale Collegium de Gonvile & Caius.

Certain ordinances concerning the election of the proctors.

1. Trinity Hall to presente at every vacation by death deprivation or resignation.

2. None to be set up or presented but of the third year regent.

3. The Kings College and Trinity Hall to presente this present Year.

This order drawn by Mr. Maptede and agreed upon by the more part of those that were named by a grace and subscribed with their hands to be reputed and taken for the composition of the proctors.

Confirmata fuit hæc compositio a nobis visitatoribus primo anno Elizabethæ reginæ vicesimo tertio julii 1559.

Willm. Byll Willm. Mey
Walter Haddon Robert Horn Ja. Pilkynton

DECRETA

Lib. proc. jun. fol. 162, A.

Digitized by Google

DECRETA EDITA AUTHORITATE DOMINI GULIELMI CECILII &c.

27° JUNII ANNO DOMINI 1562.

Digitized by Google

DECRETA EDITA ET PROMULGATA tam ex conſenſu et authoritate domini GULIELMI CECILII ſummi Cantabrigienſis academiæ cancellarii quam magiſtrorum regentium et non-regentium ejuſdem academiæ in plena eorum congregatione in domo capitulari ſive nova capella 27° junii anno domini 1562.

CAP. I.

QUONIAM principio et ante omnia legiſlatorem Deum divinumque cultum ſpectare decet quodque is pie ut par eſt aſſidueque colatur providere idcirco ſtatuimus volumus et ordinamus ut preces in ſingulis collegiis regiis injunctionibus imperatæ habeantur quæque habentur ſive matutinæ ſive veſpertinæ ſint devote religioſeque et dicantur et audiantur nulla in poſterum alicujus immunitatis prætextu excuſatione admittenda. Qui autem negligentius ac minus devote reperiuntur mulctam regiis injunctionibus expreſſam incurrant.

De regiis profeſſoribus et reliquis ordinariis lectoribus.

CAP. II.

CUM haud fere ex alia re ulla majori infamiæ labe academia aſpergatur quam ſi principis eximiæ præſtantique liberalitati profeſſorum diligentia parum reſponderit ſtatuimus et ordinamus ut quinque regii profeſſores unus viz. theologiæ alter juris civilis tertius medicinæ duo hebraicæ et græcæ linguæ quatuor diebus prout injunctionibus nuper a reginea majeſtate ad univerſitatem miſſis cavetur unaquaque hebdomada a primo die uſque ad ultimum diem cujuſque termini horis et locis conſuetis diligenter lectiones ſuas perlegant: quod ni fecerint decem ſolidis pro qualibet lectione quam omiſerint mulctentur. Et mulctæ quidem lectorum theologiæ hebraicæ et græcæ linguæ ſecundum præſcriptum ſtatuti collegii Trinitatis in uſum dicti collegii cedant. Mulctæ duorum juris

Digitized by Google

juris civilis et medicinæ profeſſorum per vice-cancellarium exigantur. Reliqui autem quatuor ordinarii et publici lectores unus viz. philoſophiæ tres dialecticæ rhetoricæ et mathematicæ per ſe vel idoneos ſuos vicarios per cancellarium approbandos prout dictis injunctionibus continetur ſimiliter omnino legant ſub pœna trium ſolidorum et quatuor denariorum pro qualibet lectione quam omiſerint ſic ut præfertur legenda. Et ſi quiſquam aliquando dies illos quatuor interpolatos ſumere malit quam continuos ſub finem præcedentis lectionis auditores ſuos intermiſſionis hujuſmodi commonefaciat ſub pœna prædicta. Lector autem rhetorices quoniam infimæ claſſis juventuti prælegit libros dictis injunctionibus huic lectioni aſſignatos omnino vulgari lingua pro captu et intelligentia auditorum explicet interpreteturque.

De publicarum lectionum auditoribus.

CAP. III.

QUONIAM parum eſt ut lectores diligenter ſuo legendi munere fungantur niſi auditores etiam parem diligentiam adhibeant ſtatuimus et decernimus ut auditores cujuſlibet lecturæ cujuſcunque gradus aut conditionis fuerint ſive collegiorum ſtipendiis ſuſtententur ſive ſuis ſumptibus alantur publicas academiæ ſcholas horis lectionibus ſuis aſſignatis petant ibique a principio uſque ad finem lectioni intenti quieti et cum ſilentio ſub pœna regiis injunctionibus impoſita permaneant. Ac quo certius conſtet qui cuique lectioni intereſſe teneantur ſtatuimus et volumus ut primarii lectores omnium collegiorum domorum et aularum ab aliquo præconum triduo ante initium cujuſque termini admoniti ſchedulam nomina ſingulorum ſociorum diſcipulorum penſionariorum ſizatorum et ſubſizatorum in ſuis collegiis commorantium continentem et quas lectiones quilibet audire et frequentare debeat intra tres dies procuratoribus vel eorum alteri exhibeant. Quod ſive illi admoniti non fecerint ſive bedelli per vices admonere neglexerint qui deliquit ſex ſolidorum et octo denariorum mulctam incurrat. Quinetiam ne quiſquam in fraudem prædicti ſtatuti ac ordinationis delinquens impune latere poſſit ſtatuimus ut decani cujuſque collegii domus vel aulæ et ſi nullus ſit decanus eorun-

Digitized by Google

dem collegiorum domorum et aularum primarii lectores monitores singulis septimanis pro qualibet dictorum auditorum classe (artium magistros legum musicæ et medicinæ baccalaureos et superiores gradus excipimus) constituant. Qui quidem monitores nisi singulis diebus quibus professores legere contigerit statim finita lectione schedulam absentium sero venientium vel exeuntium alteri bedellorum in scholis tradiderint pro qualibet vice duodecim denariis mulctentur. Porro ut magistri artium legum baccalaurei et qui sunt superioris gradus suas etiam lectiones diligenter ut præfertur sub pœna præfata frequentent collegiorum domorum vel aularum præpositi aut eorum locum tenentes sedulo providebunt.

De publicis in philosophia jure civili et medicina disputationibus.

CAP. IV.

OLIM disputationum solennitas magnum academiæ honorem peperit quem nisi restituere academia volet non in postremis disputationibus curam habebit. Ac propterea statuimus ut philosophica disputatio post quartam unius horæ a nona diebus disputationi assignatis inchoata ad horam undecimam extendatur mulcta quinque solidorum bedello si serius magistrum accersiverit magistro si in mora fuerit procuratori si citius disputationem solverit irroganda. Et ne per illud tempus duo magistri disputent vel duo baccalaurei respondeant nisi alter eorum variaverit sub eadem pœna cuilibet contra dilinquenti imponenda strictius inhibemus. Statuimus etiam ut disputationes in jure civili et medicina diebus regiis injunctionibus præscriptis post quartam unius horæ a prima inchoentur et debito tempore dictis injunctionibus præscripto durent. Quod si desit in illis facultatibus qui pro forma respondeat vel si duorum disputatorum munus nemo assumit ordine senioritatis sive domi sive absens fuerit quilibet pro ratione facultatis suam respondendi et opponendi vicem subibit: quam qui præsens omiserit vel per alium absens supplere neglexerit viginti solidis mulctetur. Ac ut certius imposterum de senioritate constet quilibet legum et medicinæ baccalaureus omnibus artium magistris qui anno sequenti in eum ordinem cooptantur quoad dictum disputandi ordinem senior magistris autem artium ejusdem vel superioris anni junior censeatur

Digitized by Google

censeatur. Legum autem et medicinæ baccalaurei ne senioritatis inter se ignoratione disputandi cursum impediant vicissim separatis facultatibus senioritatem pro ordine admissionis habeant.

De vestitu et quibusdam regni statutis diligenter exequendis.

CAP. V.

INTER alia quæ nostra hæc tempora plus solito infestant vestium effrænata licentia refrænanda occurrit. Ideoque statuimus et ordinamus ut nemo ad aliquem in universitate gradum evectus nisi toga talari capitioque ordini congruenti aut ad minimum insigni circa collum sacerdotali indutus collegio exeat: contra delinquentis sex solidorum octo denariorum mulcta esto. Et si quisquam disputationi publicæ in sua facultate publicis in ecclesia beatæ Mariæ precibus concioni ad clerum sine toga habitu et capitio gradui competente interfuerit eandem mulctam incurrat. Item statuimus ut socii cujusque collegii et graduati qui non sunt socii dum moram traxerint in nostro municipio superiori pileo scholastico et quadrato nisi ægrotaverint semper utantur mulctam ni id fecerint eandem subituri. Statuimus etiam ne quispiam studiosorum nomine in academia degens ultra unam virgam et dimidiatam panni (interiori duplicatura semper excepta) in caligis gestare præsumat neve caligis fenestratis consciissis serico ulterius quam necesse est circa talos et supra genua contextis vel quoquo modo variegatis incedat. A delinquentibus quoties deliquerint præscripta pœna exigatur. Statuimus etiam ne quisquam aliquo stipendio collegiorum sustentatus aut ad aliquod beneficium ecclesiasticum receptus camisia rugato collari, aut ad manus rugatis plicaturis sub pœna prædicta utatur. Proviso semper quod mediocri collari rugato modo nihil e serico intexatur et illæ rugæ latitudinem unius digiti non excedant uti licebit. Proviso insuper ne superiores de vestitu et ornatu ordinationes dominorum liberos et militum hæredes (ut vocant) apparentes aliquo modo attingant. Denique statuimus et volumus ut acta et statuta parliamenti hujus regni quæ vestitum vel sagittandi exercitium tangunt sedulo observentur. Quoque id commodius procuretur statuimus et decernimus ut dictorum actorum et statutorum parliamenti duo custodes sive gardiani idonei arbitrio præpositorum in singulis suis collegiis de-

Digitized by Google

ſignentur utque vice-cancellarius in fine cujuſque menſis per ſpatium unius anni proxime ſequentis de modo executionis dictorum actorum in gardianorum diligentiam inquirat.

De licentia vagandi per oppidum et in nundinis refrænanda.

CAP. VI.

IN recta ſtudiorum inſtitutione congruum eſt ut quam minimum ſtudioſi cum externarum commercio rerum diſtrahantur. Idcirco ſtatuimus et ordinamus ut nemo in pupillari ſtatu degens niſi uni eique ſoli ejuſdem collegii ordinis et conditionis ſodali aſſociatus conceſſaque prius a tutore vel decano venia in oppidum exeat utque ſi quis ſecus exierit præter mulctam arbitrio vice-cancellarii infligendam triduo in carcerem contrudatur ac pro refuga et errone habeatur. Proviſo ſemper quod pauperes ſcholares et ſizatores ex licentia tutorum dum in neceſſariis eorum negotiis verſantur ſoli exeuntes huic decreto minime aſtringantur vel mulctam prædictam incurrant. Statuimus etiam et ordinamus ut nemo cujuſcunque ordinis aut gradus cenſeatur (publicos privatoſque magiſtratus excipimus in executione officiorum ſuorum occupatos) forum frequentet vel diutius in aliqua oppidi platea moretur pœna duorum ſolidorum quoties quis deliquerit imponenda. Statuimus inſuper ne quiſpiam cujuſcunque gradus vel ordinis fuerit in conventibus quos ſeſſiones vocant judice pro tribunali ſedente in illum cœtum ſe ingerat niſi prius petita a vice-cancellario venia. Qui ſecus fecerit viginti ſolidis puniatur. In nundinis autem ſturbrigienſibus vel iis quæ ad feſtum Johannis baptiſtæ tenentur deprehenſus niſi ſpeciali licentia præfecti vel eo abſente vices ejus gerentis ſe defendat tres ſolidos et quatuor denarios pœnæ nomine pendat.

De receptoribus ſcholarium et contrahentibus cum iiſdem.

CAP. VII.

EST quidem cum primis neceſſarium ut dum ſcholarium utilitati proſpicimus in eos animadvertamus qui turpi lucro avidius inhiantes et famæ ſuæ prodigi quoſvis ſine delectu hoſpitio ſuo

Digitized by Google

ſuo recipiunt. Ac propterea vetamus et ſtatuendo ſtrictius inhibemus ne eorum quiſpiam qui in oppido tabernas aut cauponas aperiunt vel cibaria vendunt aliquem privilegiis ſcholarium gaudentem ad menſam commeſſationes luſum moram noctu aut interdiu in ſuas popinas tabernas diverſoria recipiant vel apud ſe latere patiantur. Mulctam qui in hanc ordinationem commiſerint quadraginta ſolidorum in uſus univerſitatis applicandorum pro prima et ſecunda vice ſuſtinebunt. Tertio autem ſic ut præfertur recipiendo ſcholares delinquentes ultra prædictam pecuniarum mulctam ne popinas tabernas hoſpitia aut diverſoria aperiant neve eſculenta aut poculenta impoſterum vendant omnino interdicatur. Proviſo ſemper quod legum medicinæ et muſicæ baccalaurei artium magiſtri et ſuperiores gradus pupilli etiam tutores comitantes vel ad parentes et amicos in oppidum tanquam hoſpites adventantes accerſiti ſolummodo ad prandium aut cœnam impune recipi poſſunt. Proviſo inſuper quod cujuſcunque ordinis ſcholares extra tempus prandii et cœnæ ex ſpeciali licentia præfectorum collegiorum in quibus degunt vel ſi ægrotaverint ſimiliter impune honeſta diverſoria intrandi ibique commorandi facultatem habeant. Statuimus inſuper ne quiſpiam καπηλικην in rebus mobilibus ſcholarium exerceat id eſt ne emat vilius quæ carius vendat niſi ex licentia vicecancellarii admiſſus (quam pauciſſimos autem vice-cancellarius admittat) et interventu fidejuſſorum obligatus ſub pœna carceris et decem librarum in uſus academiæ convertendarum. Quin etiam ſic obligatus in cautione fidejuſſorum caveat de libro ſive regiſtro cuſtodiendo eoque ſingulis anni quartis vice-cancellario exhibendo in quo nomen venditoris vel traditoris collegii in quo degit res vendita vel pignoris loco tradita pretium emptionis et venditionis dies contractus contineatur. Porro librum eum ſic ut præfertur exhibitum convocato ad ſe altero procuratorum vice-cancellarius examinabit.

De collegiorum januis.

CAP. VIII.

JANUÆ et portæ per ſingula collegia et aulas una eademque hora veſperi obſerantur hyeme viz. hora octava æſtate hora nona. Hyeme hoc loco interpretamur a feſto ſancti Michaelis uſque

Digitized by Google

uſque ad feſtum annunciationis beatæ Mariæ æſtate autem quod reliquum eſt anni.

De mulctis applicandis.

CAP. IX.

ETSI ſperandum eſt eos quorum de communi conſenſu præſcripta ſtatuta edita promulgataque ſunt unam eandemque curam perpetuam habituros ne quid temere contra committant tamen ſi uſus veniat ut mulctæ exigendæ ſint exactæ niſi ſuperius quid iis fiat declaratum ſit in tres partes dividantur quarum una in academiæ altera procuratorum tertia præconum uſus convertatur.

Lib. proc. ſen. fol. 120.
Lib. proc. jun. fol. 142.

STATUTA

Digitized by Google

STATUTA

REGINÆ ELIZABETHÆ ANNO DUODECIMO REGNI SUI EDITA.

Digitized by Google

STATUTA

REGINÆ ELIZABETHÆ ANNO DUODECIMO REGNI SUI EDITA.

ELIZABETHA Dei gratia Angliæ Franciæ et Hiberniæ regina fidei defensor &c. Dilectis nobis cancellario magistris et scholaribus universitatis Cantabrigiensis salutem.

Quanta rerum vestrarum cura nos perpetuo solicitat dum utilitati academiæ vestræ studemus non tam privilegia a nostra begnitate vobis concessa quam legum et statutorum vestrorum nova quædam dispositio manifeste declarant: quorum altero injuriis obsistere quieteque studiis vestris incumbere altero concordiæ rectæque reipublicæ vestræ gubernationi consulere possitis. De illo abunde satis a nobis est prospectum: istud quidem licet jamdiu a nobis inchoatum esse non ignoramus ac leges interea exercendas vobis dederimus usu tamen atque experientia optima efficacique rerum magistra edocti animadvertimus in illis aliqua esse correctione digna. Rursus crescente hominum audacia nimiaque licentia aliquas novas prioribus esse adjiciendas duximus. Negotia enim quæ de novo emerserunt novo indigere auxilio facile cernimus. Nunc vero cum ista omnia accurate ut speramus sunt absoluta et perfecta ea a vobis omnibus cum ea qua decet obedientia atque animi alacritate recipienda sunt. Leges itaque ac statuta hoc libello conscripta atque summa nostra regia authoritate sancita vobis in vestrum commodum mittimus ac promulgamus diligenterque atque fideliter a vobis observanda proponimus. Quod dum feceritis illisque

Digitized by Google

illiſque ut oportet ex animo parueritis non ſolum a Deo Optimo Maximo et a nobis laudem et præmium expectabitis verum etiam una cum pietatis atque optimarum artium non modico incremento omnes gradus academiæ in pulcherrimum ordinem adducetis illiuſque famæ atque dignitati optime proſpicientes florentiſſimam efficietis ac tandem (quod apud nos non minimi eſt momenti) exemplo veſtro tanquam in omnium oculis et mente poſiti reliquum populum noſtrum ad conſimilem legum noſtrarum obſervationem ac ad pacem concordiam veramque obedientiam trahetis atque perducetis digni regio favore digni virtutis et literarum præmio. Sed quoniam exhortatio liberam excitat voluntatem mandatum neceſſitatem facit nec omnes virtutis amore ſed plures pœnæ metu ad leges cuſtodiendas coguntur omnibus igitur quibus juriſdictio in hac parte competit maximeque vobis qui poteſtatem publicam academiæ exercetis vel ſingulorum collegiorum gubernacula tenetis mandamus ut et vos ipſi ſtatuta iſta quatenus ad vos pertineant obſervetis et a reliquis omnibus diligentiam in eiſdem obſervandis exigatis illorumque executioni totis viribus incumbatis. Si vero (quod abſit) favore gratia lenitate vel incuria veſtra ea contemni negligi vel non obſervari aliquando contigerit vos quibus illorum executio demandata eſt quique aliorum gubernationem ſuſcepiſtis hujus tranſgreſſionis reos judicabimus atque a vobis exactam rationem illius rei expoſcemus. Dominus Jeſus et voluntatem in vobis has leges cuſtodiendi bonaſque literas pietatemque diſcendi et facultatem eaſdem ad ipſius gloriam exercendi et exequendi concedat.

Dat. apud manerium noſtrum de Reding 25° ſeptembris anno regni noſtri duodecimo et anno Chriſti 1570.

In cujus rei teſtimonium has literas noſtras manu noſtra ſignatas magno ſigillo noſtro Angliæ muniri fecimus die et anno ſupradicto.

Digitized by Google

LEGES SIVE STATUTA CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ.

DEUM timeto: regem honorato: virtutem colito: disciplinis bonis operam dato. Sed qui reipublicæ vult leges et instituta proponere non solum laboris verum etiam et otii debet rationem habere. Interest enim studiosorum hominum et literatorum nonnunquam laxatos habere animos ut ad studia contentiores veniant. Et quanquam literarius labor re quidem vera sit suavissimum otium tamen et otium suum habet negotium et intermissionem propterea requirit. Itaque lectionibus et disputationibus publicis fines terminosque ponamus.

De terminorum assignatione.

CAP. I.

PRIMUS lectionum et disputationum dies erit a decimo die octobris usque ad decimum sextum decembris. Secundus terminus erit a tertio decimo die januarii ad decimum ante paschа diem. Undecimo post paschа redintegrabuntur disputationes et lectiones publicæ usque ad diem veneris comitia sequentem. Terminus vacationis erit a die supradicto usque ad decimum octobris in quo propter intemperiem cæli et pestis atque contagionis pericula nec publicæ lectiones (præter regias) nec disputationes sint in academiæ scholis quæ momentum aliquod ad gradus adipiscendos adferant. Licebit tamen cuivis eo tempore suæ exercitationis causa publice quidvis prælegere aut etiam disputationem ibidem instituere venia tamen prius a cancellario data.

De baccalaureorum inauguratione et magnis comitiis.

CAP. II.

SOLENNIS et annua sit professio baccalaureorum die mercurii primam dominicam quadragesimæ præcedenti et prorogetur ad diem jovis post quartam dominicam ejusdem quo tempore omnes quæstionistæ antiquum et solitum examen subibunt: et magna comitia

Digitized by Google

comitia cooptatio atque inauguratio cæterorum ordinum primo martis julii; quo tempore si pestis obfuerit aut alia gravior causa fuerit quo minus solennes ritus possunt peragi in primum diem martis octobris vel alium quemcunque diem differantur judicio cancellarii præscribendum.

De lectoribus publicis.

CAP. III.

QUI prælegerit theologiam jus civile medicinam aut mathematicam quaternis diebus in hebdomada ad minimum legat nempe lunæ martis mercurii et jovis. Quod si festus dies intercurrat in alio die supplebit ut omnino quatuor dierum lectio præcise observetur. Linguarum professores philosophiæ dialecticæ et rhetorices eandem in legendo formam observabunt. Quod ni fecerint regii professores decem solidis pro qualibet lectione quam omiserint mulctentur. Et mulctæ quidem lectorum theologiæ hebraicæ et græcæ linguæ secundum præscriptum statuti collegii Trinitatis in usum dicti collegii reddantur. Mulctæ duorum juris civilis et medicinæ per vice-cancellarium exigantur. Reliqui autem quatuor ordinarii et publici lectores pro qualibet lectione quam omiserint solvent tres solidos et quatuor denarios. Et si quispiam prædictorum lectorum dies illos quatuor interpolatos sumere malit quam continuos sub finem præcedentis lectionis auditores suos intermissionis hujusmodi commonefaciat sub pœna prædicta.

De temporibus lectionum et libris prælegendis.

CAP. IV.

TEMPORA lectionum publicarum referuntur ad judicium vice-cancellarii qui pro tempore fuerit et magistrorum collegiorum. Theologicus prælector tantum sacras literas doceat atque profiteatur. Jurisconsultus pandectas codicem vel ecclesiastica regni nostri jura quæ nos edituri sumus et non alia prælegat. Philosophicus lector Aristotelis problemata moralia politica Plinium vel Platonem publice doceat. Medicinæ lector Hippocratem vel

Digitized by Google

Galenum. Mathematicus profeſſor ſi coſmographiam docet Melam Plinium Strabonem aut Platonem enarret: ſi arithmeticam Tonſtallum aut Cardanum &c: ſi geometriam Euclidem: ſi aſtronomiam Ptolomæum enarret. Dialectices profeſſor Ariſtotelis elenchos aut topica Ciceronis. Prælector rhetorices Quintilianum Hermogenem aut aliquem alium librum oratoriarum Ciceronis. Quos omnes libros vulgari lingua pro captu et intelligentia auditorum explicabit interpretabiturque. Græcæ linguæ profeſſor Homerum Iſocratem Demoſthenem Euripidem aut alium ex antiquioribus et artem una cum proprietate linguæ docebit. Lector hebraicus non niſi ex fontibus ſacræ ſcripturæ prælegat ſimulque grammaticam hebraicam et linguæ proprietatem docebit. Omnes unius atque ejuſdem ſcientiæ lectiones una atque eadem hora legant atque concurrant.

De publicarum lectionum auditoribus.

CAP. V.

NULLUS ſcholaris quocunque gradu et nomine cenſeatur ſive collegiorum ſtipendiis ſuſtentetur ſive ſuis ſumptibus alatur ullam publicam lectionem ejus profeſſionis cui deſtinatus eſt omittat ſed a principio uſque ad finem quiete et attente eam audiat: nullaque ejus excuſatio admittatur niſi infirmitatis vel alterius urgentiſſimæ neceſſitatis prius vel poſt intra triduum per abſentem a lectione ultro alleganda et per procancellarium vel procuratores approbanda. Qui huic ordinationi non paruerit pro prima vice pretium communarum unius diei pro ſecunda trium pro tertia unius hebdomadæ pro quarta duarum hebdomadarum perſolvat. Quod ſi alicujus negligentia et contumacia longius proceſſerit pro arbitrio domini cancellarii puniatur. Magiſter præſes aut præpoſitus cujuſque collegii hanc mulctam ad denunciationem et petitionem cancellarii ab eo qui peccaverit exigito et perſolvito dividendam æqualiter inter academiam procuratores et præcones. Atque quo certius conſtet qui cuique lectioni intereſſe teneantur volumus ut primarii lectores omnium collegiorum ab aliquo præconum triduo ante initium cujuſque termini admoniti ſchedulam nomina ſingulorum ſociorum diſcipulorum penſionariorum fizatorum ſubfizatorum in ſuis collegiis commorantium continentem

Digitized by Google

tinentem et quas lectiones quilibet audire et frequentare debeat infra tres dies procuratoribus vel eorum alteri exhibeant. Quod si illi admoniti non fecerint sive bedelli per vices neglexerint qui delinquit sex solidorum et octo denariorum mulctam incurrat. Quinetiam ne quispiam in fraudem prædicti statuti et ordinationis delinquens impune latere possit statuimus ut Decani cujusque collegii aut si nullus ibi sit decanus tunc primarii lectores monitores singulis septimanis pro qualibet dictorum auditorum classe (artium magistros legum musicæ et medicinæ baccalaureos et superiores gradus excipimus) constituant. Qui iidem monitores nisi singulis diebus quibus professores legere contigerit statim finita lectione schedulam absentium sero venientium vel exeuntium alteri bedellorum in scholis tradiderint pro qualibet vice duodecim denariis mulctentur. Porro ut magistri artium legum baccalaurei et qui sunt superioris gradus suas etiam lectiones diligenter frequentent collegiorum præpositi aut eorum locum tenentes sedulo providebunt.

De ratione studiorum et quibus modis ad altiores gradus dignitatis juvenes promoventur.

CAP. VI.

PRIMUS annus rhetoricam docebit: secundus et tertius dialecticam. Quartus adjungat philosophiam et artium istarum domi foriſque pro ratione temporis quisque sit auditor. In hoc quadriennio bis quisque disputato in publicis scholis bis respondeto in suo grege. Quæ si perfecerit et post consuetum examen dignus videatur post completum quadriennium et non ante baccalaureus esto: ita tamen quod prius respondeat quæstioni et stet in quadragesima more consueto usque ad postremum actum et super his cautionem realem exponat.

De baccalaureis artium.

CAP. VII.

HI auditores assidui philosophicæ lectionis astronomiæ perspectivæ et græcæ linguæ sint idque quod inchoatum antea

Digitized by Google

antea erat ſua induſtria perficiant. Intererunt cunctis magiſtrorum artium diſputationibus aperto capite nec abibunt inde niſi a procuratoribus petita venia. Baccalaureus quiſque ter reſpondebit magiſtro objicienti bis in ſui gregis exercitatione reſpondebit declamabitque ſemel. In his ubi juſtum trium annorum ſpatium verſatus fuerit et hæc illum perfeciſſe conſtiterit poſtquam ſolenniter productus fuerit cooptabitur in magiſtrorum ordinem. Jurabunt autem ſinguli magiſtri artium in comitiis ſuis de regentia ſua per quinquennium retinenda et curſu diſputationum toto hoc tempore ſervando poſt quod tempus non-regentes erunt. Regentes autem in artibus qui ante hæc ſtatuta inaugurati ſunt regentiam ſuam retinebunt ad quinquennium a tempore inaugurationis ſuæ numerandum et non ultra: et ſi quinquennium illud jam elapſum ſit ſtatim non-regentes erunt.

De magiſtris artium.

CAP. VIII.

MAGISTER artium ſedulus erit theologiæ atque hebraicæ lectionis quotidianus auditor quibus rebus annorum ſeptem dabit operam: quo ſpatio bis diſputabit contra theologiæ baccalaureum ſemel poſt quartum annum reſpondebit in theologia: concionabitur latine ſemel et ſemel anglice in academiæ templo et ſemel ad crucem divi Pauli infra annum poſt gradum baccalaureatus ſuſceptum. Et ſi hoc tempore in theologia profecerit poſt completum ſeptennium et non antea per ſolennem inaugurationem baccalaureus fiat.

De illis qui ad academiam viginti quatuor annos nati accedunt.

CAP. IX.

QUI ad academiam viginti quatuor annos nati accedunt et ſe ſtudio theologiæ totos tradunt ſi omnes hujuſmodi exercitationes coluerint quæ ad magiſtros artium ad theologiam converſos ſpectant poſt decennium ad gradum baccalaureatus theologiæ accedere poterunt ſine ullo in artibus gradu ſuſcepto: ita tamen ut officiariis pro inferioribus gradibus more ab academia recepto ſatisfaciant.

De

Digitized by Google

De baccalaureis theologiæ.

CAP. X.

THEOLOGIÆ baccalaureus theologicam lectionem audiat quotidie: in quæstionibus theologicis bis opponet semel respondebit idque doctori si commode fieri poterit: latine semel anglice semel concionabitur in academiæ templo et semel ad crucem divi Pauli infra annum a gradu suscepto. Quinquennium post baccalaureatum susceptum in theologia progressus poterit vocari in ordinem doctorum.

Si quis cupiens cooptari in ordinem baccalaureorum aut doctorum theologiæ non responderit nec oppoſuerit secundum ordinem supra præscriptum in eisdem statutis is nihilominus poterit baccalaureus fieri si semel doctori responderit et publice unam concionem ad clerum et alteram ad populum habuerit et infra annum post gradum susceptum unam ad crucem divi Pauli. Et post baccalaureatum idem poterit esse doctor si semel doctori responderit et unam concionem ad clerum habuerit in academiæ templo ante ejus admissionem et alteram ad crucem divi Pauli infra annum sequentem modo quinquennium compleverit post gradum baccalaureatus.

De doctoribus theologiæ.

CAP. XI.

POST tantum laboris susceptum et tot pericula atque examina nolumus plus laboris doctoribus imponere quam ipsi volunt sua sponte suscipere nisi quod semel infra annum suscepti gradus quæstionem ipsi sibi proponent in publicis scholis cujus ambigua et dubitationes dum in utramque partem enucleaverint definient determinabuntque sub pœna quadraginta solidorum academiæ solvendorum.

De

Digitized by Google

De legum ſtudioſis.

CAP. XII.

QUI a primo in academiam adventu legibus operam dabit primum annum integrum inſtitutionum lectioni domi ſuæ impendat: deinde quinquennium totum publicum juris profeſſorem audiat. Reſpondebit publice ſemel profeſſori aut alicui doctori ejuſdem facultatis antequam fiat baccalaureus juris. Qui fuerit ante baccalaureus artium quatuor annorum ſtudio poterit juris eſſe baccalaureus ſi ordine præſcripto reſponderit.

De legum baccalaureis.

CAP. XIII.

HIC etiam regium in jure profeſſorem audiat quinquennium. Reſpondebit hoc tempore bis in ſuis ſcholis opponet ſemel et cooptabitur doctor. Magiſter artium ſeptennium dans operam legibus et cæteris perfunctis quæ hic requiruntur poterit cooptari inter legum doctores.

De legum doctoribus.

CAP. XIV.

DOCTOR legum mox a doctoratu dabit operam legibus Angliæ ut non ſit imperitus earum legum quas habet ſua patria et differentias exteri patriique juris noſcat.

De ſtudioſis medicinæ.

CAP. XV.

MEDICINÆ ſtudioſus ſex annos rem medicam diſcet ejus lectionis auditor aſſiduus: anatomias duas videat: bis reſpondeat ſemel opponat antequam baccalaureus fiat.

De

Digitized by Google

De ſtudioſis chirurgiæ.

CAP. XVI.

CHIRURGIÆ ſtudioſus duas anatomias faciat: tres ad minimum curationes ſe feciſſe probet antequam admittatur ad praxin chirurgiæ.

De baccalaureis medicinæ.

CAP. XVII.

BACCALAUREUS medicinæ reſpondebit bis ſemelque opponet: anatomias tres aut ad minimum duas videbit: et tunc poſt quinquennium a gradu baccalaureatus ſuſcepto admitti poterit ad doctoratum in medicina.

De doctoribus medicinæ.

CAP. XVIII.

POST ſolennem diſputationem et inaugurationem ſuam medicari licite poterit in omni medicandi genere. Magiſter artium ſeptennium rei medicæ dans operam poſtquam bis doctori in eadem facultate reſponderit ſemelque oppoſuerit publice poterit fieri doctor medicinæ.

De modo approbandi eos qui gradum magiſterii in artibus ſuſcepturi ſunt.

CAP. XIX.

OMNIS cooptandus in ordinem magiſtrorum artium ſive alicujus collegii ſive propriis ſumptibus alatur primum approbetur a præpoſito et majori parte ſociorum collegii cujus eſt vel a præpoſito et majori parte ſeniorum juxta ſingulorum collegiorum ſtatuta et conſuetudines: et collegii nomine ab uno ex eodem collegio aut ordinario lectore facultatis ſiſtetur coram cancellario

Digitized by Google

cellario in congregatione. Tum coram exponatur et de libro ſtatutorum clare legatur quid leges academiæ requirant ab eo qui in illum ordinem quem petit cooptari debeat. Quæ ſi perfecerit et viſitaverit doctores et magiſtros regentes aut debitam induſtriam ut eos viſitaret præſtiterit modo majorem partem præſentium regentium de ſcientia et credulitate habuerit ſecundum morem ſcholarium in ſcrutinio admittatur niſi quiſquam ſponſionem facere velit et infra octo dies probet eum propter imperitiam indignum aut vitioſos mores infamem aut non perfeciſſe quæ leges requirunt. In dicto autem ſcrutinio ſtabunt procancellarius et procuratores.

De cæremoniis in gradibus conferendis.

CAP. XX.

CÆREMONIÆ in gradibus conferendis eædem ſint quæ antea fuerant ſecundum antiquum academiæ morem. Qui in aliqua congregatione procancellario aliquem pro aliquo gradu ſuſcipiendo repræſentat conſueta verborum forma utatur. Procancellarius baccalaureum theologiæ admittens his verbis utatur *Admittimus te ad enarrandum omnes apoſtolicas epiſtolas in nomine Patris &c.* Doctorem autem admittens ita dicet *Admittimus te ad interpretandum et profitendum univerſam ſacram ſcripturam tam veteris quam novi teſtamenti in nomine Patris &c.*

De gratiis concedendis.

CAP. XXI.

NULLA gratia pro gradu aliquo ſuſcipiendo extra terminum omnino vel petatur vel concedatur nec etiam infra terminum niſi ſubſequentibus modo et forma viz. ut primum approbetur a præpoſito et majori parte ſociorum collegii ſui vel a præpoſito et majori parte ſeniorum et a magiſtro ſeu illius vicem gerente vel a lectore publico ejus collegii ſubſcribatur. Nec plures proponant terminos in quibus ſtuduerint in academia oppoſitiones reſponſiones aut alia ſcholaſtica exercitia quam rei fert veritas: aliter ipſa gratia nulla ſit. Et qui falſæ petitioni ſubſcripſerit voce ſua in ſenatu

Digitized by Google

ſenatu per biennium ſit ipſo facto privatus et inhabilis etiam ad aliquod officium et munus gerendum infra academiam per idem tempus. Deinde in plena congregatione regentium et non-regentium ſenior procurator illas gratias publice recitabit quæ a cancellario et reliquis pro capite illius anni deſignatis ſeu in eorum loca ſurrogatis approbatæ fuerint: et ſequente congregatione vel concurſu ejuſdem congregationis continuatæ illæ ipſæ gratiæ in domo non-regentium primum a ſeniore ſcrutatore iterum publice legentur: ac ſtatim duo ſcrutatores cum ſeniore non-regente tunc præſente in ſcrutinio ſtabunt ac vota aliorum per hoc verbum *Placet vel non Placet* et non aliter accipient et ea ſcriptis mandabunt præcone primum ad ſcrutinium proclamante: quod ſimiliter ſecundo et tertio modico interjecto intervallo faciet. Et ſi poſt trinam illam monitionem a voce danda ceſſatum fuerit ſenior ſcrutator collatis prius ſuffragiis publice pronunciabit pro majore parte ſuffragantium *Placet eis vel Non Placet eis.* Quam formam obſervabunt etiam in domo regentium ſenior procurator in legendo et pronunciando procancellarius et duo procuratores in ſuffragiis accipiendis et præco ad ſcrutinium vocando et reliqui regentes in vocibus ſuis dandis. Ea vero obſervatione omiſſa inanes et irritæ ſint gratiæ. Hinc autem excipimus gradum baccalaureatus artium qui antiquum modum petendi retinebit.

Decernimus ut nulla gratia quæ proponetur in ſcholis diſpenſationem habeat quamcunque: et ſi ſecus fiat gratiam illam irritam et inanem eſſe volumus. Nec ulli concedatur gratia ut ejus admiſſio ſtet ei pro completis gradu et forma ſub pœna perjurii procancellarii et eorum qui fuerint in capite niſi ſint regiæ majeſtati a ſecretis aut epiſcopi aut nobiles vel nobilium filii.

De diſputationibus ſophiſtarum.

CAP. XXII.

ORDO diſputationum hic eſt. Inter ſophiſtas veterrimus ſe reſponſorem exhibebit et ordine ſequentur alii juniores ad finem illius anni. Primus dies termini erit decimus octobris. Non reſpondebit niſi qui ſecundum annum expleverit. Tres prin-

Digitized by Google

cipes quæſtiones proponat unam in mathematicis alteram in dialecticis tertiam in philoſophicis naturalibus aut moralibus quas triduo ante affiget valvis ſcholæ ſuæ. Cæteri contra diſputanto. Ubi reſponſor hæſitaverit moderator alter ſi poſſit nodum diſſolvito. Tempora earum diſputationum erunt diebus lunæ martis mercurii jovis et veneris a prima poſt meridiem ad tertiam. Scholæ moderator per ſingulas diſputationes tres ſuo arbitrio permittat vetuſtatis ordine argumenta reſpondenti proponere præter principalem diſputatorem.

De baccalaureorum diſputationibus.

CAP. XXIII.

BACCALAUREORUM diſputationes fient die veneris, a nona ad undecimam ſi nulla tunc magiſtrorum diſputatio ſit: tunc enim fient ab hora prima ejuſdem diei uſque ad tertiam. Reſpondebit non niſi baccalaureus ſecundi anni. Incipiat veterrimus et ordine reliqui ſequentur. Contra diſputabit unus ſuo ordine cui ſcholæ moderator adjunget quatuor aut plures pro ſuo arbitrio in ſingulis diſputationibus qui argumenta reſpondenti objiciant. Qui curſum ſuum in reſpondendo omiſerit decem ſolidis mulctetur: qui vero opponendo curſum omiſerit tribus ſolidis et quatuor denariis.

De declamationibus baccalaureorum.

CAP. XXIV.

BACCALAUREORUM declamationes erunt diebus ſabbati ab hora octava ad nonam ante meridiem. Prima vero hebdomada duo ordine baccalaurei unum thema tractabunt cujus contrariam partem duo alii defendent hebdomada ſequenti ſub pœna quinque ſolidorum ſi quis curſum ſuum omiſerit.

De

Digitized by Google

De magiſtrorum artium diſputationibus.

CAP. XXV.

MAGISTRORUM artium diſputationes erunt ſingulis diebus lunæ martis mercurii jovis ſingulis ſeptimanis in termino niſi aliquis feſtus dies intervenerit. Durabunt autem ab hora nona ante meridiem ad undecimam. Et ſinguli magiſtri artium ad eas cogentur quoad quartum poſt inaugurationem ſuam annum expleverint: poſt quod tempus inter theologos jureconſultos aut medicos diſputabunt. Inhibemus ne duo magiſtri eodem tempore diſputent aut duo baccalaurei reſpondeant niſi alter eorum variaverit. Magiſtri artium primi anni quemadmodum in antiquis ſtatutis præcipitur ſic etiam nunc bis diſputabunt priuſquam ad aliorum curſum ventum ſit.

De theologorum diſputationibus.

CAP. XXVI.

QUOLIBET ſecundo die jovis cujuſlibet termini fiat diſputatio in theologia: in qua diſputatione duæ theſes theologicæ per dominum procancellarium regium in theologia profeſſorem ac unum doctorem vel baccalaureum theologiæ ſeniorem in univerſitate præſentem approbandæ tractabuntur ab hora prima poſt meridiem ad horam quartam ejuſdem diei. Reſpondebit baccalaureus in theologia maxime ſenior et ſic deinceps cæteri ejuſdem ordinis ſecundum ſenioritatem ſuam et poſt eos omnes magiſtri artium poſtquam quartum annum a gradu magiſterii ſuſcepto compleverint (qui medicinæ aut juri civili per ſtatuta collegiorum non deſtinantur aut tenentur ad diſputationem juris civilis aut medicinæ) ſive ſint ſocii collegiorum ſive penſionarii ſecundum ſenioritatem ſuam in academia. Si quis curſum ſuum intermiſerit mulctabitur viginti ſolidis totiens quotiens: ita tamen ut nihilominus idem curſum ſuum intermittens ad proximam teneatur diſputationem theologicam donec in propria perſona eandem præſtiterit ſub pœna conſimili. Opponentes erunt tres ſecundum curſum et ordinem collegiorum præſcriptum in his ſtatutis. Stet mulcta ibidem præſcripta

Digitized by Google

ſcripta omni excuſatione ſepoſita. Si quis tamen pro gradu ſuo velit reſpondere aut alio die reſpondeat aut vicem commutet cum eo qui reſponderet: ita ut proximo die jovis diſputabili is qui prius reſpondiſſet locum et curſum occupet. Bedellis vero ſolitam pro ſingulis diſputationibus collectam reſervamus. Ab aliis oneribus reſpondentes abſolvimus niſi pro gradu reſpondeant quo tempore eoſdem ad ordinem et ſtatuta collegiorum in quibus degunt referimus. Quod ſi quiſquam propter aliquam cauſam rationabilem per cancellarium regium profeſſorem in theologia et magiſtrum ac majorem partem ſociorum collegii ſui approbandam mutaverit curſum ſuum idem tamen arctetur ad curſum ſuum ſervandum in propria ſua perſona ceſſante hujuſmodi cauſa ſimiliter approbanda eodem termino aut proximo ſub pœna prædicta. Quod ſi feſtus dies interceſſerit proximo die jovis diſputabili eadem diſputatio compleatur. Ad extremum ſtatuimus quod hæc diſputatio progredietur et deſcendet hoc ordine de termino in terminum et de anno in annum donec omnes qui hoc ſtatuto aſtringuntur reſpondeant. Tunc vero iterum hæc diſputatio incipiat a ſenioribus ut ſupra inſtitutum eſt et ſic progrediatur de tempore in tempus.

De ordine quo ſingula collegia opponentes et diſputatores ſuppeditabunt.

CAP. XXVII.

Primo	Collegium Regium unum.	Poſt	Collegium Reginale Pembrochiæ et Catherinæ unum.
Deinde	Collegium Trinitatis unum.	Poſtremo	Collegium Jeſu Gonvile et Caii Corporis Chriſti et Claræ unum.
Poſt	Collegium divi Johannis unum.		
Poſt	Collegium Chriſti Petri et Madalenæ unum.		

Altero die collegium Trinitatis inchoabit et ita circulo quoad quodque collegium primum ſit et poſtremum. Singulis vero diſputationibus tres ab his collegiis aut collegiorum copulationibus replicatores

Digitized by Google

replicatores et disputatores adsint. Magistri artium replicabunt eo ordine quo fuerint inaugurati in academia. Si quis neglexerit mulctetur sex solidis eorum duobus procuratoribus duobus respondenti et totidem præconibus numerandis.

De jurisconsultorum disputationibus.

CAP. XXVIII.

JURIS civilis disputatio fiet sexto die jovis in unoquoque termino aut alio ad assignationem cancellarii. Disputabit regius prælector aut doctor aliquis ejus facultatis. Respondebit qui pro forma locum petit aut ejus defectu aliquis eorum qui juri civili dant operam secundum ordinem senioritatis suæ. Quod si neglexerit mulctabitur viginti solidis. Auditores vero duo regii professoris in eadem facultate juxta senioritatem suam opponent ubi videbitur prælectori aut doctori disputanti sub pœna sex solidorum quoties quis deliquerit. Atque ut certius in posterum de senioritate constet quilibet legum baccalaureus omnibus artium magistris qui anno sequenti in eum ordinem cooptantur quoad disputandi ordinem senior magistris autem artium ejusdem vel superioris anni junior censeatur. Legum autem baccalaurei ne senioritatis inter se ignoratione disputandi cursum impediant senioritatem pro ordine admissionis habeant. Respondentes et disputatores sumentur ex aula Trinitatis et ex aliis collegiis de numero illorum qui privilegiis studii juris civilis uti volunt modo doctores non sunt sub pœna ejusdem quæ prædicitur mulctæ. Hi duas ad minimum horas in disputatione permanebunt. Hæ disputationes ut rite ordine et perpetuo fiant aula Trinitatis providebit et collegia eo ordine quem ante posuimus. Et si desiderabuntur respondentes aut disputatores eadem mulcta imponetur delinquentibus quam ante nominavimus.

De medicorum disputationibus.

CAP. XXIX.

MEDICINA disputationem habebit nono die jovis in quoquo termino aut alio ad voluntatem procancellarii. Disputabit prælector regius aut aliquis doctor. Respondebit qui pro forma locum

Digitized by Google

locum petit aut ejus defectu aliquis eorum qui medicinæ dant operam ſecundum ordinem ſenioritatis ſuæ ſub pœna viginti ſolidorum quoties deliquerit. Et auditores duo regii profeſſoris in eadem facultate opponent juxta ſenioritatem ſuam ſub pœna ſex ſolidorum.

De facultatum omnium diſputationibus.

CAP. XXX.

DUÆ theſes vel concluſiones omnium harum diſputationum octo dies ante diem deſtinatum diſputationi ſcholarum publicarum valvis et cathedræ diſputantis a reſpondente affigantur et eodem tempore ad profeſſores earundem ſcientiarum atque ad procuratores et præcones per reſpondentem adducantur ſub mulcta duorum ſolidorum eidem infligenda. Die vero ſequenti præcones eaſdem quæſtiones adducent ad eos qui ſunt diſputaturi ſub eadem mulcta.

De determinatoribus ſingularum diſputationum.

CAP. XXXI.

REGIUS in theologia profeſſor et ſingularum artium atque facultatum prælectores ſingulis ejuſdem artis diſputationionibus intererunt præter prælectorem philoſophiæ quem baccalaureorum diſputationibus tantum præeſſe volumus. De argumentis judicabunt et ſi quæ vel difficilia ſunt vel male ab aliis diſſoluta ipſi diſſolvent atque ad extremum quid ipſis de ſingulis propoſitis diſputationibus videatur determinabunt ac definient.

De diſputationibus in veſperiis et die comitiorum.

CAP. XXXII.

DISPUTATIO theologica in veſperiis comitiorum erit ſub hora octava ante meridiana ad undecimam: in die comitiorum ab hora octava ad undecimam: philoſophica vero in veſperiis ab hora prima uſque ad tertiam: in die ab hora undecima uſque ad

Digitized by Google

ad ſecundam. Diſputatio in jure civili erit in veſperiis ab hora tertia uſque ad quartam: in die ab hora ſecunda uſque ad tertiam. Diſputatio in medicina in veſperiis erit ab hora quarta uſque ad quintam: in die ab hora tertia ad quartam. Si vero nulla ſit in veſperiis diſputatio theologica tum diſputatio philoſophica eodem tempore erit: et diſputatio in jure civili erit ab hora prima ad tertiam: et medicinæ diſputatio a tertia ad quintam.

Procancellarius erit moderator et determinator theologicæ diſputationis in comitiis ſi ita illi videbitur: ſin minus regius in theologia profeſſor aut alius doctor a procancellario aſſignandus.

Baccalaurei theologiæ juris civilis et medicinæ ejus anni comitiis quo hos gradus ſuſcipiunt vel unum ex ſeipſis communiter eligant vel aliquem alium ſuo ſumptu provideant qui in die comitiorum ſua in arte reſpondeat.

In omnibus comitiis et diſputationibus publicis academiæ et privatis collegiorum nulla neque oratio neque quæſtionum explicatio de libro ſcripto legatur. Hoc ſi quis privatim violaverit domi a magiſtratibus ſuis juſta pœna coerceatur: ſin publice quinque ſolidis mulctetur ſingulis procuratoribus et præconibus academiæ ſingulis ſolidis tribuendis: proviſo quod hac lege theologi juriſconſulti et medici non tenebuntur.

Lector theologiæ juris medicinæ regius ſemper cathedram illius artis teneat modo ſit doctor in illa facultate.

Regius in medicina lector unam anatomiam ſingulis annis faciet ſi auditores hoc requirant et anatomiæ impenſas perſolvere velint.

De electione cancellarii.

CAP. XXXIII.

CANCELLARII magiſtratus tam diuturnus eſto quam vetera ſtatuta moreſque academiæ permittebant nimirum ad biennium integrum aut tamdiu quam tacito conſenſu academiæ cancellarius permittatur in eodem officio manere. Intra quatuordecim

Digitized by Google

locum petit aut ejus defectu aliquis eorum qui medicinæ dant operam ſecundum ordinem ſenioritatis ſuæ ſub pœna viginti ſolidorum quoties deliquerit. Et auditores duo regii profeſſoris in eadem facultate opponent juxta ſenioritatem ſuam ſub pœna ſex ſolidorum.

De facultatum omnium diſputationibus.

CAP. XXX.

DUÆ theſes vel concluſiones omnium harum diſputationum octo dies ante diem deſtinatum diſputationi ſcholarum publicarum valvis et cathedræ diſputantis a reſpondente affigantur et eodem tempore ad profeſſores earundem ſcientiarum atque ad procuratores et præcones per reſpondentem adducantur ſub mulcta duorum ſolidorum eidem infligenda. Die vero ſequenti præcones eaſdem quæſtiones adducent ad eos qui ſunt diſputaturi ſub eadem mulcta.

De determinatoribus ſingularum diſputationum.

CAP. XXXI.

REGIUS in theologia profeſſor et ſingularum artium atque facultatum prælectores ſingulis ejuſdem artis diſputationionibus intererunt præter prælectorem philoſophiæ quem baccalaureorum diſputationibus tantum præeſſe volumus. De argumentis judicabunt et ſi quæ vel difficilia ſunt vel male ab aliis diſſoluta ipſi diſſolvent atque ad extremum quid ipſis de ſingulis propoſitis diſputationibus videatur determinabunt ac definient.

De diſputationibus in veſperiis et die comitiorum.

CAP. XXXII.

DISPUTATIO theologica in veſperiis comitiorum erit ſub hora octava ante meridiana ad undecimam: in die comitiorum ab hora octava ad undecimam: philoſophica vero in veſperiis ab hora prima uſque ad tertiam: in die ab hora undecima uſque ad

Digitized by Google

ad ſecundam. Diſputatio in jure civili erit in veſperiis ab hora tertia uſque ad quartam: in die ab hora ſecunda uſque ad tertiam. Diſputatio in medicina in veſperiis erit ab hora quarta uſque ad quintam: in die ab hora tertia ad quartam. Si vero nulla ſit in veſperiis diſputatio theologica tum diſputatio philoſophica eodem tempore erit: et diſputatio in jure civili erit ab hora prima ad tertiam: et medicinæ diſputatio a tertia ad quintam.

Procancellarius erit moderator et determinator theologicæ diſputationis in comitiis ſi ita illi videbitur: ſin minus regius in theologia profeſſor aut alius doctor a procancellario aſſignandus.

Baccalaurei theologiæ juris civilis et medicinæ ejus anni comitiis quo hos gradus ſuſcipiunt vel unum ex ſeipſis communiter eligant vel aliquem alium ſuo ſumptu provideant qui in die comitiorum ſua in arte reſpondeat.

In omnibus comitiis et diſputationibus publicis academiæ et privatis collegiorum nulla neque oratio neque quæſtionum explicatio de libro ſcripto legatur. Hoc ſi quis privatim violaverit domi a magiſtratibus ſuis juſta pœna coerceatur: ſin publice quinque ſolidis mulctetur ſingulis procuratoribus et præconibus academiæ ſingulis ſolidis tribuendis: proviſo quod hac lege theologi juriſconſulti et medici non tenebuntur.

Lector theologiæ juris medicinæ regius ſemper cathedram illius artis teneat modo ſit doctor in illa facultate.

Regius in medicina lector unam anatomiam ſingulis annis faciet ſi auditores hoc requirant et anatomiæ impenſas perſolvere velint.

De electione cancellarii.

CAP. XXXIII.

CANCELLARII magiſtratus tam diuturnus eſto quam vetera ſtatuta moreſque academiæ permittebant nimirum ad biennium integrum aut tamdiu quam tacito conſenſu academiæ cancellarius permittatur in eodem officio manere. Intra quatuordecim

Digitized by Google

dies post vacationem hujus muneris certo cognitam a regentibus et non-regentibus ad hunc modum novus cancellarius eligatur. Præcones aut viatores academiæ procancellarii jussu congregationem regentium et non-regentium in horam nonam subsequentis diei vocabunt. Tum autem procancellarius et procuratores assumpto juniore doctore theologiæ qui tum in academia fuerit vel si nullus theologiæ doctor præsens in academia fuerit adhibito juniore doctore juris civilis aut medicinæ stabunt in scrutinio suisque suffragiis prius in scripto latis cæterorum præsentium suffragia scripta accipient. Hæc omnia senior procurator accepta palam et sigillatim leget et ille per procancellarium cancellarius electus renunciabitur cui plurimi suffragati fuerint. Confestim autem post electionem instrumentum electionis ejus factum sigillo communi obsignabitur et quam maturime fieri poterit illi tradetur.

De electione procancellarii.

CAP. XXXIV.

TERTIO novembris hora videlicet octava ante meridiem munus procancellariatus quotannis de jure vacabit. Ac hora nona proxime sequenti in domo regentium convenient omnes collegiorum præpositi ac statim senior gradu primum deinde singuli ordine suo unum aliquem ad id officium nominabunt e quorum numero dicti præpositi duos punctis suis notabunt quorum alter et non alius eligatur in procancellarium. Si vero de majori numero præpositorum non habita ratione numeri totius sed plurium in signandis duobus vel eorum altero in tribus scrutiniis constare non possit tunc ille ex his qui paria habent suffragia nominetur in quem regius in theologia professor consenserit. Et illos duos sic designatos eodem die is qui gradu præest seniori procuratori publicandos regentibus et non-regentibus ante electionem significabit. Quos si senior procurator sic publicare recusaverit illum officio procuratoris ipso facto privatum declaramus. Electio autem novi procancellarii non ante viginti quatuor horas post vacationem et omnino ante horam quintam postmeridianam quinti diei ejusdem mensis fiet ad hanc formam. Munere procancellarii vacante præcones jussu procuratorum congregationem regentium et non-regentium in horam nonam aut primam quartæ diei ejusdem mensis novembris vocabunt: alioqui

Digitized by Google

alioqui ipſi præcones in horam nonam aut primam illius quinti diei id ſua auctoritate facient. Tunc procuratores aſſumptis duobus ſenioribus doctoribus in academia præſentibus aut horum vice ſi nulli in academia fuerint duobus ſenioribus in theologia baccalaureis in ſcrutinio ſtabunt et conſcripta ſua ipſorum ſuffragia primi ferent ac deinceps omnium aliorum regentium et non-regentium ſuffragia ſcripta accipient. Hæc ſenior procurator aperte et ſeparatim leget et ille ex duobus quos collegiorum præfecti nominaverunt et non alius procancellarius erit quem major pars regentium et non-regentium ſuffragiis ſuis elegerit. Si vero hoc officium procancellariatus infra annum vacaverit quam proxime ad formam ſupraſcriptam infra triduum vacationis cognitæ novus eligetur.

De electione procuratorum.

CAP. XXXV.

VOLUMUS ut collegia ſingulis annis procuratores futuri anni ex regentibus vel non-regentibus tertii ad minimum ſuæ regentiæ anni nominent et ut ordinem inceptum et infra ſcriptum inviolabiliter obſervent. Atque cum ad calcem ordinis perventum fuerit rurſus a capite incipiant et ita circulariter in nominandis procuratoribus juxta eundem ordinem perpetuo procedatur. Quos ſic nominatos ante primum auguſti præfecti illorum collegiorum vel alii illorum nomine procancellario præſentabunt eoſdemque ſic præſentatos et nominatos regentes eligere omnino tenebuntur niſi legitima cauſa ſive exceptio contra eoſdem ante primum octobris coram procancellario allegata et coram eodem et majore parte præpoſitorum collegiorum infra quatuor dies proximos probata et approbata fuerit.

Electio autem procuratorum poſtridie Dionyſii erit quo tempore procuratores taxatores et ſcrutatores anni præteriti munere ſuo ſe abdicabunt: et confeſtim poſtquam illi ab hoc munere diſceſſerint ſine ulla intermiſſione ad electionem novorum procedatur ad hunc modum. Cancellarius duobus magiſtris artium regentibus ſenioribus aſſumptis in ſcrutinio ſtabit et illi ſua ipſorum ſcripta ſuffragia primi ferent deinde omnium aliorum regentium ſcripta ſuffragia accipient quæ ſenior magiſter artium aperte et ſeparatim leget

Digitized by Google

illique procuratores erunt quos major pars præſentium ſuffragiis ſuis elegerit. Procuratores electi ſyngraphas cancellario dabunt de ſolvendo regio vectigali reliquaque pecunia ſeneſchallo et bedellis pendenda pro liberatione academiæ et de omnibus illis rebus per ſeneſchallum academiæ in ſcripta redigendis in pergameno et procancellario tradendis quæ in duabus letis academiæ quotannis præſentantur: et cancellarius ſyngraphas non reddet donec procuratores ſufficientes acquietancias in publicam academiæ ciſtam intulerint.

Ordo ſecundum quem collegia quotannis procuratores nominabunt inceptus anno Domini 1557: *quoad taxatores vero inceptus* 1570.

1 { Collegium Regale. / Aula Trinitatis.

2 { Collegium Trinitatis. / Domus Petri.

3 { Collegium Johannis. / Collegium Chriſti.

4 { Aula Pembrochiæ. / Aula Claræ.

5 { Collegium Regale. / Collegium Corporis Chriſti.

6 { Collegium Trinitatis. / Collegium Reginale.

7 { Collegium Johannis. / Collegium Jeſu.

8 { Collegium Gonvile. / Aula Catherinæ.

9 { Collegium Regale. / Domus Petri.

10 Collegium

Digitized by Google

10 { Collegium Trinitatis. / Collegium Christi.

11 { Collegium Johannis. / Aula Pembrochiæ.

12 { Collegium Reginale. / Aula Claræ.

13 { Collegium Regale. / Collegium Corporis Christi.

14 { Collegium Trinitatis. / Collegium Jesu.

15 { Collegium Johannis. / Domus Petri.

16 { Collegium Christi. / Collegium Gonvile.

17 { Collegium Regale. / Aula Pembrochiæ.

18 { Collegium Trinitatis. / Aula Catherinæ.

19 { Collegium Johannis. / Collegium Reginale.

20 { Collegium Christi. / Domus Petri.

21 { Collegium Regale. / Aula Claræ.

22 { Collegium Trinitatis. / Collegium Corporis Christi.

23 Collegium

Digitized by Google

23 { Collegium Johannis.
Collegium Magdalenæ.

24 { Aula Pembrochiæ.
Collegium Jesu.

25 { Collegium Regale.
Collegium Reginale.

26 { Collegium Trinitatis.
Collegium Gonvile.

27 { Collegium Johannis.
Domus Petri.

28 { Collegium Christi.
Aula Claræ.

29 { Collegium Regale.
Collegium Corporis Christi.

30 { Collegium Trinitatis.
Aula Pembrochiæ.

31 { Collegium Johannis.
Collegium Jesu.

32 { Collegium Reginale.
Aula Catherinæ.

33 { Collegium Regale.
Domus Petri.

34 { Collegium Trinitatis.
Collegium Christi.

35 { Collegium Johannis.
Aula Claræ.

36 Aula

Digitized by Google

36	Aula Pembrochiæ. Collegium Gonvile.
37	Collegium Regale. Collegium Corporis Chriſti.
38	Collegium Trinitatis. Collegium Reginale.
39	Collegium Johannis. Collegium Jeſu.
40	Collegium Chriſti. Domus Petri.
41	Collegium Regale. Aula Catherinæ.
42	Collegium Trinitatis. Aula Pembrochiæ.
43	Collegium Johannis. Aula Claræ.
44	Collegium Reginale. Collegium Gonvile.

Decernimus etiam quod quotieſcunque officium procuratoris infra annum ſuſcepti officii per mortem ceſſionem reſignationem deprivationem amotionem ſeu alio modo quocunque vacare contigerit aula Trinitatis pro reliqua parte anni procuratorem nominabit et præſentabit ad modum et formam ſupraſcriptam quam proxime fieri poteſt eligendum niſi juſta cauſa ut dictum eſt impediat. Idem etiam obſervari volumus in omni hujuſmodi vacatione taxatoris.

De

Digitized by Google

De electione ſcrutatorum.

CAP. XXXVI.

EODEM die et tempore quo procuratores a regentibus eligun-tur duo non-regentes ad officium ſcrutatorum a non-regenti-bus eligentur ad hanc formam. Stabunt in ſcrutinio jurati per cancellarium duo ſeniores doctores non-regentes aut eorum defectu duo baccalaurei in theologia aut in eorum abſentia duo ſeniores non-regentes qui ſua et aliorum omnium non-regentium vota et ſuffragia accipient et ſenior electos per majorem partem præſenti-um aperte pronunciet: qui jurati per cancellarium ſcrutatorum officio per illum annum gaudebunt.

De electione ædilium ſive taxatorum.

CAP. XXXVII.

VOLUMUS etiam ut collegia bina annis ſingulis duos regen-tes vel non-regentes nominent taxatores futuri anni eo or-dine qui in nominandis procuratoribus præſcriptus eſt incipiendo hoc anno ab his collegiis quæ in primo loco conſtituuntur et eodem ordine et curſu progrediendo et recurrendo. Hos præfecti collegiorum ſeu alii eorum vice cancellario ante primum ſeptembris præſentabunt: quos regentes eligere omnino tenebuntur et non alios ſi nulla legitima cauſa vel exceptio impediat ante primum octobris cancellario allegaṅda et infra quatuor dies proximos coram eodem et majore parte præfectorum collegiorum probanda et approbanda. Electio autem fiet ad formam ſequentem. Poſtri-die Dionyſii viz. hora prima poſt meridiem ſtabunt in ſcrutinio cancellarius et duo procuratores et ſua primum vota ſimul ſed diverſis tamen ſcriptis de utroque taxatore ferent: deinde omnium ſimiliter regentium ſcripta ſuffragia accipient. Ea ſenior procu-rator aperte leget et illi taxatores erunt quos major pars præſen-tium elegerit.

De

Digitized by Google

De præconum ſeu viatorum numero officio et electione.

CAP. XXXVIII.

TRES erunt præcones ſeu viatores armigeri pari loco et munere et unus inferioris loci bedellus. Illorum vero trium ſi quando munus vacaverit cancellarius curabit congregationem regentium et non-regentium intra triduum in horam nonam ſubſequentis diei vocandam. Tunc cancellarius et procuratores primo ſua ipſorum ſuffragia ſcripta ferent deinde cæterorum præſentium omnium ſcripta ſuffragia accipient: quibus palam et ſeparatim per ſeniorem procuratorem lectis ille præco renunciabitur quem major pars ſuffragantium elegerit: quem cancellarius jurejurando aſtrictum ad hoc munus admittet. Pecuniam autem aliquam aut munus aliquod neque cancellarius neque procuratores neque quiſquam alius regentium et non-regentium nec ante electionem nec poſt pro ſuffragio ſuo vel requirat vel oblatum accipiat ſed eos ad hujuſmodi munera ſine ulla mercedis expectatione aut acceptione eligent. Et ſi quis contra fecerit perpetuo infamis jus ſuffragii amittat. Et quanquam volumus unumquemque præconum aut viatorum ſic electum et admiſſum ad omne tempus vitæ ſuæ in hoc officio permanere niſi inſignis aliqua culpa expulſionem atque ejectionem requirat quo diligentius tamen in officio verſentur iidem præcones aut viatores poſt feſtum ſancti Michaelis prima illius termini congregatione baculos ſuos cancellario tradant qui cum procuratoribus ſecrete in quodam ſcrutinio a regentibus et non-regentibus quæret quemadmodum ſe geſſerunt num ſeduli et diligentes adminiſtri fuerint. Qui ſi ſedulo et honeſte officium ſuum feciſſe judicabuntur cancellarius illis baculos reddet et illorum integritatem ac diligentiam laudabit et ad ſimilem diligentiam et integritatem hortabitur. At ſi quid ab illis per negligentiam admiſſum fuiſſe quiſquam magiſtrorum conqueſtus fuerit aut ſi non feciſſe officium ſuum a quoquam magiſtrorum artium conqueſtum fuerit cancellario tum cancellarius eos admonebit ſui muneris aut aliter pro ratione culpæ caſtigabit atque corriget. Sin vero quocunque tempore quiſquam illorum inſigniter negligens adverſus cancellarium procancellarium aut procuratores fuerit et poſt alteram et tertiam admonitionem corrigere ſeſe

Digitized by Google

noluerit vel aliquod deteſtabile flagitium perpetraverit unde academia in magnam imfamiam prolabatur cancellarius advocatis ſibi procuratoribus et ædium præfectis cum aſſenſu majoris partis eorum eum præconem munere ſuo dejiciat: et tum novus præco ad formam a nobis præſcriptam eligatur. Præcones armigeri tres æquale ſtipendium æqualem mercedem accipient ad æqualem diligentiam et laborem devincti. Stipendium his et merces proveniet quemadmodum decreto noſtro quid quiſque gradus ſingulis magiſtris ſolvat conſtituitur. Horum trium et viatoris inferioris præterea officium erit quotidie ac diligenter cancellario adeſſe eique in omnibus quæ ad munus cancellariatus et ad illorum quoque officia ſpectabunt inſervire et diligenter providere ne quando referat illos adeſſe abſentes aut extra conſpectum ſint. Singulis ſingularum artium diſputationibus duo aut unus ad minimum ex illis ſemper interſit ſi diſputator ſupra gradum baccalaurei ſit et diſputatorem domo ad ſcholas deducat iterumque a ſcholis domum reducat.

De electione cuſtodum et auditorum communis ciſtæ ſive ærarii publici.

CAP. XXXIX.

AB univerſo academiæ ſenatu quotannis duo non-regentes continuo poſt electionem procuratorum eligentur ut ſint publici ærarii cum cancellario et duobus procuratoribus cuſtodes. Hi quinque communis ciſtæ quinque diverſas claves habeant in qua ſigillum academiæ pecunia vaſa aurea et argentea et ornamenta alia academiæ conſervabuntur. Nihil ſine academiæ conſenſu hoc ſigillo obſignabitur nec pecunia ulla aut vaſa aurea vel argentea ſine horum notitia et aſſenſu inde extrahentur. In cujuſlibet termini exitu in communem ciſtam procuratores referent quicquid pecuniæ ad academiæ uſum receptum illorum in manibus eſt. Item eodem tempore tres alii regentes aut non-regentes eligentur qui cum procancellario procuratorum et aliorum miniſtrorum rationes audient qui ad pecuniam academiæ vel accipiendam vel impendendam deſignati ſunt: quæ rationes omnes non modo initæ ſed etiam confectæ erunt infra duodecim dies poſt novorum procuratorum electionem ſub pœna decem librarum academiæ perſolvendarum ab eo qui fuit in cauſa cur inita aut perfecta ratio prius non fuit.

De

Digitized by Google

De nominatione et electione lectorum et reliquorum officiariorum.

CAP. XL.

NOMINATIONES et electiones lectorum bedellorum ſtationariorum gageatorum vinopolarum et aliorum miniſtrorum ſeu officiariorum academiæ quorumcunque de quibus aliter a nobis non eſt proviſum ſequentur modum et formam in electione procancellarii præſcriptum fientque intra quatuordecim dies poſt vacationem niſi aliter ſtatutis noſtris aut fundatione cautum ſit. Quæ aliter factæ fuerint ipſo jure nullæ ſint et irritæ.

De capite in quavis congregatione per annum eligendo et de ejus authoritate.

CAP. XLI.

NE caput negligere videamur dum de reliquo corpore providemus hac lege cautum ſit ut hora prima duodecimi octobris poſt meridiem conveniant in domo regentium cancellarius collegiorum præfecti doctores procuratores et ſcrutatores ad eligendos illos qui propter cognitionem gravitatem atque in rebus gerendis prudentiam et fidem caput ſenatus merito appellari ſolent. Eo igitur tempore cancellarius unum theologum doctorem unum juriſconſultum medicum unum unum non-regentem et alterum regentem nominatim ſcribet. Uterque quoque procuratorum ex ſingulis illis ordinibus ſimiliter unum alium nominabit. Et ex his quindecim præfecti collegiorum doctores et ſcrutatores quinque id eſt ex ſingulis ordinibus et facultatibus unum punctis ſuis notabunt: et eos in quos plures numero præſentium conſentiant (licet majorem partem non faciunt vel æquant ſi ratio habeatur totius numeri) ſenior procurator in proximæ congregationis initio regentibus et non-regentibus ſignificabit eoſdemque cum cancellario caput totius ſenatus futuri anni aperte et publice pronunciabit. Et ſi de aliquo uno illorum quinque plures numero ut ſupra dictum eſt in primo ſecundo et tertio ſcrutinio non convenerint tunc ad cancellarium et duos ſeniores doctores tunc præſentes aut eorum majorem partem quorum cancellarius unus ſit electio pro illa vice

Digitized by Google

pertinebit. Si autem quiſquam iſtorum forte abfuerit ab aliqua congregatione illius locum occupabit ſenior illius facultatis tum præſens: et ſi talis non reperiatur tunc alius in alia facultate ſenior præſens in ſenatu illius vicem eo tempore geret a cancellario evocatus. Horum autem authoritas eſt in omni ſenatu et congregatione de omnibus petitionibus prius decernere quam ad reliquum ſenatum deferantur ita ut illæ gratiæ ſolæ approbentur et regentibus ac non-regentibus proponantur in quas eorum ſinguli conſenſerint et non aliæ. Et ſi quicquam a ſenatu petatur vel concedatur quod non ſit prius iſtorum judicio et aſſenſu comprobatum nullum erit omnino et invalidum niſi his noſtris ſtatutis aliter cautum ſit.

Quicunque fuerit ad magiſtratum in academia gerendum legitimis ſuffragiis aſcitus ille magiſtratum ſuſcipere non recuſabit aut tardabit niſi juſtam excuſationis cauſam attulerit ab illis comprobandam quorum ſuffragiis electus fuit.

Illud autem omni diligentia et cautione obſervetur ut in procuratoribus et taxatoribus quemadmodum et in cæteris magiſtratibus eligendis et nominandis omnes quorum intereſt in primis elaborent ut quos ætate eruditione gravitate et prudentia cæteros anteire judicent eos ſive regentes ſive non-regentes ſint ad munus academiæ ſuſcipiendum eligant.

De cancellarii officio.

CAP. XLII.

CANCELLARIUS poteſtatem habebit ad omnes omnium ſcholaſticorum atque etiam eorum famulorum controverſias ſummarie et ſine ulla juris ſolennitate præter illam quam nos præſcribemus ſecundum jus civile et eorum privilegia et conſuetudines tum audiendas tum dirimendas ad congregationes graduatorum et ſcholaſticorum convocandas ad homines dignos gradibus ſcholaſticis ornandos qui omnia munia ſcholaſtica his contenta ſtatutis expleverint et ad indignos rejiciendos ab iiſdem et repellendos ad omnes eorum violatores puniendos ad providendum præterea ut ſinguli academiæ miniſtri in ſuo officio ſe contineant ignavos graſſatores rei ſuæ diſſipatores contumaces nec obedientes ſuſpenſione graduum carcere

Digitized by Google

carcere aut alio leviori ſupplicio judicio ſuo caſtigandos. Non licebit tamen cancellario aliquem ſcholarem exilio mulctare aut aliquem pileatorum aut præfectorum collegiorum incarcerare abſque conſenſu majoris partis præfectorum collegiorum.

Regentes omnes et non-regentes a principiis congregationum ad finem remanebunt niſi venia a cancellario impetrata licentiam diſcedendi habeant ſub pœna duodecim denariorum quoties peccaverunt.

Singuli etiam regentes et non-regentes qui in academia maxime commorantur et intra ambitum academiæ ſint et vocati ab aliqua congregatione aut concione ad clerum abſunt a cancellario duobus ſolidis mulctentur: cujus mulctæ dimidium inter cancellarium et procuratores equaliter dividetur dimidium autem academiæ aſſignetur.

Quicquid ſtatutis noſtris vel academiæ cancellario faciendum attribuitur in ejus abſentia hoc idem a procancellario fiat.

Eidem cancellario cum conſenſu totius academiæ licebit nova ſtatuta ad eruditionis amplificationem et decori atque honeſti conſervationem inter ſcholaſticos habendam ſancire ſic ut ea his decretis noſtris nihil detrahant aut officiant.

De officio procuratorum.

CAP. XLIII.

PROCURATORES academiæ publicis diſputationibus juriſconſultorum medicorum et magiſtrorum artium intererunt et convenientem ac decorum ordinem conſervandum curabunt et quamdiu quiſquam contra diſputabit præſcribent: exordia longa argumenta nugatoria quæ magnum diſputationibus afferunt detrimentum præcident et providebunt ut omnes qui præſto eſſe tenentur adſint nec ſine legitima et approbata cauſa aut venia impetrata diſcedant eoſque qui contra faciunt primo tempore quatuor denariis ſecundo duodecim tertio viginti denariis quarto graviori pœna mulctabunt. Si gravior illi qui mulctatur mulcta eſſe videbitur ad cancellarium

Digitized by Google

cancellarium provocatio fiet. Procuratorum etiam erit providere ut ſinguli ſuas in reſpondendo vices atque ordinem conſervent eumque qui deliquerit violati ordinis ad cancellarium deferent. Cancellarius eum qui deliquerit primo pecunia præfinita mulctabit; iterum delinquenti duplicabit mulctam: tertio vero ſi deliquerit cancellarius illum gravius pro arbitrio ſuo coercebit. At vero ſi quis ſic offenderit baccalaureus artium primi aut ſecundi anni aut inferioris ordinis fuerit primo quinque ſolidis ſecundo decem ſolidis tertio vero pro cancellarii arbitrio gravius coercebitur. Harum omnium mulctarum triens unus procuratoribus alter præconibus tertius ærario publico dividatur: qui niſi ſtatim perſolvantur violator ordinis pignoribus captis coerceatur quæ ad eam ſummam perveniant: et poſt novendium ea diſtrahantur niſi interea temporis pro mulcta ſatisfaciat.

Unus ex procuratoribus ſemper diſputationibus philoſophicis magiſtrorum artium adſit quorum moderator eſſe debet. Si abfuerit tribus ſolidis et quatuor denariis mulctabitur quoties abfuerit. Procuratores in matriculatione præſentes et officium ſuum diligenter facientes ſingulis matriculationum diebus tres ſolidos et quatuor denarios ex ea pecunia matriculatoria accipient.

De oratore.

CAP. XLIV.

ORATOR academiæ niſi impetrata a cancellario venia non diſcedat et idoneum aliquem ad id tempus vicarium ſubſtituat: neque illi hac venia licebit plus tribus menſibus toto anno abeſſe ſub pœna muneris oratorii amittendi niſi veniam ab academia uberiorem habeat.

De concionibus.

CAP. XLV.

NULLUS concionator ſit vel aliquam concionem pro gradu ſuo habeat niſi ad minimum diaconus ſit. Octavo maii ad Henrici ſeptimi commendationem ſacra concio ſit quam regius in theologia

Digitized by Google

theologia profeſſor faciet. Pridie unius cujuſque termini concio latina hora nona antemeridiana in eccleſia beatæ Mariæ habeatur. Primo termino anni concionabitur regius profeſſor in theologia: ſecundo profeſſor dominæ Margaretæ: tertio concionator academiæ. Unoquoque die dominico de anno in annum conciones in academiæ templo fiant. Ordinem eundem collegiorum in concionibus conſervabunt quem in diſputationibus præſcripſimus incipiendo a ſenioribus qui concionatores ſunt in unaquaque combinatione et ſic progrediendo ad juniorem. Qui curſum ſuum concionando omiſerit viginti ſolidis mulctabitur.

Collegia pro ſingulis concionibus ſolvent bedellis quatuor denarios niſi quis pro gradu concionatur. Concionatores autem in concione ſua utentur caputio uſitato non-regentis ſub pœna ſex ſolidorum et octo denariorum quoties deliquerint.

Prohibemus ne quiſquam in concione aliqua in loco communi tractando in lectionibus publicis ſeu aliter publice infra univerſitatem noſtram quicquam doceat tractet vel defendat contra religionem ſeu ejuſdem aliquam partem in regno noſtro publica authoritate receptam et ſtabilitam aut contra aliquem ſtatum authoritatem dignitatem ſeu gradum vel eccleſiaſticum vel civilem hujus noſtri regni Angliæ vel Hiberniæ. Qui contra fecerit errorem et temeritatem ſuam cancellarii juſſu cum aſſenſu majoris partis præfectorum collegiorum revocabit et publice confitebitur. Quod ſi recuſaverit aut non humiliter eo modo quo illi præſcribitur perfecerit eadem authoritate a collegio ſuo perpetuo excludatur et univerſitate exulabit.

De veſtitu ſcholarium.

CAP. XLVI.

STATUIMUS ut nemo ad aliquem in univerſitate gradum evectus niſi toga talari caputioque ordini congruente aut ad minimum inſigni circa collum ſacerdotali indutus collegio exeat: contra delinquentes ſex ſolidi et octo denarii mulcta ſit. Et ſi quiſpiam diſputationi publicæ in ſua facultate publicis in eccleſia beatæ Mariæ precibus concioni ad clerum ſepulturis congregationibus ſine toga habitu et caputio gradui conveniente juxta antiquum academiæ

Digitized by Google

academiæ morem interfuerit eandem mulctam incurrat. Item ſtatuimus ut ſocii cujuſque collegii et graduati qui non ſunt ſocii dum moram traxerint in univerſitate ſuperiori pileo ſcholaſtico et quadrato (niſi ægrotaverint) utantur et non alio tam in collegio quam extra collegium ſub pœna prædicta. Prohibemus etiam ne quis ſcholarium cujuſcunque conditionis ſit galero utatur aut in collegio aliquo aut extra collegium (niſi ægrotaverit) ſub eadem pœna quoties deliquerit. Volumus etiam ne quiſquam ſtudiorum nomine in academia degens ultra unam virgam et dimidiatam panni in exteriori parte caligarum geſtare præſumat neve caligis feneſtratis conſciſſis ſerico contextis aliquo modo diſtentis aut ſuffarcinatis incedat ſub pœna ſex ſolidorum et octo denariorum quoties deliquerit. Præterea volumus ne quiſquam aliquo collegii ſtipendio ſuſtentatus aut ad aliquod beneficium eccleſiaſticum admiſſus camiſia rugato collari aut ad manus rugatis plicaturis ſub pœna prædicta utatur. Licebit tamen mediocri collari rugato uti modo nihil ex ſerico intexatur. Proviſo tamen ne ſuperiores de veſtitu ordinationes dominorum liberos aut militum hæredes aliquo modo aſtringant.

Socii diſcipuli et penſionarii ſingulis dominicis et feſtis diebus in chorum honeſto cum apparatu et ſuperpelliciis tecti veniant: graduati autem cum caputiis gradui convenientibus ſub pœna duodecim denariorum. Quod ſi quis a magiſtro collegii requiſitus chorum ingredi cum ſuperpellicio et caputio neglexerit vel recuſaverit tempore publicarum precum pro prima vice commeatu unius ſeptimanæ pro ſecunda duarum pro tertia menſis mulctabitur pro quarta collegio privabitur: neque ullum ſecum librum afferant qui non vel ſcripturæ pars ſit vel ad ſcientiam ſcripturæ pertineat.

De modeſtia et morum urbanitate.

CAP. XLVII.

MODESTIAM ſuo ordini convenientem omnes omnibus in locis colant præſertim in concionibus et congreſſibus publicis. Inferiores ordines ſuperioribus loco cedant et debita reverentia proſequantur. Hujus rei violatores ſi non fuerint adulti virga a ſuis coerceantur: ſin adulti primo aſpere verbis caſtigentur ſecundo

Digitized by Google

ſecundo hebdomadæ commeatu tertio menſtruo commeatu quarto e collegio ejiciantur.

Aleæ nullo tempore chartæ pictæ non niſi Chriſti nativitatis tempore id eſt duodecim diebus tantum poſt diem nativitatis idque moderate et idoneo tempore in aulis tantum uſurpentur ſub pœna expulſionis poſt ſecundam admonitionem.

Quotidianæ oppidi frequentationes ſeſſiones in oppido diurni aut nocturni temporis et pecuniæ inanes collationes minime uſurpentur. Nulla gladiatoria laniſtaria aut ſaltatoria ſchola nec domus aleatoria nec galli prælium aut urſorum vel taurorum pugna intra oppidum Cantabrigiæ ſit aut frequentetur ſub mulcta quadraginta ſolidorum ei imponenda qui hoc ſtatutum aut aliquam ejus partem violaverit.

Nullus ex ſcholaſticis nec ſcutis ludat vel otioſus eorum qui ludunt ſpectator adſtet vel galli prælio adſit aut luſui gladiatorio aut ſaltatorio aut urſorum vel taurorum pugnæ ſub pœna trium ſolidorum et quatuor denariorum quoties hac in re peccaverit.

Nemo in pupillari ſtatu degens niſi uni ejuſdem collegii ordinis et conditionis ſodali aſſociatus conceſſaque prius a tutore vel decano vel collegii præfecto venia in oppidum exeat. Si ſecus quis exierit mulctam arbitrio cancellarii vel præpoſiti collegii cujus eſt infligendam incurrat. Pauperes tamen ſcholares et ſizatores ex licentia tutorum dum in neceſſariis eorum negotiis verſantur ſoli exeuntes huic decreto minime aſtringantur. Statuimus etiam ut nemo cujuſcunque gradus aut ordinis fuerit (publicos privatoſque magiſtratus excipimus in executione officiorum ſuorum occupatos) forum frequentet vel diutius in aliqua oppidi platea moretur pœna duorum ſolidorum quoties quis deliquerit imponenda. Neque quiſquam ſcholaris cujuſcunque gradus aut ordinis fuerit in conventibus quos ſeſſiones vocant judice pro tribunali ſedente in ullum ſtatum ſe ingerat niſi prius petita a cancellario venia: qui ſecus fecerit viginti ſolidis puniatur. In nundinis ſturbrigienſibus vel iis quæ ad feſtum ſancti Johannis baptiſtæ tenentur deprehenſus infra gradum magiſtri in artibus (niſi ſpeciali licentia præfecti collegii

Digitized by Google

vel eo absente vices ejus gerentis se defendat) tres solidos et quatuor denarios nomine pœnæ pendat.

Inhibemus ne eorum quispiam qui in oppido tabernas aut cauponas aperiunt vel cibaria vendunt aliquem scholarem ad mensam comessationes compotationes lusum, moram noctu aut interdiu in suas popinas tabernas diversoria recipiant vel apud se latere patiantur: mulctam qui in hanc ordinationem offenderit incurret quadraginta solidorum in usus universitatis applicandorum pro prima et secunda vice: tertio autem sic ut præfertur recipiendo scholares delinquentes ultra prædictam pecuniarum mulctam ne popinas tabernas hospitia aut diversoria aperiant, neve esculenta vel poculenta imposterum vendant omnino interdicantur. Baccalaurei tamen legum medicinæ et musicæ artium magistri et superiores gradus pupilli etiam tutores comitantes vel ad parentes et amicos in oppidum tanquam hospites adventantes accersiti solummodo ad prandium et cœnam impune recipi possunt. Possunt etiam ejus ordinis scholares extra tempus prandii et cœnæ ex speciali licentia præfecti collegii similiter impune honesta diversoria intrare atque ibidem commorari. Statuimus etiam ne quisquam [illegible] in rebus mobilibus scholarium exerceat id est ne emat vilius quæ mox carius vendat nisi per cancellarium admissus (quam pauciss-mos autem admittat) et interventu fidejussorum obligatus sub pœna carceris et decem librarum in usum academiæ convertendarum. Quinetiam sic obligatus in cautione fidejussoria caveat de libro sive registro custodiendo eoque singulis anni quartis cancellario exhibendo in quo nomen venditoris vel traditoris collegii in quo degit res vendita vel pignoris loco tradita pretium emptionis et venditionis dies contractus contineatur. Porro librum eum sic exhibitum convocato ad se altero procuratorum cancellarius examinabit.

Qui famosum libellum sive domi sive foras ignarus reperierit aut corrumpat aut igni tradat antequam alter inveniat. Qui vero alteri fatetur inventum et vim illius declaraverit sciat se tanquam auctorem delicti puniendum et universitate expellatur.

De

De cauſis forenſibus.

CAP. XLVIII.

OMNES cauſæ et lites quæ ad univerſitatis notionem pertinent tam procancellarii quam commiſſarii judicio ſubjiciantur niſi procuratores vel taxatores academiæ aut eorum aliquis vel magiſter artium aut qui ſupra illum fuerit alter litigantium ſit: tunc enim procancellarii ſolius erit juriſdictio niſi in nundinis Sturbrigienſibus et iis quæ ad feſtum ſancti Johannis baptiſtæ apud Barnwell tenentur. Finem autem accipient infra triduum ſi fieri poteſt omni juris ſolennitate ſummota. A ſententia commiſſarii ad procancellarium appellabitur infra viginti quatuor horas poſt latam ſententiam. A procancellario autem ſive lis coram eo cœpta ſit ſive per appellationem ad eum devoluta ad univerſitatem provocatio fiet infra biduum a tempore latæ ſententiæ et non poſt ſuamque appellationem intimabit appellans alteri procuratorum infra triduum latæ ſententiæ. Ille vero ſtatim nomine academiæ judici a quo inhibebit ne quid pendente appellatione attentare vel innovare præſumat priùs tamen duobus ſolidis honorarii loco ab appellante acceptis nec non viginti ſolidis apud eum depoſitis appellanti reſtituendis ſi juſtam foviſſe cauſam probetur vel in uſum academiæ convertendis ſi temere appellaſſe convincatur aut ſi poſt datos judices a proſecutione ceſſaverit vel culpa ſua cognitio differatur. Cauſæ appellationum ad univerſitatem ultra decem dies ſi fieri poteſt poſt datos judices non protrahantur nec ſecunda provocatio omnino admittatur. Judices delegati tres ad minimum nec plures quam quinque pro qualitate cauſæ in omni appellatione dabuntur et ſententiæ majoris partis illorum ſtandum erit. Poteſtas autem nominandi judices ſit penes quinque illos viros qui pro capite illius anni conſtituti ſunt et duos procuratores. Et qui a majori parte iſtorum nominati fuerint ad regentes et non regentes deferantur ſuffragiis ſuis eligendi ſi placent eis alioqui mutatis quo vel altero alii eorum loco per dictos ſeptemviros ſurrogati proponentur eligendi. Et ſi hi quoque diſplicent ſimiliter tertio fiet. Quod ſi nec tertio loco poſiti eligantur licebit dictis ſeptemviris aut eorum majori parti pro illa vice tantum delegatos judices eligere et dare. Et ſi major pars ſeptemvirorum vel in nominandis judicibus vel in

Digitized by Google

eligendis illis (quando electio ad eos devolvitur) non conveniant tunc plures numero prævalebunt licet majorem partem vel æquam habita ratione totius numeri non efficiant.

De ſolutionibus faciendis ab his qui gradus ſuſcipiunt.

CAP. XLIX.

SOLUTIONES faciendæ academiæ cancellario procuratoribus et bedellis &c. ab iis qui gradus ſuſcipiunt in admiſſione ſua &c.

Magiſter grammatices præter id quod ſolvat magiſtro glomeriæ ſolvet pro communa xii^{d} pulſatori campanæ iiii^{d} regiſtro iiii^{d} bedellis in admiſſione xiii^{s} iiii^{d}

Summa xv^{s}.

Baccalaureus in artibus ſolvet in ſua admiſſione cancellario iiii^{d} præſentatori iiii^{d} procuratoribus viii^{d} pro communa xii^{d} pro mathematica lectura viii^{d} regiſtro ii^{d} in reſpondendo quæſtioni tria paria chirothecarum vel vi^{d} pro collectis xvi^{d} in admiſſione v^{s} iiii^{d} in die cinerum vi^{d} capellano academiæ xii^{d} pro compotatione iii^{s} iiii^{d}

Summa xv^{s} ii^{d}.

Baccalaureus incorporatus ſolvet tantundem.

Baccalaureus ſolvet bedellis pro introitu in libros poſteriorum v^{s} iiii^{d}

Summa v^{s} iiii^{d}.

Inceptor in artibus ſolvet cancellario ii^{s} præſentatori xii^{d} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} pro mathematica lectura iii^{s} pro commutatione iiii^{d} regiſtro iiii^{d} pulſatori iiii^{d} bedellis pro viſitatione v^{s} iiii^{d} pro prandiis et chirothecis iii^{s}

Summa xix^{s}.

Baccalaureus

Digitized by Google

Baccalaureus in muſica ſolvet cancellario 11^s præſentatori XII^d procuratoribus 11^s pro communa XX^d regiſtro IIII^d pulſatori XII^d bedellis pro collectis IIII^s VIII^d pro prandiis XVIII^d pro chirothecis XVIII^d pro introitu VI^s VIII^d pro viſitatione VI^s VIII^d

Summa XXX^s.

Baccalaureus in medicina et in jure civili ſolvent quemadmodum dictum eſt de baccalaureo in muſica.

Item admiſſus ad practicandum in chirurgia vel medicina gremialis ſive non cancellario ſolvet 11^s procuratoribus 11^s pro communa XX^d regiſtro IIII^d pulſatori IIII^d pro collectis VIII^s pro introitu VI^s VIII^d pro reſponſione VI^s VIII^d pro prandiis et chirothecis III^s pro viſitatione VI^s VIII^d

Summa XL^s.

Procurator in curia II^s IIII^d

Summa II^s IIII^d

Inceptor in muſica medicina vel jure civili cancellario II^s procuratoribus II^s pro communa XX^d regiſtro VIII^d pulſatori XII^d bedellis pro collectis II^s VIII^d pro duabus reſponſionibus XIII^s IIII^d pro introitu VI^s VIII^d pro prandiis et chirothecis III^s craſtino comitiorum XIII^s IIII^d pro calendario III^s IIII^d

Summa LI^s VIII^d.

Baccalaureus in theologia ſolvet cancellario II^s præſentatori XII^d regiſtro VI^d pro prima reſponſione VI^s VIII^d pro introitu et viſitatione VI^s VIII^d pro prandiis et chirothecis III^s

Summa XXI^s X^d.

Item ſolvet admiſſus ad opponendum procuratoribus II^s præſentatori XII^d

Summa III^s.

Inceptor

Inceptor in theologia ſolvet cancellario ii^{s} præſentatori xii^{d} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} regiſtro viii^{d} pro introitu bibliæ vi^{s} viii^{d} pro prandiis et chirothecis iii^{s} pro viſitatione xiii^{s} iiii^{d} pro calendario iii^{s} iiii^{d}

Summa xxxiii^{s} viii^{d}.

Quilibet prædicans pro forma ſeu ad clerum aut determinans quæſtiones dabit bedellis prandium vel duodecim denarios inter eos dividendos.

Incorporatus in aliqua facultate ſolvet prout de corporatis dictum eſt ſervata taxa ſuæ propriæ facultatis.

Quilibet admiſſus in aliqua facultate ſolvet procuratoribus et ſcrutatoribus pro gratia petenda juxta antiquum academiæ morem.

Omnes incipientes in aliqua facultate dabunt cancellario patri et procuratoribus pro creatione et diſputatione pro veteri more academiæ.

Admiſſi ad incipiendum in jure dabunt doctoribus ſuæ facultatis præſentibus in admiſſione juxta antiquum morem academiæ vi^{s} viii^{d}.

Omnes admiſſi in jure ſatisfacient ordinario profeſſori ejuſdem pro cathedra quam conduxit ab academia ſive ſint baccalaurei ſive inceptores.

Omnes quorum annuus reditus eſt ad valorem quadraginta marcarum præter ſtipendia quæ habent a collegiis ſuis aut ab academia ratione alicujus lecturæ ad gradum aliquem ſcholaſticum promovendi dabunt cancellario procuratoribus reliquiſque officiariis togas ſolito more academiæ aut cum his component rationabiliter.

Cujuſcunque facultatis doctores et reliqui ſoliti componere cum officiariis retinebunt ſolennem invitandi morem regentes pridie veſperiarum comitialium et dabunt bedellis ſolitam collectam.

Doctor

Digitized by Google

Doctor cathedræ juris civilis qui commoda percipit ab his qui gradibus juris civilis initiantur is academiæ viginti ſex ſolidos et octo denarios annis ſingulis perſolvat et conſueta ſtipendia bedellis.

Sizatores in matriculatione quatuor tantum denarios ſolvent cæteri omnes quemadmodum antea ſoliti ſunt.

Si terminum aliquem propter ſævitiam peſtis intermitti contingat nihilo tamen ſecius omnes illi quorum interfuiſſet munus aliquod literarium obire mercedem in terminis pendi ſolitam miniſtris academiæ ſolvere teneantur.

Stipendia

Digitized by Google

Stipendia ſolvenda annuatim bedellis ad quatuor anni terminos per academiam et reliqua collegia.

Academia ſolvet annuatim — — —	XII[l]	XVI[s]	VIII[d]
Collegium Regis — — — —	XX[s]		
Collegium Trinitatis — — —	XXVI[s]	VIII[d]	
Collegium Johannis — — — —	XIII[s]	IIII[d]	
Collegium Reginale — — —	VI[s]	VIII[d]	
Collegium Chriſti — — —	VI[s]	VIII[d]	
Aula Pembrochiæ — — — —	VI[s]		
Collegium Petri — — — —	V[s]	IIII[d]	
Aula Claræ — — — —	V[s]		
Aula Trinitatis — — — —	V[s]		
Collegium Corporis Chriſti — —	IIII[s]		
Collegium Gonvile et Caii — —	IIII[s]		
Collegium Jeſu — — — —	IIII[s]		
Collegium Magdalenæ — — —	II[s]		
Aula Catherinæ — — — —	II[s]		

De

Digitized by Google

De ordinationibus collegiis præſcriptis.

CAP. L.

PRIMO uniuſcujuſque termini die fractio panis et ſacroſancta communio celebretur in ſingulis collegiis necnon preces ad Deum generales atque brevis exhortatio ad ſcholaſticos a magiſtro collegii vel ejus vicario fiat ut ſe ſtudiis literarum et pietati dedant et a Deo fonte atque authore omnis pietatis cognitionis et ſcientiæ atque adeo bonarum rerum omnium auxilium et ſuppetias ad ſuos labores impetrent.

Singuli collegiorum præfecti bis quotannis omnes ſcholaſticos ſuos ad aliquod ſtudium ſacris literis adhibendum ſed in primis ut dominicos feſtoſque dies prece lectioneque earum ſanctificent exhortabuntur.

Singulis profeſtis diebus conveniant omnes ſocii et ſcholares ad horam quintam antemeridianam et ibi preces matutinas reverenter et religioſe celebrent.

Poſt communes in aurora ad horam quintam preces locus communis in collegio Regis Trinitatis et Johannis ter tractabitur et in cæteris collegiis idem locus communis bis ad minimum in hebdomada eadem hora tractabitur.

Singuli collegiorum ſocii et penſionarii qui ſupra gradum baccalaureatus artium et infra doctoratus gradum in aliqua facultate fuerint locum communem ſuo ordine per hebdomadas tractabunt a ſenioribus incipiendo atque ita ad infimos progrediendo: quod qui in curſu ſuo non fecerint menſtruo commeatu ſuo mulctentur.

Socii diſcipuli penſionarii et ſcholaſtici ſinguli qui nondum quadrageſimum annum attigerint neque ad doctoratus gradum aſpirarunt neque præfecti collegiorum ſunt matutinis hora quinta precibus et loco communi intererunt ſub pœna ea quæ in ſtatutis adverſus eos conſtituta eſt qui divino ſervitio (ut vocant) non interſint.

Digitized by Google

sint. In quibus collegiis nulla pœna constituta est absentes pro singulis absentiis singuli duobus denariis mulctentur.

Singulæ absentiæ et tarditates a vesperis matutinis et synaxi communi parliamenti consensu constituta cæterisque communibus precationibus quatuor denariis mulctentur.

A prima die termini usque ad extremam collegia singula problemata singulis diebus veneris et cætera etiam problemata per statuta illis aliis diebus assignata sine ulla exceptione eisdem diebus hebdomadatim observent: quod si non fecerint qui respondere deberent singuli quorum interest id efficere sex solidis et octo denariis opponentes vero singuli tribus solidis et quatuor denariis mulctentur.

Problemata theologica observentur tam per baccalaureos theologiæ quoscunque quam per magistros artium et decanus constituatur qui moderator sit et quæstiones determinet et mercedem certam a collegio ad id propositam habeat.

Pensionarii qui in sociorum commeatu sunt problemata locos communes cæteraque exercitationes scholasticas quemadmodum et socii observent sub pœna menstrui commeatus.

Magistri artium post primum ad minimum regentiæ suæ annum domi suæ in theologia disputent et respondeant.

Magistri collegiorum ab omnibus scholasticis exercitationibus tam publicis quam domesticis liberentur nisi quæ pro gradu suscipiendo fuerint constitutæ.

Singuli suo ordine concionabuntur respondebunt disputabunt cæteraque exercitationes ipsi per se sua in persona habebunt tam domi in suis collegiis quam publice in academia sub pœna decem solidorum quoties deliquerint nisi justa causa inciderit per magistrum illius collegii cujus sunt et majorem partem sociorum approbanda: cæteras tamen exercitationes quæ necessarie ad gradum requiruntur ipsi per se præstabunt.

Singuli

Digitized by Google

Singuli qui in ullo collegio ad studium theologiæ juris et medicinæ traducti sunt ordine suo in theologia jure et medicina disputare teneantur.

In singulis collegiis lectores aut alii ad id assignati lectiones domesticas examinent atque etiam (si commode fieri poterit) publicas sub pœna duodecim denariorum quoties deliquerint.

Tutores diligenter pupillos suos doceant conveniunter corrigant nec permittant illos solute in oppido vagari.

Lectiones domesticæ ita instituantur ut nullum impedimentum publicis professorum lectionibus adferant.

Singuli collegiorum præfecti curabunt ut in ædibus suis singuli scriptores scholastici sua propria et prima lingua legantur et cognoscantur.

Nemo scholaris in ullum collegium admittatur nisi quartumdecimum annum adimpleverit nec quisquam ad ullum collegium assumatur nisi instructus et præparatus fuerit ad dialecticam discendam.

In singulis collegiis magister decanus et lector publicus singulos in collegium admittendos ante primum illorum ingressum examinent utrum perfecte teneant grammaticam necne ut nulli in hujusmodi loca admittantur qui non in ea satis ad mathematicam et dialecticam discendam profecerint.

Nemo grammaticam ullo in collegio doceat nisi in collegio Trinitatis et regio quoad choristas.

Cæremoniæ saliendi recentes scholasticos prorsus aboleantur propter multas incommoditates quæ ex illis consequuntur : modicæ tamen impensæ possunt in conviviis retineri.

Nemo in aliquod collegium theologorum admittatur socius nisi sit actualis baccalaureus artium.

Digitized by Google

Quicunque alterum parentum Anglum habent licet in locis tranſmarinis nati fuerint ſumantur tanquam nati in illo comitatu in quo parens Anglus procreatus fuit. Quod ſi uterque parens Anglus extiterit ex illo comitatu eſſe cenſeantur ex quo patrem illorum fuiſſe conſtiterit.

Nemo conſenſu magiſtri et majoris partis ſociorum aut ſeniorum ab aliquo collegio expulſus in aliud collegium recipiatur ſub pœna quadraginta ſolidorum infligenda tutori a quo fuerit receptus et tantundem præpoſito per quem fuerit in illud collegium admiſſus aut in eodem manere permiſſus. Mulcta illa æqualiter dividetur inter collegium illud unde fuerat expulſus et academiam.

Singulorum collegiorum præſides qui habiles ſunt et libenter ad concionandum accedunt ſacerdotium ad quadraginta marcarum valorem annuum habere poſſunt et ad trium annorum ſpatium ſodalitium ſuum retinere modo ſingulis annis concionem unam in collegio ſuo et alteram in academia habeant.

In ſociorum et diſcipulorum electionibus pauperum filii apti et ingenioſi divitum et potentiorum filiis præferantur.

Jentaculorum et prandiorum conſueti in diſputationum tempore ſumptus per magiſtrum et majorem ſociorum partem leventur et minuantur.

In omnibus et ſingulis electionibus tam ſociorum diſcipulorum ſcholarium officiariorum lectorum reliquorumque membrorum cujuſque collegii quam in omnibus et ſingulis locationibus et conceſſionibus quibuſcunque neceſſario requirendus eſt magiſtri ſive præpoſiti illius collegii aſſenſus et conſenſus: et quod bene licebit magiſtris ſive præpoſitis collegiorum in ſuis collegiis ſi quando illis neceſſarium videbitur omnes illas pœnas exercere in delinquentes quas aliquis officiariorum illius collegii per ſtatuta ejuſdem collegii imponere poſſit.

Si quiſquam collegio vel domo ſua abfuerit ex quacunque cauſa non licebit illi vocem et ſuffragium ſuum aliis committere in ullo genere electionis.

Lectores

Digitized by Google

Lectores et cæteri ejusdem collegii si simul rure tempore pestis sint et lectiones cæteraque exercitationes consuetas quemadmodum si domi essent habeant omnes commoditates et fructus percipiant quos haberent si domi essent.

Nullus seneschallus bursarius aut hujusmodi aliquis administer plus pecuniæ præ manibus habeat quam ad unius mensis provisionem satis pro illo collegio sit.

Socios collegiorum maritos esse non permittimus sed statim postquam quis uxorem duxerit socius collegii desinat esse: ordinem tamen gradus sui in academia tenere potest.

Januæ et portæ per singula collegia una eademque hora vesperi observentur hieme viz. hora octava æstate hora nona. Hyemem hoc loco interpretamur a festo sancti Michaelis ad festum annunciationis beatæ Mariæ æstatem quod reliquum est anni. Claves vero portarum singulis noctibus ad cubiculum magistri uniuscujusque collegii aut eo absente præsidis deferantur.

Omnes concessiones quæ communi sigillo sive academiæ sive ullius collegii obsignantur in registro prius scribantur et ante obsignationem cum registro conferantur.

Nullus in festo nativitatis sit Dominus ludorum quocunque nomine censeatur absque consensu cancellarii et collegiorum præfectorum.

Convivia antiquis exequiis adjuncta abrogata sunto et loco illorum moderatæ epulæ commendationum diebus magistri et sociorum judicio instruantur omnisque eleemosyna quæ antehac distribui post exequias solebat hoc tempore pauperibus dividatur. Et cætera convivia quorumcunque temporum judicio magistrorum et sociorum legitimam moderationem accipiant reservato tamen bedellis jure suo veteri pecuniario.

In singulis collegiis primo die post cujusque termini finem totum collegium in sacellum conveniat et post quadragesimum quartum caput ecclesiastici lectum aliquis a magistro assignatus concionabitur:

Digitized by Google

bitur: ubi fundatoris cæterorumque insignium virorum quorum in eo collegio benefacta late patent præclara commendatio erit et quanta gloria Deus afficiendus sit demonstrabitur qui per hos benefactores ingentia in illos beneficia contulerit et societatem illam hortabitur ut eisdem ad Dei gloriam et eruditionis amplificationem et honestum fundatoris institutum utantur: et Deum precentur ut ita viventium corda suæ benignitatis gratia affundat ut ad Dei gloriam illustrandam et christianam religionem adaugendam opes et facultates suas similiter conferant. Post concionem peroratam cantabunt Anglice *Te Deum: Laudate Dominum in cælis: Cantate: Laudate Dominum in Sanctis.* Ad finem psalmorum *Gloria Patri et Filio &c.* Et post finem psalmorum dicent

The memory of the righteous shall remain for evermore.

Respon. And shall not be afraid of any evil report.

The Lord be with you.

And with thy spirit.

Let us pray.

O Lord we glorify thee in these thy servants our benefactors departed out of this present life beseeching thee that as they for their time bestowed charitably for our comfort the temporal things which thou didst give them so we for our time may fruitfully use the same to the setting forth of thy holy word thy laud and praise and finally that both they and we may reign with thee in glory through Jesus Christ our Lord. Amen.

Concionatori huic certa merces per magistrum et socios cujuslibet collegii constituatur.

In omnibus his statutis ubi nulla expressa pœna violatoribus imponitur liceat cancellario cum consensu præfectorum collegiorum certam pœnam assignare atque imponere eorum violatoribus atque ita legitima sit ac si in prædictis statutis posita fuisset. In singulis autem collegiis ubi nulla expressa pœna levius delinquentibus imponitur ibi judicio magistri illius collegii seu vices ejus gerentis puniantur.

Mulctæ

Digitized by Google

Mulctæ in his ſtatutis præſcriptæ niſi aliter eiſdem ſtatutis cautum ſit in tres partes dividantur quarum una in academiæ altera in procuratorum tertia in præconum uſus convertatur.

Mulctæ imponendæ modus hic ſit. Magiſter collegii aut eo abſente præſes aut qui primarius illis abſentibus eſt de præconum querela præcipiet theſaurariis collegii aut illis quibus pecunia illius collegii commiſſa eſt ut hanc mulctam alicui ex præconibus ſine ulla dilatione ſolvant idque virtute jurisjurandi quod academiæ et collegio ſuo obtulerunt eandemque pecuniam ſibi iterum ex ſtipendio eo theſaurarius aut ejus adminiſter perſolvat quod reus a collegio recipere debeat.

Statuta omnia compoſitiones et conſuetudines quæ ſcripturis ſacris inſtitutis noſtris aut iſtis ſtatutis adverſari videbuntur abrogata et reſciſſa ſunto reliquis ſuo robore permanſuris.

Si quid dubii vel ambigui in iſtis ſtatutis et ſanctionibus noſtris oriatur id per cancellarium et majorem partem præfectorum collegiorum explicabitur et determinabitur: quorum determinationi et interpretationi reliquos omnes cedere volumus.

Statutorum horum exempla quatuor ſint unum in communi ærario repoſitum alterum apud cancellarium duo procuratores habeant.

Gulielm. Cecilius.

LITERÆ

Digitized by Google

Digitized by Google

LITERÆ REGIÆ

AD

ACADEMIAM DATÆ.

Digitized by Google

LITERÆ REGIÆ

AD

ACADEMIAM DATÆ.

9 Aug. 3 Eliz. *That no head or member of any college being married ſhall keep his wife or family within the precinct of the ſame college.*

To our truſty and right well-beloved counſellor Sir WILLIAM CECYLL knight our principal ſecretary maſter of our court of wards and liveries and chancellor of our univerſity of Cambridge.

TRUSTY and right well beloved we greet you well. We ſend you herewith an injunction thought very neceſſary by us to be obſerved in all cathedral and collegiate churches for avoiding of ſuch offence as daily is conceived by the frequent families of women and children within colleges contrary to the ancient and comely order of the ſame. And for due notification hereof we will and command you to ſend the tranſcript hereof with your letters to every college hall or ſuch like common place ordained for ſtudy commanding the chief head and company in our name and by our authority to publiſh and fix this our injunction in ſome notorious place within any of the ſame houſes and to ſee to the due obſervation thereof as they will anſwer to their peril.

Given under our ſignet at our town of Ipſwich the ninth day of auguſt in the third year of our reign.

By

Digitized by Google

By the QUEEN.

THE Queens Majeſty conſidering how the palaces and houſes as well of cathedral churches as of colleges of this realm have been both of ancient and late time builded and incloſed in ſeveralty to ſuſtain and keep ſocieties of learned men profeſſing ſtudy and prayer for the edification of the church of God and ſo conſequently to ſerve the common weale and underſtanding of late that within certain of the ſame houſes as well the chief governors as the prebendaries ſtudents and members thereof being married do keep particular houſholds with their wives children and nurſes whereof no ſmall offence groweth to the intent of the founders and to the quiet and orderly profeſſion of ſtudy and learning within the ſame her majeſty therefore hath thought meet to provide remedy herein (leſt by ſufferance thereof the reſt of the colleges ſpecially ſuch as be ſo repleniſhed with young ſtudents as the very rooms and buildings be not anſwerable for ſuch families of women and young children ſhould follow the like example) and therefore expreſſly willeth and commandeth that no manner of perſon being either the head or member of any college or cathedral church within this realm ſhall from the time of the notification hereof in the ſame college have or be permitted to have within the precinct of any ſuch college his wife or other woman to abide and dwell in the ſame or to frequent and haunt any lodging within the ſame college upon pain that whoſoever ſhall do the contrary ſhall forfeit all eccleſiaſtical promotions in any cathedral or collegiate church or college within this realm. And for continuance of this order her majeſty willeth that the tranſcript hereof ſhall be reputed as parcel of the ſtatutes of the ſame and ſo obſerved.

Given under our ſignet at our town of Ipſwich the ninth day of auguſt in the third year of our reign.

Habetur in archivis univerſitatis Cantebrigg.

See Hares Collect. vol. 3. fol. 131.

Digitized by Google

23 Jul. 2 Ja. I. JAMES by the grace of God king of England Scotland France and Ireland defender of the faith &c.

To our chancellor and vice-chancellor of our univerſity of Cambridge in the county of Cambridge and to all and ſingular our juſtices of peace mayors ſheriffs bailiffs conſtables goalers and all other our miniſters and officers within the ſaid univerſity and the town of Cambridge and county aforeſaid and to every of them greeting

FOR the better maintenance ſafety and quietneſs of that our ſaid univerſity and all and every the ſtudents there and to remove take away and prevent all occaſions that may tend either to the infecting of their bodies or minds or to the withdrawing or alienating the younger ſort from the courſes of their ſtudies there intended we do by theſe preſents authoriſe will and command you our ſaid chancellor and vice-chancellor of our ſaid univerſity and either of you and your ſucceſſors and the deputy or deputies of either of you and your ſucceſſors that you do from time to time for ever hereafter by virtue hereof wholly and altogether reſtrain inhibit and forbid as well all and all manner of unprofitable or idle games plays or exerciſes to be uſed or made within our ſaid univerſity and the town there and within five miles compaſs of and from the ſaid univerſity and town eſpecially bull-baiting bear-baiting common plays publick ſhews interludes comedies and tragedies in the Engliſh tongue games at loggets nine-holes and all other ſports and games whereby throngs concourſe or multitudes are drawn together or whereby the younger ſort are or may be drawn or provoked to vain expence loſs of time or corruption of manners as alſo all and all manner of perſons that ſhall go about to publiſh act ſet out or make any ſuch unprofitable or idle games publick plays or exerciſes within the ſaid univerſity or town or within five miles compaſs of or from our ſaid univerſity or town any indulgence privilege liberty or authority by us granted or to be granted to any our officers or ſervants or any other perſon or perſons whomſoever to the contrary in any wiſe notwithſtanding.

Provided

Digitized by Google

Provided that it is not our pleaſure and meaning hereby to abridge the ſtudents of their accuſtomed exerciſes in any kind whatſoever within their ſeveral colleges.

And if any perſon or perſons under colour pretence or virtue of any licence or authority by us or any other whomſoever granted or to be granted or by any other means colour or pretence ſhall reſiſt or refuſe peaceably to obey your commands herein then our will and pleaſure is and we do hereby authoriſe you our ſaid chancellor and vice-chancellor of our ſaid univerſity and either of you and your ſucceſſors and deputy or deputies of you and either of you and your ſucceſſors from time to time to apprehend all and every ſuch offenders and them to commit to priſon either in the caſtle of Cambridge or any other goal within the town of Cambridge there to remain without bail or mainprize untill they ſhall willingly ſubmit themſelves to your ſaid commands and abide ſuch further order therein as to you in your diſcretions ſhall be thought meet: willing and by theſe preſents commanding all you our ſaid juſtices of peace mayors ſheriffs bailiffs conſtables and goalers and all other our ſaid miniſters and officers that upon intimation and ſhew of this our will and command herein you and every of you being required thereto ſhall be aiding and aſſiſting to our ſaid chancellor and vice-chancellor of our ſaid univerſity and their ſucceſſors and their and either of their deputy or deputies from time to time in the due execution of the premiſſes according to the purport and true intent hereof as you will anſwer to the contrary at your peril.

Given under our ſignet at our palace of Weſtminſter the three and twentieth day of july in the ſecond year of our reign of England France and Ireland and of Scotland the ſeven and thirtieth.

MS. Orig. in Archiv. Acad. 14—73.
Lib. Procan. p. 41. Tabors Book p. 714.

To

Digitized by Google

23 Jul. 2 Ja. I. JAMES by the grace of God king of England Scotland France and Ireland defender of the faith &c.

To our chancellor and vice-chancellor of our univerſity of Cambridge in the county of Cambridge and to all and ſingular our juſtices of peace mayors ſheriffs bailiffs conſtables goalers and all other our miniſters and officers within the ſaid univerſity and the town of Cambridge and county aforeſaid and to every of them greeting

FOR the better maintenance ſafety and quietneſs of that our ſaid univerſity and all and every the ſtudents there and to remove take away and prevent all occaſions that may tend either to the infecting of their bodies or minds or to the withdrawing or alienating the younger ſort from the courſes of their ſtudies there intended we do by theſe preſents authoriſe will and command you our ſaid chancellor and vice-chancellor of our ſaid univerſity and either of you and your ſucceſſors and the deputy or deputies of either of you and your ſucceſſors that you do from time to time for ever hereafter by virtue hereof wholly and altogether reſtrain inhibit and forbid as well all and all manner of unprofitable or idle games plays or exerciſes to be uſed or made within our ſaid univerſity and the town there and within five miles compaſs of and from the ſaid univerſity and town eſpecially bull-baiting bear-baiting common plays publick ſhews interludes comedies and tragedies in the Engliſh tongue games at loggets nine-holes and all other ſports and games whereby throngs concourſe or multitudes are drawn together or whereby the younger ſort are or may be drawn or provoked to vain expence loſs of time or corruption of manners as alſo all and all manner of perſons that ſhall go about to publiſh act ſet out or make any ſuch unprofitable or idle games publick plays or exerciſes within the ſaid univerſity or town or within five miles compaſs of or from our ſaid univerſity or town any indulgence privilege liberty or authority by us granted or to be granted to any our officers or ſervants or any other perſon or perſons whomſoever to the contrary in any wiſe notwithſtanding.

Provided

Digitized by Google

Provided that it is not our pleaſure and meaning hereby to abridge the ſtudents of their accuſtomed exerciſes in any kind whatſoever within their ſeveral colleges.

And if any perſon or perſons under colour pretence or virtue of any licence or authority by us or any other whomſoever granted or to be granted or by any other means colour or pretence ſhall reſiſt or refuſe peaceably to obey your commands herein then our will and pleaſure is and we do hereby authoriſe you our ſaid chancellor and vice-chancellor of our ſaid univerſity and either of you and your ſucceſſors and deputy or deputies of you and either of you and your ſucceſſors from time to time to apprehend all and every ſuch offenders and them to commit to priſon either in the caſtle of Cambridge or any other goal within the town of Cambridge there to remain without bail or mainprize untill they ſhall willingly ſubmit themſelves to your ſaid commands and abide ſuch further order therein as to you in your diſcretions ſhall be thought meet: willing and by theſe preſents commanding all you our ſaid juſtices of peace mayors ſheriffs bailiffs conſtables and goalers and all other our ſaid miniſters and officers that upon intimation and ſhew of this our will and command herein you and every of you being required thereto ſhall be aiding and aſſiſting to our ſaid chancellor and vice-chancellor of our ſaid univerſity and their ſucceſſors and their and either of their deputy or deputies from time to time in the due execution of the premiſſes according to the purport and true intent hereof as you will anſwer to the contrary at your peril.

Given under our ſignet at our palace of Weſtminſter the three and twentieth day of july in the ſecond year of our reign of England France and Ireland and of Scotland the ſeven and thirtieth.

MS. Orig. in Archiv. Acad. 14—73.
Lib. Procan. p. 41. Tabors Book p. 714.

To

Digitized by Google

14 Feb. 3 Ja. 1. To our right truſty and right well-beloved chancellor the lord ELSEMERE our chancellor of England.

Right truſty and right well-beloved councellor we greet you well.

WE are informed that of late years contrary to all former uſage and example it hath happened that the mayor of the town of Cambridge hath been placed in the commiſſion of the peace before the vice-chancellor; whereas till about the thirty third year of the late queen our ſiſter there was never queſtion made of the vice-chancellors place to be before the mayor as in our univerſity of Oxford it ever hath been and now is and as we hold it meet for the dignity of the univerſity it ſhould be. Wherefore we require you to take order that from henceforth in all commiſſions for the peace or otherwiſe where publick ſhew of degrees is to be made the vice-chancellor of our univerſity of Cambridge for the time being be named and placed before the mayor as in our other univerſity of Oxford is uſed and of ancient time in Cambridge was accuſtomed. And theſe our letters ſhall be your ſufficient warrant and diſcharge in this behalf.

Given under our ſignet at our palace at Weſtminſter the xiiii^th^ day of february in the third year of our reign of England France and Ireland and of Scotland the xxxix^th^.

I do ſet down this judgment as earl marſhall of England and judge by my office of all places and precedencies that the vice-chancellor of Cambridge is to be in commiſſion before the mayor.

ESSEX.

Vide Codicem. MS. literarum Orig. in Archiv. Acad. fol. 157.

JAMES

Digitized by Google

JAMES R.

30 Jan. 11 Ja. I.

Truſty and well-beloved we greet you well.

UPON ſignification to you not long ſince of our diſlike of the degree of a doctor of phyſick granted in that our univerſity of Cambridge without ſubſcription to the three articles mentioned in the ſix and thirtieth canon of the book of eccleſiaſtical conſtitutions and canons made and publiſhed in the years of our Lord God one thouſand ſix hundred and three and one thouſand ſix hundred and four and in the firſt and ſecond years of our reign of this our realm of England to Mr. Burgeſſe who upon a humour or ſpirit of faction or ſchiſm apoſtating from his orders and miniſtry hath betaken himſelf to the profeſſion of phyſick underſtanding by your private anſwer at that time made unto our challenge to you for the ſame that there was no eſtabliſhed decree or ordinance in that our univerſity for the denial of degrees to ſuch as ſhould refuſe to ſubſcribe as aforeſaid and duly conſidering with ourſelves to how little effect our care and endeavour of preſerving as well uniformity in order as unity of truth in this our church will tend if we ſhould not carefully provide for the deriving of both out of the nurſeries and fountains of our church and commonwealth (our univerſities) we have thought good by theſe our letters to ſignify unto you both our apprehenſion of the neceſſity of the eſtabliſhing of ſuch an ordinance or decree and alſo our pleaſure for the performance thereof preſently in that our univerſity of Cambridge to wit that by a publick ordinance and decree of the body of that our univerſity paſſed by a grace with you it may be decreed and ordained that from henceforth no man ſhall have granted unto him the degree either of bachelor in divinity or of doctor in any faculty divinity law or phyſick unleſs he ſhall firſt and before the propounding of his ſaid grace to the body of the univerſity in the preſence of the vice-chancellor or his deputy for the time being ſubſcribe to the aforeſaid three articles contained in the aforeſaid ſix and thirtieth canon in ſuch manner and form as in the ſaid canon is expreſſed and required. Hereof we thought it the more neceſſary to admoniſh you and hereunto require you by theſe our letters partly for that in the foreſaid ſix and thirtieth canon the neglect

Digitized by Google

neglect of the doing thereof in either of our universities is provisionally left to our censure and partly for that we understand our university of Oxford hath long since made a publick ordinance and constitution in this behalf in so much that they grant not so much as the degree of a bachelor of arts without subscription first had: whereas with you there hath not hitherto so much care been had in that our university of Cambridge as to require this subscription of such as receive the degrees of bachelors or doctors in divinity with you.

Our pleasure therefore is that you publish these our letters to the body of the university at the next congregation that shall be had there with you after the receipt of these our letters: which being done either at the same congregation or at the next that shall ensue it we require you to propound and endeavour to pass a grace to the effect aforesaid and in due time to certify us of your performing hereof and the effect of the same.

Given under our signet at our palace of Westminster the thirtieth day of june in the eleventh year of our reign of England France and Ireland and of Scotland the six and fortieth.

Cod. MS. in Archiv. Acad. fol. 354.

Quart. calend. mart. 1616.

JACOBUS Dei gratia magnæ Britanniæ Franciæ et Hiberniæ rex fidei defensor &c. academiæ Cantabrigiensi communi salutem.

SI jus civitatis impetret a nobis Cantabrigia veremini ne æmulæ urbis potentia crescente minuatur academiæ securitas. Sat erat apud nos metus vestri indicium feciſſe. Nec enim tam vobis convenit academiæ periculum deprecari quam nobis sponte nostra quicquid in speciem illi noxium sit avertere. Glorietur urbs illa se a majoribus nostris olim electam doctrinarum sedem ingeniorum officinam sapientiæ palæstram: quicquid his titulis addi potest minus est. Non honestatur plebeia civitatis appellatione musarum domicilium. Vel sane literatorum dicatur civitas vel quod in villæ nomine vile est incolarum tegatur celebritate. Hæc ejus sint privilegia dignitatem academiæ comiter observare cujus frequentia facta

Ad antiquam academiæ modeſtiam et gravitatem reſtaurandam et in poſterum retinendam dominus procancellarius et præpoſiti collegiorum quorum nomina ſubſcribuntur ſic prædictum ſtatutum

Digitized by Google

tum interpretantur et interpretando decernunt ut prævaricatores tripodes aliique omnes diſputantes veterem academiæ formam et conſuetudinem in publicis diſputationibus obſervent ut ab hoc ridiculo morionum uſu et impudentia prorſus abſtineant neque leges ſtatuta vel ordinationes academiæ neque facultatum linguarum aut artium profeſſiones neque magiſtratus profeſſores aut graduatos cujuſcunque tituli aut nominis ſalutationibus mimicis geſticulationibus ridiculis jocis ſcurrilibus dicteriis malitioſis perſtringere aut illudere præſumant. Quod ſi quis decretum hoc violaverit ipſo facto per dominum procancellarium ab omni gradu ſuſcepto ſuſpendatur aut incarceretur. Et ſi indignitas facti majorem pœnam merito poſtulaverit per dominum procancellarium una cum aſſenſu majoris partis præpoſitorum collegiorum ab univerſitate expellatur in æternum.

Johannes Goſtlin procan.

Samuel Ward.	Rogerus Andrews.
Samuel Collins.	Leonardus Mawe.
Jo. Manſel.	Oen Gwyn.
Johannes Preſton.	Henricus Smith.
Tho. Eden.	Tho. Bainbrigg.
Samuel Walſal.	Math. Wrenn.

Lib. Procan. p. 73.
Tabors Book p. 445.

REPETITIS hoc anno per dominum procancellarium diſputationibus juriſconſultorum et medicorum quæ per multos retro annos interciderant dubia aliquot ad nos e 28° et 29° capite ſtatutorum adferuntur quæ explicationem determinationemque noſtram poſtulant. Jun. 8. 1629.

Nos igitur collegiorum præfecti qui ſubſcripſimus penſitatis circumſtantiarum omnium momentis mentemque et verba ſtatuti *De theologorum diſputationibus* cap. 26 quam maxime ſecuti ad ambiguorum

Digitized by Google

biguorum horum interpretationem et determinationem ſic procedimus.

Primo ambigitur de die.

Diem autem diſputationibus iſtis in unoquoque termino per ſtatuta aſſignatum numerandum eſſe decernimus a primo die jovis in initio cujuſque termini atque ita procedendum eſſe per ſingulos dies jovis (ſive feſti dies ſint ſive non ſive vacatio interea propter exequias alicujus gremialis incidat) uſque ad ſextum in quo juriſconſultorum diſputatio et dein ad nonum in quo medicorum habenda eſt. Ita tamen ut ſi fortean vel ſextus vel nonus ille dies vel in diem feſtum aut in vacationem propter exequias incidat tum diſputatio differetur ad diem jovis in proxima hebdomada ſubſequentem. Quod ſi in aliquo termino poſt diſputationem ſic habitam vel de jure habendam alter ſextus dies jovis recurrat tum (obſervata hujus interpretamenti ratione) habendam eſſe et alteram juriſconſultorum diſputationem decernimus.

Secundo ambigitur de homine.

Cæterum ſi quiſpiam ex iis qui vel juri civili vel medicinæ dant operam defecerit aliquando et reſpondere neglexerit ſecundum ordinem ſenioritatis ſuæ ſed alterum interea qui pro forma locum petit ſurrogatum habuerit ipſum illa vice mulctandum non eſſe judicamus. Verum ſive ſurrogatum aliquem habeat ſive non habeat atque exinde mulctetur ea vice diſputationem tamen proxime ſubſequentem ad ipſum (toties quoties) pertinere decernimus uſque dum in propria perſona eandem præſtiterit.

Matthæus Wrenn vice-can.

Oen Gwyn.	Sa. Collins.,
Tho. Bainbrigg.	Hieronymus Beale.
Tho. Paſke.	Joh. Manſell.
Henricus Butts.	Gulielmus Sandcroft.
Samuel Ward.	

Lib. grat. Z. p. 170.
Lib. procan. p. 74.

WHEREAS

Digitized by Google

WHEREAS of late ſome doubts have been made out of theſe words in the 43ᵈ chapter of the univerſity ſtatutes viz. *et providebunt ut omnes qui præſto eſſe tenentur adſint nec ſine legitima et approbata cauſa et venia impetrata diſcedant eoſque qui contra faciunt primo tempore 4ᵈ ſecundo 12ᵈ tertio 20ᵈ quarto graviori pœna mulctabunt &c.* whether all junior and ſenior ſophiſters of the ſeveral colleges be bound to be preſent and attend at the maſters of arts diſſes in the philoſophy ſchools under the pains and penalties in the ſaid ſtatute preſcribed Jan. 31. 1630.

We whoſe names are underwritten after mature deliberation and peruſal of the ſaid words and of theſe words cap. 6 *Primus annus rhetoricam docebit ſecundus et tertius dialecticam quartus adjungat philoſophiam et artium iſtarum domi foriſque pro ratione temporis quiſque ſit auditor &c.* do order decree declare and interpret that thoſe ſophiſters only which are of the fourth year and are not admitted quæſtioniſts ſhall be bound to attend at the ſaid maſters of arts diſſes and liable to the penalties in the ſaid ſtatutes mentioned for abſence from the ſame and that the proctors or their deputies where in the univerſity ſtatutes any mulct or penalty is ſpecified ſhall not at any time hereafter uſe or exerciſe any ſuſpenſion either againſt ſophiſter or bachelor of arts for any abſence from lectures or diſſes but only demand execution of the mulcts in the ſtatutes mentioned.

Henr. Butts procan.

Samuel Ward.	Willm. Sandcroft.
Tho. Paſke.	Sa. Brooke.
Tho. Bachcrofts.	Tho. Bainbrigg.
Sa. Collins.	Hen. Smyth.
Jo. Manſell.	

MS. Orig. 12—171. in Archiv. Acad.

Digitized by Google

Oct. 9. 1663. *Interpretatio ſtatuti de electione taxatorum.*

CUM in interpretatione ſtatuti *De electione lectorum et reliquorum officiariorum* (facta Septemb. 18 1582) cautum ſit ut poſt vacationem nominationis ad aliquod officium, vel munus in academia gerendum nominatio ejus ad præfectos collegiorum ſpectet ut illi punctis ſuis duos univerſitati proponant

Nos procancellarius et major pars præfectorum collegiorum idem ſtatutum ulterius interpretamur ut non tantum poſt vacationem nominationis ſed etiam poſt omiſſionem nominationis nominatio ad præfectos ſpectet ut illi punctis ſuis duos univerſitati proponant.

Edv. Rainbowe procan.

Ja. Fleetwood.	Petr. Gunning.
Rich. Minſhull.	Franciſcus Wilford.
Anth. Sparrow.	Ra. Cudworth.
Mark Franck.	Theoph. Diſſingham.
Edm. Boldero.	Jo. Pearſon.

Lib. procan. p. 35.

Nov. 1. 1669. CUM in ſtatutis regiis capite 40 contineatur *nominationes et electiones lectorum bedellorum &c. de quibus aliter a nobis non eſt proviſum ſequentur modum et formam in electione procancellarii præſcriptum* et jam in dubium revocetur primo an per bedellorum nomen intelligantur præcones armigeri ſecundo an non aliter de iis præconibus armigeris proviſum fuerit quoad nominationem et electionem eorum (ut ſine nominatione per punctationem quæ præſcribitur in procancellarii electione fiat eorum electio) virtute capitis 38 *De præconum ſeu viatorum numero, officio et electione*

Hanc utramque dubitationem tollentes (primo die novembris anno Domini 1669) Edmundus Boldero vice-cancellarius doctores Duport

Digitized by Google

Duport &c. quorum nomina ſubſcribuntur juxta authoritatem illis datam in regiis ſtatutis capite 50 numero 37 ſequentes (ut iis bona fide judicantibus videtur) tenorem vim et ſenſum capitis 38 et capitis 40 declaraverunt cenſuerunt et interpretati ſunt dictum 40 caput 1 ſic ut per bedellorum nomen omnino intelligantur viatores armigeri quos appellari in ſtatutis noſtris promiſcue reperimus quandoque ſimpliciter bedellos quandoque viatores ſeu præcones appellari eos multoties (duodecies ad minimum) ſimpliciter bedellos nimirum capite 5 (quod eſt de publicorum lectorum auditoribus) capite 26 (quod eſt de theologorum diſputationibus) et in capite 50 (quod eſt de ordinationibus collegiis præſcriptis) numero 30 capite 45 (quod eſt de concionibus) et in capite 49 octies vel novies viz. numero 1 numero 3 bis numero 4 numero 6 numero 9 numero 13 bis numero 14 nec ſolere appellari alium illum inferiorem (non armigerum) ſimpliciter bedellum vel viatorem ſed cum nota diminuente adjecta inferioris loci bedellum vel viatorem inferiorem ut capite 38.

2do Quoad dubitationem illam an de bedellorum nominatione et electione aliter proviſum ſit in ſtatutis declaraverunt cenſuerunt et interpretati ſunt prædicti viri

De electione quidem bedellorum quoad aliqua in electione eorum neceſſario diſſimilia electioni procancellarii ſtatuenda viz. quoad perſonam unam vel alteram accepturas aliorum vota et ſuffragia ſcripta (poſt ſua propria lata) et quoad moram vacationis ante electionem longiorem permiſſam aliter quidem eſſe proviſum per caput 38: quod aliter proviſum omnino ſecundum illud proviſum cap. 38 cenſent viri prædicti deberi obſervari.

Verum de nominatione bedellorum cenſent in hoc 40 et in hoc ſolo capite præcipi et nuſquam in ſtatutis aliter eſſe proviſum. Quare cenſent et interpretantur illud capitis 40 inviolabiliter omnino obſervandum eſſe quoad nominationem bedellorum (quam præcipi cenſent et interpretantur in eo capite) nominationes lectorum et bedellorum ſequi debere modum et formam nominationis in capite de electione procancellarii præſcriptam (ut ipſis videtur in capite illo 40 contineri) et hoc (quod quibuſdam grave viſum eſt) concedi per ſtatuta præfectis collegiorum (ut contineri videtur interpretibus in capite 40) illis interpretibus nullo modo

abire

Digitized by Google

abire videtur a vero ſenſu et intentione ſtatutorum tum propter verba ipſa tum propter praxim currentem cum lege tum propter illud (quod non minoris eſt authoritatis) poſitum in capite eo ipſo 38 ab ipſis allegato viz. quod *Si quocunque tempore quiſquam illorum præconum ſeu viatorum armigerorum inſigniter negligens adverſus cancellarium procancellarium aut procuratores fuerit et poſt alteram et tertiam admonitionem corrigere ſeſe noluerit vel &c. cancellarius advocatis ſibi procuratoribus* (quod autem jus eſt cancellario idem et procancellario eſt in ejus abſentia per caput 42) *et cæteris præfectis cum aſſenſu majoris partis eorum eum præconem munere ſuo dejiciat.*

Hanc interpretationem jam fecere quod dubitationes has nunc primum obortas certo inaudiverint.

In domo regentium hæc interpretatio facta eſt novembris 1° anno Domini 1669. (ut ſupra)

Edm. Boldero procan.	Petrus Gunning.
Jaco. Duport.	Joh. Breton.
Jaco. Fletewood.	Gulielmus Wells.
Ri. Minſhull.	Rad. Cudworth.
Jo. Spencer.	Theoph. Dillingham
Ro. King.	Jſph. Beaumont ſubſcripſi
Robertus Mapletoft.	Nov. 2 1669.

Recepi hanc interpretationem a reverendo viro M^o^ Jacobo Duport ſacræ theologiæ profeſſore ac almæ univerſitatis Cantebr. procancellario viceſimo ſecundo die menſis novembris anno Domini 1669.

Ita teſtor Matth. Whinn Regrarius.

MS. Orig. 14—44. in Archiv. Acad. Tabart Book, p. 669.

WHEREAS

Digitized by Google

WHEREAS there is ſome doubt of the ſenſe and meaning of ſome words in the deed of ſettlement of Mr. Ruſtats gift to the library relating to the time when and the perſons to whom the account thereof is to be given Dec. 19. 1672.

We the vice-chancellor and heads of the univerſity whoſe names are hereunto ſubſcribed do conceive it moſt agreeable to the meaning of the donor that the ſaid account ſhould be given at the time of the univerſity audit to the auditors of the common cheſt in a diſtinct book to be kept for that purpoſe and that all the former account relating to the ſame ſhall be tranſcribed into the ſaid book.

William Wells procan.	Joſeph Beaumont.
James Duport.	Theoph. Dillingham.
James Fletewood.	Jo. Spencer.
Richard Minſhull.	John Pearſon.
Robert Mapletoft.	Ro. King.
Edm. Boldero.	Robt. Brady.
Joh. Breton.	

Tabors Book. p. 672.

CUM academiæ ſtatuto (cap. 21) cautum ſit *ut nulla gratia pro gradu aliquo ſuſcipiendo extra terminum omnino vel petatur vel concedatur* unde diu multumque dubitatum ſit an et nobilibus eorumque filiis omnis ad gradum aditus vacationis tempore dicto ſtatuto præcludatur Aug. 22. 1673.

Nos procancellarius et præpoſiti collegiorum quorum nomina ſubſcribuntur (ut honori et commodo academiæ conſulamus et omnem ea de re ſcrupulum in futurum eximamus) ſtatutum prædictum de gratiis perſonis ſolummodo conditionis privatæ concedendis interpretandum et nobiles eorumque filios lege illa liberos et omnino ſolutos decernimus et declaramus. In hanc autem ſententiam venimus hiſce ducti rationibus.

Primo

Digitized by Google

Primo lex dicta ea ſolum ratione ſancita videtur ne cui gradum adire contingat furtim et ſine arbitris vel abſque exercitiis completis (non niſi pleno termino peragendis) quæ tamen a perſonis e nobilium ordine ad gradum ſuſcipiendum minime requiruntur.

Secundo ſtatutis non minus academiæ quam regni proviſum eſt ut nobiles privilegiis gaudeant et a ſortis inferioris hominibus non minus immunitatibus quam titulis ſuis et natalium dignitate diſtinguantur.

Tertio rationi diſſonum videtur ſtatutum illud gratiam pro gradu ſuſcipiendo extra terminum petitam nobilium titulo inſignitis denegaſſe quibus gradum ſuſcipiendi nullo habito ad terminum aliquem ſed generis ſolummodo claritatem reſpectu licentiam fecit aut legem de minimis (temporis nimirum circumſtantiis) nulla præſertim de cauſa curare voluiſſe.

Utcunque non minus ſtatuti jam dicti verbis quam actionis ſolennitati conſentaneum exiſtimamus ut per gratiam et votum ſenatus ſpeciale convocatio in congregationem convertatur cum vir aliquis e nobilium gente in ordinem magiſtrorum vel doctorum cooptari poſtulaverit.

Gulielmus Wells procan.

Robertus Mapletoft.	Theop. Dillingham.
Ri. Minſhull.	Ra. Cudworth.
Joh. Breton.	Jo. Spencer.
Jſph. Beaumont.	Ro. King.

MS. Orig. 14—39. in Archiv. Acad.
Lib. procan. p. 75.
Tabors Book, p. 671.

An

Digitized by Google

An interpretation made by the vice-chancellor and heads whose names are here underwritten the 31st day of october 1686 of that part of the 49th statute of the university which concerns compounders viz. *Omnes quorum annuus reditus est ad valorem quadraginta marcarum præter stipendia quæ habent a collegiis suis aut ab academia ratione alicujus lecturæ ad gradum aliquem scholasticum promovendi dabunt cancellario &c.* and also of that part of the said statute which concerns incorporations viz. *Incorporatus in aliqua facultate solvet prout de corporatis dictum est.* Oct. 31. 1686.

WHEREAS several ecclesiastical preferments of considerable value are not rated or so much as mentioned in the book of first-fruits or subsidies

We think it agreeable to reason and the true meaning of the statute aforesaid viz. *Omnes quorum annuus reditus &c.* that such deaneries arch-deaconries prebends rectories vicarages and all other ecclesiastical preferments be rated according to their reputed value and as they are or may be lett or rented. Since therefore the interpretation of this said statute made 1599 was intended for the encouragement of the officers we do judge the meaning thereof was not to restrain the statute or to take away any of their just dues (which was not in their power to do) but to prevent controversies where the book of first-fruits did settle the value allowing that for a sufficient proof. But for other cases where the ecclesiastical preferment is not valued in the book of first-fruits the general words of the statute ought to take place if good proof can be made.

And whereas it hath been a frequent practice among candidates for degrees having compounding estates to alienate or make over the same whereby the said statute viz. *Omnes quorum annuus reditus &c.* is eluded and the officers defrauded for the prevention of such fraudulent practices for the future

We do hereby order and decree that if the party so alienating or in any wise conveying hath reserved to himself any power whereby he may or (without any such reserved power) actually

Digitized by Google

does take and receive to his own uſe directly or indirectly to the value of forty marks per annum out of ſuch eſtate every ſuch perſon to be taken and reputed a compounder and to ſatisfy the officers accordingly.

Alſo whereas by another clauſe in the ſaid ſtatute it is expreſſed in theſe words *Incorporatus in aliqua facultate ſolvet prout de corporatis dictum eſt* the ſenſe and meaning of which clauſe ſeems plainly to be this viz. in caſe any ſtrangers and foreigners ſhould think fit to take any degree in this univerſity they ſhould be liable to the ſame payments as our gremials are

We do therefore interpret and decree that all incorporate perſons in this univerſity for the future which according to the abovementioned ſtatute and the interpretation thereof have compounding eſtates ſhall be taken and reputed compounders and ſhall ſatisfy the univerſity officers accordingly Oxford men who ſhall be admitted ad eundem and proceed to no farther degree only excepted.

Will. Saywell vice-chancellor.

Joſeph Beaumont.	Ra. Cudworth.
John Copleſton.	Jo. Spencer.
Humf. Gower.	Nath. Coga.
Hen. James.	S. Blythe.
J. Balderſton.	

MS. Orig. 12—137. in Archiv. Acad.
Lib. procan. p. 77.

WHEREAS

Digitized by Google

WHEREAS in a caſe now depending between two doctors of this univerſity it has been ſuggeſted that the vice-chancellor has no authority to ſummon by decree or otherwiſe a doctor or maſter of a college or to oblige him to ſubmit to his judgment in any cauſe under the penalty of impriſonment without the conſent of a majority of the heads Sept. 23. 1718.

We whoſe names are underwritten heads of colleges do declare that we know of no ſuch privilege belonging to doctors or heads in pleas of right between party and party. And as we deteſt for ourſelves any ſuch claim to the obſtruction of common juſtice ſo to cut off all pretence of it in others we do approve and conſent to the vice-chancellors ſummoning any doctor or head of a college being party in ſuch a cauſe and to compel him to ſubmit to his determination even by impriſonment if need require.

T. Gooch vice-chancellor.

John Covel.	R. Jenkin.
Tho. Richardſon.	John Balderſton.
C. Aſhton.	W^m. Grigg.
Edw. Lany.	Tho. Sherlock.

MS. Orig. 13—33. in Archiv. Acad.
Lib. procan. p. 78.

Digitized by Google

Apr. 8. 1776. WHEREAS a doubt has ariſen in the univerſity whether any perſon being a doctor of law and afterwards created a doctor in divinity be eligible into the caput as juriſconſultus

We the vice-chancellor and major part of the heads of colleges whoſe names are underwritten having conſidered the ſtatute *De capite eligendo* are of opinion and do determine that ſuch a perſon is eligible into the caput as juriſconſultus.

R. Farmer vice-chancellor.

H. Thomas.	W. Elliſton.
P. S. Goddard.	W^m. Cooke.
J. Barnardiſton.	J. Brown.
J. Smith.	J. Chevallier.

Lib. procan. p. 167.

SENATUS-

Digitized by Google

SENATUSCONSULTA SIVE GRATIÆ.

Digitized by Google

SENATUSCONSULTA SIVE GRATIÆ.

Jun. 10. 1573. CUM pœna ſtatuti modo lecti (vid. ſtatut. *De diſputationibus magiſtrorum in artibus* 11 Feb. 1541. p. 119) valde gravis ſit et plena periculi utpote perjurii

Placet vobis ut eadem pœna convertatur in mulctam quadraginta ſolidorum et ut ſinguli in poſterum cooptandi in ordinem magiſtrorum in artibus ſub ſtipulatione quadraginta ſolidorum cum idoneo fide-juſſore obligentur domino vice-cancellario ante admiſſionem ad diligentem obſervantiam ſtatuti dicti et ut hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto habeatur et dicto ſtatuto aſcribatur et dictum ſtatutum quotannis legatur in admiſſione inceptorum in artibus.

Lib. grat. A. fol. 111. *a*.
Lib. procan. p. 79.
Lib. proc. ſen. fol. 91. *b*.
Lib. proc. jun. fol. 97. *b*.

Jun. 10. 1573. CONCEDITUR 10 junii ut veſtra authoritate ſtatuatur ne quis prælector annuus in poſterum ſua vice alium prælectorem ultra triduum ſubſtituat niſi majoris partis totius ſenatus regentium et non-regentium authoritate interveniente ſub pœna quadraginta ſolidorum inter academiam procuratores et bedellos diſtribuendorum.

Lib. grat. A. fol. 111, *b*.
Lib. procan. p. 79.
Lib. proc. jun. fol. 192. *a*.

CON-

Digitized by Google

CONCEDITUR 19 jun. ut omnes penſionarii et extranei quibus gratia aliqua ad quemcunque gradum ſuſcipiendum in aliquo collegio conceſſa ſit in eodem collegio convivari teneantur et pares ſumptus cum ſocils et penſionariis ejuſdem collegii in ſimili cauſa pro ratione gradus ferant ſub pœna ſex librarum eidem collegio applicandarum et ut hæc conceſſio pro ſtatuto habeatur. Jun. 19. 1573.

Lib. grat. Δ. fol. 111. *b.*
Lib. procan. p. 79.
Lib. proc. jun. fol. 191. *a.*

CONCEDITUR 23 junii (ut omnis deinceps ſuper electionem ſcrutatorum diſſentionis materia omnino tollatur) ut collegia bina annis ſingulis duos non-regentes nominent ſcrutatores futuri anni eo ordine qui in nominandis procuratoribus præſcriptus eſt incipiendo in ſequenti anno ab his collegiis quæ in primo loco conſtituuntur et eo ordine et curſu progrediendo et recurrendo et cætera omnia præſcripta in ſtatutis de electione procuratorum et taxatorum diligenter et perpetuo (excepta tantum forma ſcrutinii dictorum ſcrutatorum) inviolabiliter obſerventur et ut hæc veſtra conceſſio pro ſtatuto habeatur et infra menſem proxime ſequentem deſcribatur in libris procuratorum. Jun. 23. 1573.

Lib. grat. Δ. fol. 111. *b.*
Lib. procan. p. 79.
Lib. proc. jun. fol. 191. *b.*

CONCEDITUR 6 maii cum procuratores et ſcrutatores ſæpe propter negotia ſua privata abeſſe cogantur a congregationibus et aliis publicis muniis academiæ ut eorum ſubſtituti et vicarii jurejurando aſtringantur ad bene et fideliter peragendum eorum officium antequam aliquid in præmiſſis pertractent. Maii 6. 1575.

Lib. grat. Δ. fol. 116. *b.*
Lib. procan. p. 80.

QUUM

Digitized by Google

Nov. 3. 1575. QUUM jusjurandum a scholaribus cancellario magistris et scholaribus universitatis Cantabr. præstitum et jusjurandum ab oppidanis præstitum majori villæ Cantabr. ballivis et burgensibus diversa contraria et nullo modo convenientia esse videantur et tamen nonnulli haud formidantes perjurii periculum non ita pridem utrisque fidem suam astrinxerint in magnam animarum suarum periculum et multorum offensionem

Placet vobis ut singuli qui aut nunc sunt aut qui in posterum futuri sunt ex gremio universitatis qui posthac accepti beneficii et educationis immemores se per sacramentum suum communitati villæ Cantabr. (quasi in aliam coloniam traducendi) consociabunt tanquam degeneres filii ab omni societate privilegio et gradibus scholarium ipso facto priventur et quod vice-cancellarius pro tempore existens postquam sibi innotuerit aliquem deinceps præstitisse hujusmodi juramentum fidelitatis villæ Cantabr. prædictæ in proxima congregatione regentium et non-regentium publice pronunciabit privationem prædictam regentibus et non-regentibus tunc præsentibus. Et si contingat aliquem oppidanorum libertates privilegia aut consuetudines universitatis impugnare aut gravem ingratitudinem adversus academiam scholares aut eorum famulos exhibere et super hoc judicio procancellarii majoris partis præpositorum collegiorum et aliorum doctorum tunc in universitate præsentium convictus fuerit placet vobis ut cum hujusmodi ingrato seu ingratis nullus scholaris aut sub privilegio scholarium hic degens contrahat emat aut vendat sub pœna centum solidorum communi cistæ academiæ solvendorum toties quoties in contrarium huic decreto aliquid attentabit et ut hæc vestra concessio pro statuto habeatur et infra decem dies proxime sequentes in procuratorum libris describatur.

Lib. grat. A. fol. 116. b.
Lib. procan. p. 80.
Lib. proc. sen. fol. 156. b.
Lib. proc. jun. fol. 193. a.

QUUM

Digitized by Google

QUUM de laudabili et multis jam retroactis annis recepta consuetudine singuli in ordinem doctorum cooptati festis quibusdam diebus et publicis præscriptis conventibus in ista charta nominatis in publicum prodire non consueverint nisi induti togis murice tinctis Jan. 17. 1577.

Placet vobis ut singuli hujusmodi prædictam consuetudinem dignam majestate academiæ inviolabiliter observare teneantur sub pœna et mulcta decem solidorum legalis monetæ Angliæ publico academiæ ærario persolvendorum quoties eandem violaverint: quam summam nisi procancellarius fideliter exigat ipse eandem de proprio super computum generalem cistæ communis persolvat et hæc concessio vestra pro statuto habeatur.

Dies assignati festum natalis Domini Paschæ Ascensionis Pentecostes Trinitatis Michaelis et omnium sanctorum magna comitia nundinæ divi Joannis et Sturbrigienses et dies initi regni dominæ reginæ Elizabethæ.

Lib. grat. A. fol. 124. *b.*
Lib. procan. p. 81.

QUUM sæpenumero petitiones quas gratias nuncupamus pro gradibus scholasticis et aliis academiæ beneficiis consequendis in senatu proponuntur quas earundem candidati postea non satis grato animo interpretantes vel non agnoscunt vel omnino rejiciunt unde apud vulgus academia male audit et non parva ignominiæ labe aspergitur Jun. 18. 1578.

Placet vobis ut qui deinceps hujusmodi petitionem capiti senatus proponendam curaverit aut subscripserit sub vinculo juramenti prius universitati præstiti publico ærario viginti solidos persolvere teneatur ad manus dominorum procuratorum infra octo dies postquam constiterit candidatum aut nolle aut per temporis decursum non posse hujusmodi gratiis gaudere: et hæc concessio pro statuto habeatur et observetur.

Lib. grat. A. fol. 125. *a.*
Lib. procan. p. 81.

Digitized by Google

Nov. 3. 1575. QUUM jusjurandum a scholaribus cancellario magistris et scholaribus universitatis Cantabr. præstitum et jusjurandum ab oppidanis præstitum majori villæ Cantabr. ballivis et burgensibus diversa contraria et nullo modo convenientia esse videantur et tamen nonnulli haud formidantes perjurii periculum non ita pridem utriusque fidem suam astrinxerint in magnam animarum suarum periculum et multorum offensionem

Placet vobis ut singuli qui aut nunc sunt aut qui in posterum futuri sunt ex gremio universitatis qui posthac accepti beneficii et educationis immemores se per sacramentum suum communitati villæ Cantabr. (quasi in aliam coloniam traducendi) consociabunt tanquam degeneres filii ab omni societate privilegio et gradibus scholarium ipso facto priventur et quod vice-cancellarius pro tempore existens postquam sibi innotuerit aliquem deinceps præstitisse hujusmodi juramentum fidelitatis villæ Cantabr. prædictæ in proxima congregatione regentium et non-regentium publice pronunciabit privationem prædictam regentibus et non-regentibus tunc præsentibus. Et si contingat aliquem oppidanorum libertates privilegia aut consuetudines universitatis impugnare aut gravem ingratitudinem adversus academiam scholares aut eorum famulos exhibere et super hoc judicio procancellarii majoris partis præpositorum collegiorum et aliorum doctorum tunc in universitate præsentium convictus fuerit placet vobis ut cum hujusmodi ingrato seu ingratis nullus scholaris aut sub privilegio scholarium hic degens contrahat emat aut vendat sub pœna centum solidorum communi cistæ academiæ solvendorum toties quoties in contrarium huic decreto aliquid attentabit et ut hæc vestra concessio pro statuto habeatur et infra decem dies proxime sequentes in procuratorum libris describatur.

Lib. grat. A. fol. 116. b.
Lib. procan. p. 80.
Lib. proc. sen. fol. 156. b.
Lib. proc. jun. fol. 193. a.

QUUM

Digitized by Google

QUUM de laudabili et multis jam retroactis annis recepta consuetudine singuli in ordinem doctorum cooptati festis quibusdam diebus et publicis præscriptis conventibus in ista charta nominatis in publicum prodire non consueverint nisi induti togis murice tinctis Jan. 17. 1577.

Placet vobis ut singuli hujusmodi prædictam consuetudinem dignam majestate academiæ inviolabiliter observare teneantur sub pœna et mulcta decem solidorum legalis monetæ Angliæ publico academiæ ærario persolvendorum quoties eandem violaverint: quam summam nisi procancellarius fideliter exigat ipse eandem de proprio super computum generalem cistæ communis persolvat et hæc concessio vestra pro statuto habeatur.

Dies assignati festum natalis Domini Paschæ Ascensionis Pentecostes Trinitatis Michaelis et omnium sanctorum magna comitia nundinæ divi Joannis et Sturbrigienses et dies initi regni dominæ reginæ Elizabethæ.

Lib. grat. A. fol. 124. *b.*
Lib. procan. p. 81.

QUUM sæpenumero petitiones quas gratias nuncupamus pro gradibus scholasticis et aliis academiæ beneficiis consequendis in senatu proponuntur quas earundem candidati postea non satis grato animo interpretantes vel non agnoscunt vel omnino rejiciunt unde apud vulgus academia male audit et non parva ignominiæ labe aspergitur Jun. 18. 1578.

Placet vobis ut qui deinceps hujusmodi petitionem capiti senatus proponendam curaverit aut subscripserit sub vinculo juramenti prius universitati præstiti publico ærario viginti solidos persolvere teneatur ad manus dominorum procuratorum infra octo dies postquam constiterit candidatum aut nolle aut per temporis decursum non posse hujusmodi gratiis gaudere: et hæc concessio pro statuto habeatur et observetur.

Lib. grat. A. fol. 125. *a.*
Lib. procan. p. 81.

Digitized by Google

Mar. 23. 1578. QUONIAM ſacris concionibus apud populum habendis non ſatis videtur per ſtatuta noſtra proſpectum eſſe

Placet vobis ut deinceps ſingulis et dominicis et feſtis diebus (quibus ex ſtatuto aliquo aut recepta conſuetudine concio publica intra academiam non habetur) ſinguli cujuſque collegii tam ſocii quam penſionarii quicunque miniſtri aut diaconi fuerint et tertium annum poſt magiſterii gradum in artibus ſuſceptum omnino compleverint ad concionandum in academiæ templo tam ante quam poſt meridiem pro ratione ſenioritatis quam in academia obtinent ordine ſuo teneantur veſtrumque hoc decretum ſuper ea re pro legitimo ſtatuto habeatur: cujus exequendi initium fiat die dominico proximum diem dominicum immediate ſequente exordio ducto ab eo concionatore qui cæteros ſenioritate antecedit quem perpetuis deinde futuris temporibus reliqui ſuis vicibus ſubſequantur ſub pœna decem ſolidorum cuicunque ob neglectam vicem infligenda. Proviſo tamen ut quoties quiſquam vel ad procancellarii aſſignationem vel ob gradum ſuſcipiendum concionabitur idque decem ante diebus ei qui alioquin eſſet concionaturus denunciari curabit cœptus curſus interrumpi queat ſed ita ut idem curſus eodem poſtea quo prius modo continuetur atque obſervetur.

Lib. grat. A. fol. 128. a.
Lib. procan. p. 81.

Ut omnes doctores cujuſcunque facultatis ferant ſuffragia in nominationibus procancell. lector. &c.

Jun. 11. 1580. UT omnis diſſentionis materia tam in illis viris punctim notandis qui in annuo procancellariatus munere vacantis competitores ſunt futuri quam in electionibus lectorum omnino deinceps tollatur

Placet vobis ut omnes doctores cujuſcunque facultatis in academia commorantes licet collegiis non præficiantur una cum collegiorum præpoſitis aut eorum vices gerentibus 3 novembris quotannis viz. hora nona antemeridiana ejuſdem diei in domo regentium conveniant utque eorum ſinguli ibidem juxta ſenioritatem ſuam

Digitized by Google

ſuam unum aliquem ad procancellariatus officium nominent e quorum numero iidem doctores ſigillatim cum collegiorum præpoſitis aut eorum vices gerentibus duos punctis ſuis aſſignent et notent quorum unus a ſenatu in procancellarium eſt eligendus.

Præterea placet vobis ut omnes doctores una cum collegiorum præpoſitis aut eorum vices gerentibus convocentur et conveniant quotieſcunque occaſio oblata fuerit ut ſuffragia ſua punctim cum collegiorum præfectis (more in procancellarii electione præſcripto) in omnibus electionibus lectorum et reliquorum academiæ officiariorum atque ut hæc veſtra conceſſio ſeu ordinatio pro ſtatuto habeatur atque infra 10 dies proxi... libris procuratorum deſcribatur.

Lib. proc. Jun. 192. *b.*

Ut præfecti collegiorum theologi ad combinationem in concionibus teneantur ſicut reliqui.

PLACET vobis ut præfecti collegiorum theologi eadem lege teneantur ad combinationem in concionibus præſtandis in omnibus diebus feſtis exceptis diebus dominicis ante meridiem qua reliqui concionatores tenentur, Jun. 11. 1580.

Hæc rogatio ut et illa ſuperior pro doctoribus lata et ſancita fuit anno Domini 1580. 11 junii.

Procancellario Johanne Hatcheto D. Med.

Procuratoribus { Willmo Lakin. / Johe. Bradley.

Lib. proc. jun. 193. *b.*

Digitized by Google

Feb. 11. 1585. CUM Londinenſes librorum impreſſores inciviliter abutuntur et noſtra et Oxonienſi academia et libros in utraque academia impreſſos in perniciem noſtrorum impreſſorum omni cum feſtinatione imprimunt

Placet vobis exemplo Oxonienſis academiæ ſtatuere ne quiſquam bibliopolarum noſtrorum ab iſto die in futurum aut emat liget aut venditioni exponat aliquem librum Londini aut alibi infra regnum Angliæ impreſſum qui aut hic vel Oxonii fuit impreſſus aut deinceps imprimetur ſub pœna exilii perpetui et confiſcatione librorum hujuſmodi et inſuper ne ullus hujus academiæ alumnus et hic literis deditus dum moram trahat in noſtra univerſitate emat aliquem librum hujuſmodi Londini aut alibi ſic impreſſum cujus copia vel hic aut Oxonii prelo commiſſa fuit aut erit ſub pœna inobedientiæ et amiſſione dictorum librorum quouſque aliter per academiam decernetur. Proviſo ſemper quod impreſſores noſtri non pluris vendant aliquem librum per ipſos impreſſum quam æſtimabitur per dominum procancellarium pro tempore exiſtentem et reliquos nominatos in articulis M^ri Thomæ Thomas.

Lib. grat. A. fol. 150. b.

Jul. 8. 1586. QUUM æquitati et juſtitiæ regulæ conſonum videatur ut collegium Emanuelis nuper ædificari cœptum et jam prope abſolutum tam ad onera academiæ ferenda quam ad ſuſcipiendos honores et emolumenta ejuſdem aſſignetur et inter cætera collegia in præfatis muneribus et commodis ſuo ordine collocetur et numeretur

Placet vobis ut dominus vice-cancellarius et ſinguli præfecti omnium collegiorum domi præſentes et in eorum abſentia eorum ſubſtituti et vices gerentes cum ſocio cujuſque collegii maxime ſeniori tunc præſente jam receptum ordinem formam et ſeriem procuratorum taxatorum et ſcrutatorum nominandorum hujus academiæ necnon ordinem et formam combinationis in diſputando et reſpondendo in qualibet facultate et concionando diligenter inſpiciant et pro ſua prudentia tam quoad prædictum Emanuelis collegium quam quoad cætera collegia corrigant emendent conſtituant

Digitized by Google

tuant et assignent sic ut id ratum et pro statuto habeatur quod major pars eorum cum consensu domini procancellarii per manuum suarum subscriptionem decreverit ante primum diem proximi termini et quod collegium nullum aliquem ad aliquod prædictorum munerum aut officiorum nominabit aut eliget antequam præfati delegati hoc suo commissionis munere defuncti fuerint et illud coram senatu publicaverint exceptis illis qui in præsenti ad officia procuratorum taxatorum et scrutatorum futuri anni per collegia electi sunt et nominati.

Lib. grat. A. fol. 150. *b.*

CUM oratoris vestri munus multis expositum laboribus parvo admodum stipendio compensetur parum digno tam honestæ existimationis officio Jun. 2. 1587.

Placet vobis ut in annuum hujus stipendii incrementum singuli demceps admittendi ad respondendum quæstioni sex denarios et singuli admittendi ad incipiendum in artibus duodecim denarios oratori solvant et ut hæc concessio vestra procuratorum libris infra decem dies inserta pro statuto habeatur.

Lib. grat. A. fol. 153. *a.*
Lib. proc. sen. fol. 54. *b.*
Lib. proc. jun. fol. 93. *b.*

CUM statuto cautum sit ut omnes mulctæ quæ in regiis statutis sunt præscriptæ in tres partes dividantur nisi aliter singulari aliqua lege sit provisum quo quidem non obstante statuto quæstio non ita pridem facta sit ad quos potissimum pertineret mulcta illa decem solidorum quam vos anno Domini 1578 mensis vero martii die 23 concionatoribus propter omissas conciones vestro consensu tum stabilitas infligendam decrevistis eorundem regiorum statutorum authoritate muniti cumque in illo vestro decreto nihil reperiatur quo minus mulcta videatur in tres partes dividenda Jun. 2. 1587.

Placet vobis ut eadem mulcta decem solidorum jam inde a festo Michaelis proxime præterito exacta et in posterum exigenda in tres partes dividatur et similiter exigatur quemadmodum reliquæ mulctæ

Digitized by Google

mulctæ concionatoribus regiis ſtatutis impoſitæ atque ut hæc veſtra conceſſio pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra ſex dies inſcribatur ſub pœna decem ſolidorum regiſtrario ad uſum academiæ perſolvendorum.

Lib. grat. A. fol. 153. *a*.
Lib. proc. jun. fol. 105. *a*.

Jun. 12. 1587. CUM ſuperioribus hiſce diebus quidam oppidani propter demerita ſua et intolerabilem adverſus academiam et academicos ingratitudinem a contubernio ſcholarium ſunt ſuſpenſi et ſcholares et eorum famuli cum eiſdem quovis modo contrahere aut negociari ſtricte et ſub gravi mulcta ſunt interdicti

Placet vobis ut hujuſmodi antedicta decreta et in poſterum decernenda veſtra authoritate rata et firma habeantur et in poſterum non reſcindantur ſine conſenſu et aſſenſu totius ſenatus et quod hæc rogatio pro ſtatuto habeatur et in libros procuratorum deſcribatur infra decem dies proxime inſequentes et inſuper ut ſinguli academici cautiores ſint et mulctam præſcriptam devitent ut hæc rogatio ſingulis futuri temporis terminis palam et publice per alterum procuratorum prælegatur in pleno et frequenti ſenatu una cum nominibus omnium et ſingulorum ſic ut prædicitur ſuſpenſorum.

Lib. grat. A. fol. 153. *a*.

Jul. 5. 1587. QUEMADMODUM a majore ballivis et burgenſibus hujus oppidi Cantabrigienſis multis antehac elapſis annis decretum et conſtitutum eſſe intelligimus ne ulla ædificia prædia officia aut commoda ad ipſum oppidum quoquo modo pertinentia ad ullum alium transferantur niſi in aliquem ex burgenſibus hujus oppidi ne neglectis qui ſunt ex propria eorum familia alienis a ſuo corpore conſulerent ſed potius membra corporis ſui non ſolum propriis ſuis beneficiis locupletantes ſed etiam multa eaque maxima beneficia ab ipſa academia et collegiis percipientes optimos quoſque ab academia deficere et in eorum album propter ſpem et expectationem uberioris commodi cooptari faciant: ita noſtris academicis

Digitized by Google

demicis præſidiis et opibus armati fortius academiam oppugnare valent et ſolent

Placet igitur vobis ut non liceat deinceps alicui ſcholari hujus academiæ ſive magiſtro ſive ſocio alicujus collegii aulæ domus vel hoſpitii ſive alii alicui ſcholari ſeu privilegio ſcholaris gaudenti aliquas terras domos tenementa ſive officia ad academiam collegia dictos ſcholares ſervientes vel ſcholaris privilegio gaudentes ſeu ad eorum aliquem pertinentia alicui majori ballivo vel burgenſi hujus oppidi Cantabrigiæ mediate vel immediate per ſe vel per alium locare vendere dare conferre aut quocunque alio modo utenda permittere ſine licentia procancellarii magiſtrorum et ſcholarium ſub pœna tripli valoris rei ſic venditæ locatæ donatæ aut aliquo alio modo alienatæ committendi quam pœnam ſinguli procancellarii ſuo quique anno ſeu eorum deputati qui pro tempore fuerint tenebuntur ab hujus decreti violatoribus cum effectu exigere et communi ciſtæ ſolvere ſub pœna quadraginta librarum a ſingulis procancellariis ſeu eorum deputatis ſic exigere et ſolvere negligentibus academiæ committendarum et ut hoc decretum pro ſtatuto habeatur et in libro ſtatutorum inſcribatur et ſingulis annis legatur in prima congregatione poſt feſtum Michaelis archangeli.

Lib. grat. Δ. fol. 153. *b.*

WHEREAS there have been divers writs of late time procured out of her majeſties courts ordinarily holden at her highneſs's city of Weſtminſter in the county of Middleſex greatly tending to the hurt and impeachment of the liberties and privileges of this our univerſity beſides the moleſtation and charge that hath thereof neceſſarily enſued the rather to prevent ſuch evil hereafter (as far as we may) and ſomewhat to meet with the unkindneſs of ſuch as are maliciouſly diſpoſed Sept. 4. 1758.

May it pleaſe you by your authority and conſent to have it decreed and for a ſtatute eſtabliſhed that if any burgeſs of the town of Cambridge or foreigner there inhabiting ſhall hereafter procure or cauſe to be procured either by himſelf or any other directly or indirectly any ſuch writ or writs tending to the hurt and impeachment of the liberties and privileges as is aforeſaid whereof there ſhall be probable conjecture made before the vice-chancellor for

Digitized by Google

the time being the greater part of the maſters or heads of colleges and other doctors then preſent in the univerſity and by them ſo allowed that immediately thereupon the ſaid perſon or perſons ſo offending after publication of the ſame in this place ſhall by virtue of this your ordinance or ſtatute be preſently accounted and be as a perſon or perſons diſcommuned from the ſociety and benefit of this univerſity in all reſpects and to all purpoſes in ſuch ſort as it may appear it hath been in ſuch caſes practiſed and uſed and that every ſcholar ſcholars ſervant or public miniſter of the univerſity either wittingly or of wilful negligence contracting or bargaining with the ſaid perſon or perſons or any other by your authority upon other cauſes lawfully diſcommuned and thereof evicted before the vice-chancellor for the time being and the greater part of the heads of colleges and doctors in the univerſity and by them ſo adjudged ſhall by virtue of this your ordinance and ſtatute therein be utterly made void and uncapable of any degree office or other benefit or privilege unto the univerſity belonging beſides the mulct already provided until he be thereunto reſtored by your common conſents in this place therein obtained.

Lib. grat. A. fol. 153. *b.*

Sept. 4. 1587. BECAUSE there are divers by your authority diſcommuned and the penalty for any of our body to contract with them is great as namely the forfeiture of five pounds in money and the loſs of any degree or preferment whatſoever that ſuch might have in the univerſity if they were not in this caſe offenders

May it pleaſe you that leſt any being taken as offenders againſt your ordinance in this behalf provided alledge ignorance for their defence that once in every term at ſome ſuch great congregation as M^r. vice-chancellor for the time being ſhall think convenient the names of thoſe that are and ſhall be hereafter diſcommuned be openly read in the regent and non-regent houſes and the next day after that ſignification thereof be given by the bedels in their ſeveral courſes to the maſters or preſidents of all colleges and doctors in the univerſity to the end that they publiſh the ſame in

Digitized by Google

in their ſeveral ſocieties and families upon pain of twenty ſhillings forfeiture to be demanded and taken of ſuch as ſhall not perform this your decree to the uſe of the univerſity and that this your ordinance be a ſtatute in force ſo long as any are and ſhall continue diſcommuned.

Lib. grat. Δ. fol. 154. *b.*

QUUM protervitas oppidanorum vobis ſatis cognita ſit et prudentis ſit omnes contentionum cauſas præcidere Oct. 13. 1587.

Placet vobis ut ſi qui jam ſint aut in poſterum futuri ſint ſcholares aut ſervientes ſcholarium ſemel ſacramento univerſitati obligati poſtea ad oppidanos transfugiant ipſo facto a communione ſcholarium ſegregentur in perpetuum et hæc veſtra conceſſio pro ſtatuto habeatur.

Lib. grat. Δ. fol. 154. *b.*

CUM academiæ ſtatuto de cauſis forenſibus cautum ſit ut omnes lites ſi fieri poſſit intra triduum terminentur nec cauſæ appellationum ultra decem dies ſi fieri itidem poſſit poſt datos judices protrahantur uſu autem jam compertum ſit quorundam malitia factum eſſe ut multæ appellationes non tam bona fide quam vexandorum adverſariorum gratia ab hominibus litigioſis interpoſitæ fuerint idcirco ut huic incommodo in poſterum omnino ſubveniatur Feb. 13. 1593.

Placet vobis ut unanimi procancellarii doctorum magiſtrorum regentium et non-regentium authoritate ſtatutum et decretum ſit ut in omni deinceps appellatione quælibet pars appellans una cum advocato patrono et procuratore ſuo ſtatim poſt appellationem ſive a commiſſario ſive a procancellario factam præſtet juramentum corporale coram judice a quo quod in conſcientia ſua juſtam habent appellandi cauſam: præterea etiam ut appellatione a procancellario ad academiam facta utraque pars tam appellans quam appellata et utriuſque etiam partis advocatus patronus et procura-

Digitized by Google

tor ſimiliter juramentum præſtent corporale quod neque directe neque indirecte vel per ſe vel per alium quempiam ſeptemviros apud quos poteſtas eſt delegatos judices nominandi ſolicitent ad aſſignandum aliquem delegatum ſed ipſorum judicio talem nominationem libere permittent et ut quæcunque appellationes deinceps in quibuſcunque forenſibus controverſiis ſive ab interlocutoria ſententia ſive diffinitiva interponentur eas intra quadraginta dies proxime poſt inhibitionem factam numerandos quocunque impedimento non obſtante delegati judices virtute juramenti ſui academiæ præſtiti terminare teneantur niſi forte per partem appellantem ſteterit hujuſmodi dilatio quo in caſu irrita ſit appellatio et pro deſerta habeatur. Proviſo ſemper ut quoties propter peſtem in academia aut urbe Cantabrigienſi graſſantem dies juridici a domino judice juxta morem academiæ non teneantur quamdiu hujuſmodi impedimentum duraverit tamdiu hoc ſtatutum locum non habeat: præterea ut appellationes quaſcunque jam pendentes coram delegatis quibuſcunque delegati deſignati intra centum dies immediate dehinc ſequentes quocunque impedimento non obſtante virtute juramenti ſui academiæ præſtiti terminare teneantur niſi forte ut ſupra per partem appellantem ſteterit hujuſmodi dilatio quo in caſu irrita ſimiliter ſit appellatio et pro deſerta habeatur et ut hoc decretum veſtrum pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra decem dies immediate ſequentes inſcribatur.

Lib. procan. p. 82.
Lib. proc. ſen. fol. 92. *b*.

Maii 3. 1603. FORASMUCH as it hath pleaſed Almighty God to call to his mercy the high and mighty princeſs queen Elizabeth our late ſovereign from whom the body of this univerſity hath received innumerable and unſpeakable benefits which neither can nor ought to be forgotten

May it pleaſe you that yearly for ever hereafter the preacher of the univerſity or his aſſignee in his ſermon ad clerum whereunto he is tyed by the ſtatutes of this univerſity may give God thanks as well for her faithful departure out of this life as alſo for her ineſtimable

Digitized by Google

ineſtimable favours beſtowed upon us wherein we ſhall not only perform our duties but alſo give occaſion to her ſucceſſors for our mindfulneſs of her majeſty to eſteem the better of us.

Lib. grat. E. p. 24.
Lib. procan. p. 83.

PLACET vobis ut quicunque doctrinam vel diſciplinam ecclefiæ Anglicanæ vel ejus partem aliquam legibus publicis ſtabilitam ſcriptis vel dictis vel quocunque modo in academia Cantabrigienſi publice oppugnaverit ab omni gradu ſuſcipiendo excludatur et a ſuſcepto ſuſpendatur ipſo facto. Jun. 9. 1603.

Lib. procan. p. 83.

QUONIAM æquum eſt et ad decus dignitatemque academiæ accommodatum ut qui ſummum in academia magiſtratum gerunt ſupremo etiam honoris titulo inſigniantur Nov. 24. 1606.

Placet vobis ut quivis procancellariatus munere ornatus ipſo facto idoneus ſit ad gradum doctoratus in quacunque facultate ſuſcipiendum et ad plenariam admiſſionem creationemque in frequenti ſenatu obtinendum: ita tamen ut eadem annorum intervalla eadem exercitia eædem ſolutiones præſtentur quæ ex veteri inſtituto præſtari ſolebant niſi ſpeciali gratia aliter per vos diſpenſatum fuerit atque ut hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto in perpetuum habeatur et in libris procuratorum infra decem dies inſcribatur.

Lib. grat. A. fol. 199. a.
Lib. grat. E. p. 90.

CUM

Digitized by Google

Jan. 31. 1606. CUM conceſſa eſſet gratia ut quivis procancellariatus munere ornatus ipſo facto ad gradum doctoratus ſuſcipiendum idoneus habeatur

Placet vobis ut dicta gratia in poſterum irrita atque inanis pronuntietur atque ut hæc conceſſio veſtra infra decem dies in libris procuratorum inſcripta ſignificetur.

Lib. grat. E. p. 93.

Oct. 10. 1607. CUM academiæ ſtatuto cautum ſit ut omnes cauſæ et lites quæ ad univerſitatis notionem pertinent et procancellarii et commiſſarii judicio ſubjiciantur infra triduum ſi fieri poteſt finem accipiant

Placeat vobis ut ſi quiſpiam advocatus vel procurator feodum vel mercedem vel pecuniam ullam aut aliquod quod pecunia eſtimari poteſt poſt tertium diem juridicum a quopiam acceperit ipſo facto officio ſuo miniſterio et loco privetur et ut ſemper deinceps inhabilis ſit ad cauſas tractandas coram vice-cancellario.

Lib. procan. p. 83.

Lib. proc. jun. fol. 195. *b.*

Non revocatur hoc ſtatutum ſed novum conceditur octobr. 24 1609 *prout patet infra.* Lib. procan.

Jun. 30. 1608. De tempore diſputationum. DISPUTATIO theologica tam in veſperiis quam ipſo comitiorum die hora octava inchoetur nec omnino ultra duodecimam protrahatur. Huic ne ſint impedimento lectiones in veſperiis ordinariæ hora ſeptima incipiant.

Philoſophica diſputatio in veſperiis ab hora prima erit uſque ad tertiam in die a diſputatione theologica finita ad ſecundam nec omnino ultra tertiam protrahatur. Horarum quæ ſuperſunt alteram in jure civili alteram in medicina diſputationibus aſſignamus. Ipſam denique comitiorum calcem muſica diſputatione ab hujuſce facultatis inceptore præſtanda aut procuranda una cum hymno claudi

Digitized by Google

claudi volumus. Baccalaureus vero in muſica ſi non in comitiis ſaltem in ſcholis publicis pro gradu reſpondebit vel quæſtionem in ea ſcientia legendo latino ſermone determinabit. Quod ſi in jure civili vel medicina nulla ſit futura in comitiis diſputatio reliquæ (verum differendo potius quam dicendo) poterunt aliquanto producti.

De moderatoribus.

In diſputatione theologica utraque procancellarius erit moderator ac determinator ſi theologus fuerit atque ſi ipſi placuerit ſin minus alius in theologia doctor a procancellario aſſignandus juxta ſtatuta regia.

Reliquarum facultatum diſputationes procuratorum opera regantur ita tamen ut ſingulis diſputationibus eos qui in ea facultate profeſſionem fecerint (ſi commode haberi poſſint) præficiant.

Eorumque officio.

Moderatoris in quavis facultate partes erunt inter diſputandum expatiantes revocare tempori prudenter juxta præſcriptos modo limites moderari ſi argumento cuiquam reſpondens non plene ſatisfecerit tunc et non antea nodum ſi voluerit breviter ſolvere melioris notæ opponentibus uberiorem differendi copiam modo non prodige concedere. Ejus oratio interlocutoria nec prolixa ſit nec nimium crebra verum rationibus propoſitis in formam redigendis urgendis demumque repellendis accommodata. Eidem ſi quis diſputantium ſecundo monitus parere recuſaverit immodeſtiæ et inobedientiæ notam ipſo facto incurrito.

De orationum menſura.

Nulla in quacunque facultate moderatoris patris procuratoris aut reſpondentis determinatio quæſtionis explicatio ſeu quæcunque alia continuata dictio dimidium horæ ad ſummum ſuperet in brevius autem ſpatium compingi in philoſophia reſpondentium moderantium prævaricantium orationes necnon patris theologici (ſi qua ante evocatum reſpondentem uti velit) præfaciunculam æquum judicamus: a quo ut a reliquarum facultatum patribus ne tempori obſint filios doctoratus candidatos ſolitis cæremoniis ſimul ſemelque ornandos cenſemus.

De oppoſitionibus.

Oppoſitio omnis prorſus ſyllogiſtica eſto ſemota omni et excurſione et prolixiore præſertim quæ ad cauſam non attineat præfatione.

Digitized by Google

fatione. Quod ſi quis ſubitanea pollens dicendi facultate ad reſpondentis explicationem refutandam ſe accinxerit venia a moderatore conceſſa ſemel tantum breviterque agat: quam etiam reſpondenti ſuam ab adverſario læſam defenſionem reſarciendi copiam non denegamus. Penes candidatos etiam citra quæſtiones propoſitas paucula præfandi arbitrium eſto.

De reſpondentibus. Reſpondens ſingulos opponentium ſyllogiſmos diſtincte repetat ad aliquam propoſitionem aut terminum directe breviterque reſpondeat a fuſiori dictione inter diſputandum abſtineat niſi cum obſcurioris alicujus reſponſi ſenſum citra diſputationis impedimentum explicaturus ſit.

De modeſtia. Scurrilis omnis dicacitas ineptæ impuræ inurbanæ facetiæ rixæ convitia theatralem cachinnum moventia ab oribus oriſque academicorum longe exulent. Sales tamen venuſtos ac literata ſuavitate conditos inter philoſophandum præſertim in prævaricatore approbandos et laudandos etiam cenſemus.

De locorum ordinumque diſtinctione. Loca comitiorum editiſſima quæ in ambitu ſunt doctores et melioris notæ peregrini occupent cautione habita ne doctoribus opponentibus moleſtiæ ſint aut impedimento. Interiores quæ gradibus diſtinguuntur ſedes magiſtri artium in habitu ſuo ornati vendicent. Baccalaurei artium in infima areæ parte conſiſtant. Quod ſi quis infra magiſterium conſtitutus locum gradu ſuo ſuperiorem arripuerit niſi artium magiſtro jubenti ſtatim ceſſerit ſolitæ cenſuræ ſubjiciatur.

Præmiſſæ comitiorum leges quotannis in domo regentium per procuratorum alterum circiter undecimam diem junii publice perlegantur.

QUUM in diſputationibus comitialibus (ex quarum celebritate de academiæ honore agitur) de ſingulis circumſtantiis ad decorum ordinemque ſpectantibus per ſtatuta regia ſatis non ſit proviſum unde temporum progreſſu varios defectus et exceſſus etiam advenis ingratos academia experta eſt

Placet vobis ut harum diſputationum forma quædam concepta ſcriptis

Digitized by Google

ſcriptis mandata modo lecta ſtatutis regiis non adverſa veſtris judiciis approbetur pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum deſcribatur.

Lib. grat. E. p. 107. 104.
Lib. proc. ſen. fol. 93. a.

CUM ſtatutis academiæ noſtræ cautum ſit ut omnes cauſæ in aliqua curia univerſitatis motæ omni juris ſolennitate ſemota et ſola facti veritate inſpecta debite terminentur infra triduum (ſi commode fieri poſſit) quæ quidem ſtatuta (inter alia) quilibet advocatus procurator et alii omnes ſeſe ad poſtulandum gerentes in curiis prædictis virtute juramenti ſtricte tenentur obſervare quibus tamen non obſtantibus jampridem omnes pene lites coram procancellario et commiſſario univerſitatis noſtræ inceptæ potius in triennium quam triduum prorogantur in manifeſtam privilegiorum et ſtatutorum noſtrorum violationem honoris et juriſdictionis academiæ ſcandalum et opprobrium et litigantium vexationem ac diſpendium Oct. 24. 1609.

Placet igitur vobis ut ſubſequens ordo in omnibus et ſingulis cauſis poſthac in curiis univerſitatis motis ſeu movendis ſtricte obſervetur viz.

Imprimis *arreſtetur reus ſi poſſit apprehendi ſi non poſſit fiat citatio peremtorie viis et modis. Reo capto ſeu bonis ſuis ex primo decreto ſalva cuſtodia cuſtodiatur donec fidejubeat coram academiæ regiſtrario vel ejus deputato ſe compariturum proximo die juridico ex tunc ſequenti et ſic poſtea quolibet &c. Reo autem non comparente ſtatim luant fidejuſſores ſine favore. Inſuper juxta tenorem ſtatutorum academiæ noſtræ principales perſonæ factum ipſum per ſe proponant videlicet actor per ſe ſuam actionem et reus ſuam defenſionem nec defenſores vel procuratores admittantur pro eiſdem niſi adverſa valitudine vel alia legitima cauſa per dominum approbanda ſint detenti quo minus in judicio ſuam præſentiam poterunt exhibere de quibus in principio coram domino procancellario vel commiſſario vel delegatis judicibus fidem faciat juramento: quo præſtito et cauſa utrinque declarata et non antea admittantur. His omnibus ſic ut præcipitur factis et obſervatis

* arctetur. Lib. procan.

Digitized by Google

fatione. Quod si quis subitanea pollens dicendi facultate ad respondentis explicationem refutandam se accinxerit venia a moderatore concessa semel tantum breviterque agat: quam etiam respondenti suam ab adversario læsam defensionem resarciendi copiam non denegamus. Penes candidatos etiam citra quæstiones propositas paucula præfandi arbitrium esto.

De respondentibus. Respondens singulos opponentium syllogismos distincte repetat ad aliquam propositionem aut terminum directe breviterque respondeat a fusiori dictione inter disputandum abstineat nisi cum obscurioris alicujus responsi sensum citra disputationis impedimentum explicaturus sit.

De modestia. Scurrilis omnis dicacitas ineptæ impuræ inurbanæ facetiæ rixæ convitia theatralem cachinnum moventia ab oribus orisque academicorum longe exulent. Sales tamen venustos ac literata suavitate conditos inter philosophandum præsertim in prævaricatore approbandos et laudandos etiam censemus.

De locorum ordinumque distinctione. Loca comitiorum editissima quæ in ambitu sunt doctores et melioris notæ peregrini occupent cautione habita ne doctoribus opponentibus molestiæ sint aut impedimento. Interiores quæ gradibus distinguuntur sedes magistri artium in habitu suo ornati vendicent. Baccalaurei artium in infima areæ parte consistant. Quod si quis infra magisterium constitutus locum gradu suo superiorem arripuerit nisi artium magistro jubenti statim cesserit solitæ censuræ subjiciatur.

Præmissæ comitiorum leges quotannis in domo regentium per procuratorum alterum circiter undecimam diem junii publice perlegantur.

QUUM in disputationibus comitialibus (ex quarum celebritate de academiæ honore agitur) de singulis circumstantiis ad decorum ordinemque spectantibus per statuta regia satis non sit provisum unde temporum progressu varios defectus et excessus etiam advenis ingratos academia experta est.

Placet vobis ut harum disputationum forma quædam concepta scriptis

Digitized by Google

ſcriptis mandata modo lecta ſtatutis regiis non adverſa veſtris judiciis approbetur pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum deſcribatur.

Lib. grat. E. p. 107. 104.
Lib. proc. ſen. fol. 93. a.

CUM ſtatutis academiæ noſtræ cautum ſit ut omnes cauſæ in aliqua curia univerſitatis motæ omni juris ſolennitate ſemota et ſola facti veritate inſpecta debite terminentur infra triduum (ſi commode fieri poſſit) quæ quidem ſtatuta (inter alia) quilibet advocatus procurator et alii omnes ſeſe ad poſtulandum gerentes in curiis prædictis virtute juramenti ſtricte tenentur obſervare quibus tamen non obſtantibus jampridem omnes pene lites coram procancellario et commiſſario univerſitatis noſtræ inceptæ potius in triennium quam triduum prorogantur in manifeſtam privilegiorum et ſtatutorum noſtrorum violationem honoris et juriſdictionis academiæ ſcandalum et opprobrium et litigantium vexationem ac diſpendium Oct. 24. 1609.

Placet igitur vobis ut ſubſequens ordo in omnibus et ſingulis cauſis poſthac in curiis univerſitatis motis ſeu movendis ſtricte obſervetur viz.

Imprimis * arreſtetur reus ſi poſſit apprehendi ſi non poſſit fiat citatio peremtorie viis et modis. Reo capto ſeu bonis ſuis ex primo decreto ſalva cuſtodia cuſtodiatur donec fidejubeat coram academiæ regiſtrario vel ejus deputato ſe compariturum proximo die juridico ex tunc ſequenti et ſic poſtea quolibet &c. Reo autem non comparente ſtatim luant fidejuſſores ſine favore. Inſuper juxta tenorem ſtatutorum academiæ noſtræ principales perſonæ factum ipſum per ſe proponant videlicet actor per ſe ſuam actionem et reus ſuam defenſionem nec defenſores vel procuratores admittantur pro eiſdem niſi adverſa valitudine vel alia legitima cauſa per dominum approbanda ſint detenti quo minus in judicio ſuam præſentiam poterunt exhibere de quibus in principio coram domino procancellario vel commiſſario vel delegatis judicibus fidem faciat juramento: quo præſtito et cauſa utrinque declarata et non antea admittantur. His omnibus ſic ut præcipitur factis et obſervatis

* arctetur. Lib. procan.

Digitized by Google

primo die juridico detur materia ſive fiat facti declaratio: fiat etiam litis conteſtatio et præſtet reus juramentum de fideliter reſpondendo et moneatur ad ſubeundum examen infra triduum (niſi cauſæ ſint leviores et ordinariæ in quibus poteſt judex ſtatim tam partes principales quam teſtes ſi quos præſentes habeat publice interrogare et examinare de veritate facti et omni ſolennitate prorſus ſemota cauſam ſtatim finaliter determinare) ſed utcunque triduo elapſo vel antea (ſi fieri poſſit) habeat actor copiam reſponſi ut videat an opus habeat ulteriori probatione et ſciat quid ultra ei faciendum habeat etiam ad probandum in proximum et poſt triduum exeat compulſorium pro teſtibus.

Secundo die juridico veniat actor paratus ad probandum et teſtes ſuos producat ſi quos habeat; Teſtes judex in levioribus et ordinariis cauſis poteſt ut ſupra publice interrogare de veritate materiæ ſive allegationis et ſtatim cauſam finaliter determinare. Sin cauſa longior ſit et altiorem examinationem requirat habeat reus biduum pro interrogatoriis et intra principium tertii diei et diem proximum juridicum examinentur teſtes tam ſuper materia originali actoris quam ſuper interrogatoriis per reum datis.

Tertio die juridico publicentur dicta teſtium et aſſignetur ad ſententiam in proximum et proximo feratur ſententia niſi reus velit excipere: ſi velit detur reo proximus ad excipiendum: quo die adveniente reſpondeat actor ut ſupra reus actori et præſtet juramentum et ſubeat examen ut ſupra et reo detur terminus ad probandum in proximum et fiat ut ſupra actori.

Quarto die producantur teſtes rei ſi quos habeat qui juramento ſuſcepto moneantur examinari citra proximum reliquaque fiant per judicem vel in publica teſtium examinatione vel in concedendis alteri interrogatoriis quæ ſecundo die juridico fiebant de teſtibus actoris.

Quinto die publicentur dicta teſtium rei aſſignetur ad ſententiam proximo et ad informandum interim.

Sexto die feratur ſententia.

Septimo

Digitized by Google

Septimo et ultimo nisi interim ab altera parte appellatum fuerit mandetur sententia executioni.

Placet etiam vobis ut quilibet advocatus procurator sive causarum defensor necnon quilibet officiarius curiarum academiæ nostræ virtute juramenti sui corporalis per eorum quemlibet præstandi præmissa omnia et singula stricte teneantur observare priusquam in ullis causis in posterum in dictis curiis movendis admittantur et ut iste ordo et hæc concessio vestra pro statuto habeatur et in libris procuratorum infra decem dies jam proxime sequentes inscribatur.

Lib. procan. p. 84.
Lib. proc. sen. fol. 200. b. 190. a. b.

ARE you pleased that no grace shall pass in the regent house touching the leasing granting alienating or disposing of any your lands tenements or hereditaments or any other right or estate of inheritance or for life or term of years belonging to the university or touching any alienation of any right any way belonging to the university before the same grace hath been read in three several congregations or convocations or in the same congregations or convocations continued: and if any such grace shall hereafter pass contrary to the provision of this grace that the same be void to all intents and purposes and that this your grant be a statute and written in the proctors books within fifteen days next following. Aug. 3. 1612.

Lib. grat. E. p. 176.
Lib. procan. p. 86.

PLACET vobis ut juxta tenorem literarum a serenissimo rege Jacobo missarum hoc in senatu decernatur ut nullus in posterum sibi concessam habeat gratiam pro gradu baccalaureatus in theologia vel doctoratus in aliqua facultate adipiscendo qui non prius coram domino procancellario aut ejus deputato tribus articulis nimirum regii primatus liturgiæ Anglicanæ et articulorum religionis de quibus convenerunt archiepiscopi et episcopi anno Jul. 7. 1613.

Digitized by Google

domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo propria manu ſua ſubſcripſerit et ut hæc conceſſio veſtra loco ſtatuti habeatur et in libris procuratorum infra decem dies inſcribatur.

Lib. grat. 2. p. 194.
Lib. procan. p. 86.
Lib. proc. ſen. fol. 94. a.

Feb. 7. 1613. CUM oratoris veſtri munus multis expoſitum laboribus parvo admodum ſtipendio compenſetur parum digno tam honeſtæ exiſtimationis officio nec ei quo academiæ Oxonienſis orator gaudet dimidia ex parte pari

Placet vobis ut in annuum ejus quo jam fruitur ſtipendii incrementum ſinguli deinceps admittendi ad reſpondendum quæſtioni et ad incipiendum in artibus duodecim inſuper denarios oratori ſolvant et ut hæc conceſſio veſtra procuratorum libris infra decem dies inſerta pro ſtatuto in perpetuum habeatur.

Lib. grat. 2. p. 207.
Lib. proc. ſen. fol. 94. b.
Lib. proc. jun. fol. 195. b.

Jun. 25. 1622. CUM ſereniſſima regis majeſtas pro ſingulari quo academiam noſtram favore atque benevolentia complectitur typographorum Londinenſium inſolentiam non ita pridem qui et academiam magiſtratuſque veſtros dicteriis inceſſere et antiqua privilegia veſtra acriter oppugnare non verentur eouſque compeſcuerit ut typographo veſtro omnia Lilianæ grammaticæ exemplaria (typis ipſis excuſa) vendendi gratiam fecerit illi vero contra in quibus Coryphæi ſunt Johannes Bill Bonhamus Norton Gulielmus Barrett et Clemens Knights ea jam inter ſe conſilia ceperint ut opulentiores ex iis præfatas grammaticas juſtiſſimo utcunque pretio venales omnino non coemant reliqui vero bibliopolæ minis ipſorum deterriti coemere etiam reformident qua ſe techna effecturos non dubitant quin et fruſtra vobis ſit clementiſſimi regis indulgentia et typographo veſtro brevi res ad reſtim redeat et privilegia veſtra aut ſubvertantur funditus aut omnino ſubnerventur

Placeat

Digitized by Google

Placeat itaque reverentiis vestris grassanti huic pesti (quantum in vobis est) tempestive occurrere eaque pro vestra authoritate decernere atque statuere quibus tam nefarii contra vos artificii aciem possitis ex aliqua parte retundere viz.

1°. Quod nulli bibliopolæ sive librarii in hac academia ullos libros aut authores in posterum directe per se aut indirecte per alios a præfatis Bill Norton Barrett et Knights aliove aliquo Londinensi qui cum illis societatem bonorum inierit emant aliquando vendantve iis aliquos aut quicquam cum iis omnino contrahant nisi concessa prius venia sub manu domini procancellarii et majoris partis præfectorum: qui secus fecerit primo decem minis mulctetur secundo viginti minis tertio privilegiis vestris ita exuatur ut illius commercio contractibusque interdictum sit scholaribus atque academicis omnibus ad tres menses nisi vos tum aliter velitis jubeatis.

2°. Quod quilibet bibliopola sive librarius Cantabrigiensis sub consimili omnino pœna teneatur catalogum verum omnium omnino librorum atque authorum quos Londini alibive coemerit et nomina eorum omnium quibuscum vel in quorum usum contraxerit exhibere domino procancellario quater in unoquoque anno ad festa sc. nativitatis Christi annunciationis st^i. baptistæ et st^i. Michaelis aut intra quatuor dies eadem festa proxime sequentes.

3°. Cum antiquo quodam statuto vestro cautum sit sub pœna ne quis bibliopola aut librarius per se aut per suos cum pupillis vestris ullum ineat contractum sine expresso consensu curatoris non librum aliquem emere ausit nisi a vero domino quod sub ejusdem statuti pœna quilibet eorum teneatur justum cujusque libri pretium ita per se aut per suos coempti nomina etiam tam authorum quam vendentium diem denique et tantum ejusdem contractus libro fideliter descripta custodire atque exhibere quoties procancellarius jusserit.

4°. Quod jus ipsum excudendi omnes libros atque etiam exemplaria omnium librorum jure academico hactenus excusorum aut excudendorum in posterum post mortem aut resignationem aut quamcunque cessionem alicujus typographi vestri ad illius vel hæredes

Digitized by Google

hæredes vel assignatos ulterius non transferantur quam eorum quilibet et apud vos commoratus et privilegio vestro typographico gavisus fuerit quodque istiusmodi cautio et conditio expresse inseratur cuilibet indulto vestro privilegio sive instrumento typographico sub literis vestris patentibus unquam exituro sub pœna nullitatis ejusdem privilegii.

5°. Quod quemcunque authorem typographus vester aliquando excuderit bibliothecæ vestræ infra mensem conferat eundem probe sciteque connexum atque colligatum sub pœna quadruplicis pretii ejusdem.

6° Quod quilibet bibliopola librarius atque typographus degens intra limites hujus academiæ intra biduum si jam domi adsit atque bene valeat aut intra biduum postquam redierit vel convaluerit juramentum solenne præstet coram domino procancellario de fidelissima observatione omnium jurium privilegiorum statutorum atque decretorum hujus academiæ. Qui renuerit privilegio suo omnino excidat.

7°. Quod quicunque bonis literis in academia hac vel jam incumbit vel incumbet aliquando privilegiove academico aut gradu aliquo fruitur in præsentiarum aut in posterum fruetur si authorem aliquem quocunque idiomate aut librum a se aliisve compositum typis mandatum velit ubicunque in Anglia vixerit exemplaria ejusdem academiæ typographis primo vel saltem domino procancellario offerat sub justo pretio et quantum alii typographi bona fide præstituri erant ex arbitrio domini procancellarii et quatuor seniorum academiæ doctorum vel majoris partis eorundem.

8°. Quod quilibet qui hic gradum aliquem susceperit in posterum expressam fidem det in admissione sua tum de observatione proximæ citati articuli tum quod si ludi-magister alicubi vel sit vel aliquando fuerit librosque aliquos qui et hic in academia imprimuntur pueris suis commode prælegere possit eosdem non aliis typis quam academicis excusos in scholam suam introduci sinat modo et æquo pretio iidem libri hic veneant et imprimantur ex authoritate regia.

Placeat

Digitized by Google

Placeat igitur reverentiis veſtris ut octo hi articuli authoritate veſtra firmiſſime communiti atque ter promulgati in libros procuratorum fideliſſime inſcribantur virtutemque et vim ſtatutorum ad omnem juris effectum per præſentem veſtram conceſſionem obtineant.

Lib. grat. Z. p. 39.

PLACET vobis ut non niſi alter e procuratoribus ad munus paternitatis in majoribus comitiis ab inceptoribus in artibus quotannis eligatur: qui ſic electus non alium quacunque de cauſa ſibi ad id muneris obeundum ſubſtituet præterquam in quem proconcellarius et major pars præfectorum collegiorum conſenſerint. Ita tamen ut univerſa emolumenta quacunque ratione qua ſtatuto qua conſuetudine patri contigerint inter binos procuratores æquo jure diſtribuantur et ut iſte ordo et hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra decem dies jam proxime ſequentes inſcribatur. Maij. 14. 1624.

Lib. grat. Z. p. 78.
Lib. proc. ſen. fol. 200. a.
Lib. proc. jun. fol. 197. a.

CUM ſingula negotia academica non niſi cum magna deliberatione tranſigi debeant cumque ſubita ſuffragiorum præcipitatio magna ſecum trahere ſoleat incommoda Maij. 14. 1624.

Placet vobis ut unanimi procancellarii regentium et non-regentium authoritate ſtatutum et decretum ſit ut omnis bonorum academiæ mobilium vel immobilium alienatio vel ad firmam dimiſſio vel ad beneficia præſentatio vel denique qualiſcunque conceſſio (ubi contrarium non ſit ſpecialiter proviſum in ſtatutis) duarum congregationum moram expectet quarum in prima legatur tantum et proponatur et non niſi per alterius congregationis ſuffragia rata habeatur hac etiam interpoſita cautione ut ſi prior congregatio antemeridiana fuerit poſterior ſit a meridie ſin prior pomeridiana fuerit non niſi craſtino die aut intra ſeptimanam tranſigatur aliter de novo ſenatui ſecundum hanc formulam præmiſſam proponatur.

Et

Digitized by Google

Et ſi ſecus fiat omnis hujuſmodi bonorum alienatio vel ad firmam dimiſſio vel ad beneficia præſentatio vel qualiſcunque denique conceſſio nulla et irrita habeatur. Quo tamen ſtatuto veſtro nobilium et Oxonienſium et quæſtioniſtarum hujus academiæ præſentanea admiſſio non impediatur: et hoc decretum veſtrum pro ſtatuto habeatur inque libris procuratorum infra decem dies immediate ſequentes inſcribatur.

Lib. grat. Z. p. 79.
Lib. proc. jun. fol. 198. a.

Jan. 28. 1624. PLACET vobis ut quicunque in partibus tranſmarinis gradum doctoratus in medicina ſuſceperint et poſtea in hac celeberrima academia Cantabrigienſi ad eundem gradum admitti ſeu apud vos incorporari ut dicitur poſtulaverint diſputationem more reſpondentium in hac academia in ſua facultate perficiant priuſquam admittantur ſeu incorporenter et ſenioritatem tantum habeant in hac academia ab eo die quo admiſſi fuerint niſi aliter ex juſta cauſa per majorem partem regentium et non-regentium approbanda per academiam diſpenſatum fuerit: quod ſi quis aliter admiſſus aut incorporatus fuerit ut ejus admiſſio ſeu incorporatio pro nulla habeatur atque ut hoc decretum veſtrum ſtatuti deinceps vim obtineat et infra decem dies in libros procuratorum referatur.

Lib. grat. Z. p. 104.
Lib. proc. ſen. fol. 184. a.
Lib. proc. jun. fol. 194. a.

Apr. 8. 1625. CUM piæ memoriæ ſereniſſimus rex Jacobus qui innumeris et in æternum recolendis beneficiis academiam noſtram beaverit miſericordia divina ad Regnum cœleſte ſit evectus

Placet vobis ut perpetuis temporibus futuris is qui quarta dominica quadrageſimæ ante meridiem ſit concionaturus ſolenni more gratias Deo agat tam de maturo et fœlici dicti ſereniſſimi regis ab hac vita deceſſu quam de memorabilibus illis beneficiis quibus ex Jacobi benignitate nos fruimur et ſucceſſores noſtri ſunt fruituri et ut hæc veſtra conceſſio loco ſtatuti habeatur et in libris procuratorum infra decem dies inſcribatur.

Lib. grat. Z. p. 105.

CUM

Digitized by Google

CUM ſtatutis cautum ſit ut medicinæ baccalaureus tres anatomias videat medicinæ ſtudioſus duas regiuſque in medicina lector unam quotannis faciat modo auditores impenſas perſolvant verum per aliquot jam retro luſtra quo parceretur exiguo ſumptui ceſſatum prorſus fuerit ab anatomiis faciendis in præclariſſimæ facultatis medicæ chirurgiæque ingens apud nos detrimentum inque ſtatutorum et ſtudioſorum fraudem non ferendam Jan. 28. 1627.

Placet vobis ut communi hac veſtra conceſſione (in libris procuratorum inſerenda pro ſtatuto ad quinquennium ſubſequens duraturo) proviſum de cætero atque ordinatum ſit ad impenſas unius ſaltem anatomiæ quotannis ſuppeditandas videlicet ut procuratores a ſingulis qui gratiam hic aliquam in medicina aut chirurgia obtinent ejuſce rei reſpectu exigant tredecim ſolidos et quatuor denarios a ſingulis vero admittendis ad reſpondendum quæſtioni vel ad incipiendum in artibus eodem intuitu exigant unicam tantum drachmam atque iſtas ſummas pro receptorum ratione ciſtæ communi fideliter perſolvant in craſtino diei cinerum atque magnorum comitiorum. Procancellarius vero a ſingulis ſociis collegiorum non doctoribus quos medicæ profeſſionis privilegio gaudere conſtabit menſe junio quotannis exigat decem ſolidos ſolvendos per magiſtrum collegii aut burſarium ejuſdem ſub virtute juramenti ad petitionem procancellarii per bedellum atque applicandos eidem communi ciſtæ in computo.

Idem denique procancellarius lectorem in medicina regium ineunte termino poſt Chriſti natales moneat ut ſe ad legendum paret locumque ipſi cum poſtulaverit opportunum et dies tres aut quatuor aſſignet anatomiæ faciendæ et in craſtino finitarum lectionum ſuarum anatomicarum perſolvat ipſi e ciſta communi impenſas omnes tam pro inſtrumentis quam pro mercede eorum quorum opera uſus eſt in cadavere advehendo diſſecando ſepeliendove cæteraque quæ par eſt in anatomia fieri peragendo. Proviſo ſemper quod ſi intra hoc quinquennium prælectiones iſtæ anatomicæ ex aliquo defectu omittantur etiam et ſolutiones omnes ſupradictæ in eundem annum pariter omittentur.

Lib. grat. Z. p. 153.
Lib. proc. jun. fol. 199. *a.*

Digitized by Google

Maii 14.* 1628. CUM aliqui ad reſpondendum quæſtioni admiſſi contra uſitatas conſuetudines hujus academiæ et ante tempus in ſtatutis noſtris præſcriptum in ordinem magiſtrorum in artibus cooptati fuerint

Placet vobis ut omnes ii quibus poſt ultimum actum et ante decimum quartum januarii veſtra dignitas admiſſionem ad reſpondendum quæſtioni in poſterum conceſſerit virtute juramenti academiæ præſtiti obſtringantur ſe neque hic neque Oxonii cum gradum magiſterii ambiant terminorum computum facturos ab ea admiſſione ſed a finali determinatione admiſſionem ſubſequenti utque hoc decretum veſtrum pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra novem dies inſcribatur et in eorum admiſſione perlegatur in hæc verba

Statuimus etiam quod unuſquiſque ad reſpondendum quæſtioni poſt ultimum actum et ante decimum quartum januarii admiſſus virtute juramenti academiæ præſtiti obſtringatur ſe neque hic neque Oxonii cum gradum magiſterii ambiat terminorum computum facturum ab admiſſione ſed a finali determinatione in quadrageſima admiſſionem ſuam ſubſequenti.

* In Lib. Grat. "24 maii". Lib. grat. Z. p. 156. Litt. proc. jun. fol. 198. b.

Mar. 13. 1628. QUUM illuſtriſſimi domini comitis Hollandiæ noſtrique cancellarii longe honoratiſſimi munificentia libri procuratorum nimia vetuſtate obliterati de novo jam ſint exſcribendi atque adornandi in quibus nec omnia plane inter ſe reperiantur eadem nec eodem digeſta ordine quin et nonnulla quæ inſcribi oportebat in utriſque penitus omiſſa ſint alia vero non pauca (unde volumina excreſcunt) iſtiuſmodi ſint ut iis exſcribendis inſudare vix ſit pretium operæ

Placet vobis ut una cum domino procancellario et dominis procuratoribus D^r. Ward D^r. Beale D^r. Butts D^r. Eden M^r. Land M^r. Freeman M^r. Barlow M^r. Roberts M^r. Hopkins M^r. Alſop aut eorum

Digitized by Google

eorum aliquot quinque (e quibus dominus procancellarius et alter procuratorum ſemper ſint duo) auctoritate veſtra deputentur qui libros prædictos ſumma cum fide et ſinceritate ſub virtute juramenti academiæ præſtiti diligenter conferant in ordinem quam fieri potèſt maxime concinnum redigant quid de jure adſcribi quid contrahi aut omitti poſſit cenſeant. Ea tamen conditione ut cum novi libri accedant etiam et veteres iſti in perpetuam rerum memoriam quotannis tranſmittantur in ſenatu ad ſuccedentes procuratores ſub ſyngrapha centum librarum ab ipſis exigenda de eorundem librorum ſalva cuſtodia.

Lib. grat. Z. p. 173.

QUANQUAM nihil nobis ſanctius eſſe &c. Jun. 10. 1629.

Vid. grat. feb. 22. 1646.

Lib. grat. Z. p. 172.

FIRST the ſtatute made 4 ſept. 1587 and the ſtatute made 3 nov. 1575 were read in the regent houſe to the regents and non-regents by the ſenior proctor and then this ſchedule by him was publiſhed july 20. 1629 Jul. 20. 1629.

By conſent of the heads of colleges and other doctors of the univerſity theſe partys underwritten are thought not worthy with whom we or any that enjoys the privilege of the univerſity ſhould have any commerce or ſhould contract or deal with them in any ſort according to the tenor of the ſtatutes now read unto you.

William Bridge atturney.

ffrancis Haſelopp public notary.

Edward Aldmond
Thomas Oliver
John Ball
.... Scott
} Chandlers.

Lib. grat. Z. p. 172.

Digitized by Google

Jul. 20. 1629. CONCEDITUR eodem die that beſides the ordinary publications of the names of ſuch as are at any time pronounced unworthy of your commerce there ſhall alſo (the next day after that they are ſo pronounced) a note of their names be ſet upon the ſkreen of every college under the regiſters hand to the end that no man may plead ignorance in the ſame.

Lib. grat. Z. p. 172.

Sept. 1. 1629. WHEREAS for want of due information it is feared that ſome of thoſe which do appertain to our body to the great contempt of your inhibition in that behalf do by their officers children pupils or ſervants ſtill buy and ſell and contract with thoſe townſmen whom you have pronounced unworthy of the commerce of the univerſity

May it pleaſe you to decree and ordain that for the better inciting of your own officers to a vigilancy in this matter the penalty of the offenders may be divided between the univerſity the proctors and the beadles according to the ſtatute of all other mulcts and penalties and that they [*virtute juramenti*] do carefully look unto it. Provided only that if information be brought not by them nor by any of their producing in that caſe the penalty ſhall only be divided between the informers and the univerſity.

Lib. grat. Z. p. 174.

Jul. 6. 1630. PLACET vobis ut verba illa chartæ a ſereniſſima domina Elizabetha nobis indultæ viz. *Licentia ordinariorum locorum ſuper hoc prius minime requiſita* literis teſtimonialibus prædicatorum hoc anno a vobis licentiatorum et in poſterum licentiandorum inſerantur.

Lib. grat. Z. p. 199.

CUM

Digitized by Google

CUM in approbandis iis qui gradum baccalaureatus in artibus ſuſcepturi ſint ſtatutis cautum ſit ut una cum procuratoribus duo in artibus magiſtri a majori parte regentium deputentur qui omnes dictum gradum ambientes examinare et probare teneantur nihilque certi ſtipendii huic negotio operam navantibus a prædictis ſtatutis aſſignetur unde eorum aliqui ſuo arbitrio rem permiſſam arbitrati plus æquo a nonnullis exegerint Jan. 21. 1631.

Placet vobis ut nec examinatores a vobis hoc anno electi nec in poſterum eligendi ab aliquo eorum qui in publicis ſcholis ſe examinandos ſteterint ultra viginti denarios eorum vero qui inibi publicum examen non ſubierint ultra quadraginta accipiant. Et ſi qui contra fecerint ipſo facto totum iſtius muneris emolumentum communi ciſtæ perſolvant et ſuffragiis ſuis in ſenatu per biennium priventur atque ut hoc veſtrum decretum pro ſtatuto habeatur et in libros procuratorum intra decem dies referatur.

Lib. procan. p. 87.

Statutum academiæ pro ſolenni commemoratione benefactorum.

CUM frequens et repetita acceptorum beneficiorum commemoratio pietatem academicam maxime commendet prorogandæ benevolorum hominum famæ plurimum inſerviat et aliorum beneficentiæ in poſterum exercendæ clariſſimum exemplum præbeat tanquam virtutis et præteritæ præmium et futuræ incitamentum Feb. 11. 1639.

Placet vobis ut ad ſupremi numinis majeſtatem venerandam ad beneficorum ac liberalium hominum memoriam ab interritu aſſerendam et academiæ gratitudinem in perpetuum teſtificandam in die dominico qui ante tertium novembris proximus eſt ſolennis et anniverſarius omnium ordinum academicorum conventus in eccleſia beatæ Mariæ ad horam nonam indicatur et inter divinorum officiorum ſolennitates eodem ordine quo in privatorum collegiorum commemorationibus per ſtatuta academiæ præſcribuntur obſervatas extraordinarius aliquis concionator (ex delectu et arbitrio procancellarii ad hoc munus pro tempore aſſignatus) concionem habeat: ut poſt finitam hujuſmodi concionem fundatorum ac benefactorum

Digitized by Google

factorum nomina aperte atque ſingulatim ab eodem recitentur necnon et beneficiorum multitudo ſimul atque amplitudo quibus academiam hanc noſtram vel adauxerint vel exornaverint in publicum proferantur: ut quicunque in futurum eodem ſtudio eadem animi benignitate academiæ Cantabrigienſis utilitatem ac dignitatem promovebunt eundem apud nos honorem eandem nominis celebritatem exinde conſequantur: ut nullo ad matutinum concionandi officium ordinario curſu illo die nominato conſcripta atque uſitata concionatorum ſeries inoffenſo ordine progrediatur: ut venerabiles viri dominus procancellarius D^r. Ward D^r. Cumber D^r. Lany et D^r. Sterne una cum M^ro. Molle oratore M^ro. Hutton et M^ro. Greenhalgh procuratoribus et M^ro. Honywood ſive hi omnes ſive horum quinque vel quatuor huic negotio exequendo præficiantur qui authoritate veſtra communiti acta publica revolvant archiva conſulant prædicta nomina beneficiaque exſcribant colligant et in ordinem diſponant eorumque numerum ac recenſionem manibus ſuis ſubſignatam ante feſtum ſancti Lucæ proxime ſecuturum hic in plena congregatione vobis repræſentent: ut hæc ipſa perſonarum ac beneficiorum enumeratio quotannis in die dominico ante magna comitia proximo ab antemeridiano concionatore poſt abſolutum ſermonem pronuntietur omiſſa tamen illo tempore ſacrorum prædictorum celebratione: ut nulli itidem eodem die ad vices concionandi conſueto modo deſignentur ſed penes ſolum procancellarium poteſtas ſemper ſit duos ex inceptoribus aut baccalaureis in theologia ejuſdem anni vel alios quoſvis pro arbitratu ſuo proſpiciendi qui illo die concionandi officio tam ante quam poſt meridiem defungantur

Placet etiam vobis ut decretum hoc veſtrum poſt prædicta benefactorum nomina collecta et vobis repræſentata ſtatuti vim ac locum obtineat et intra decem dies procancellarii atque procuratorum libris inſeratur.

Recenſio autem benefactorum a procancellario et cæteris ſupra nominatis collecta atque in ordinem digeſta manibuſque ſuis ſubſignata recitata fuit per eundem procancellarium in plena congregatione octob. 10. 1640 et repetita (ſermone vulgari) 17 ejuſdem menſis.

Lib. grat. Z. p. 396.
Lib. procan. p. 87.
Lib. proc. ſen. fol. 95. a.

CUM

Digitized by Google

CUM nonnulli nuper procuratorum authoritatem ementiti communem pacem turbaverint incolarum Cantabrigienſium domos invaſerint et non ſolum tumultuoſas ſed etiam funeſtas rixas excitaverint unde graviſſima infamia intra academiam orta in plurimas hujus regni partes diffuſa ſit Mar. 26. 1640.

Placet vobis ut ad diſciplinam academiæ vindicandam ad enorme hoc dedecus depellandum et tranquillitatem hic publicam firmandam quicunque in poſterum falſam et indebitam procuratorii muneris dignitatem vel poteſtatem ſibi arrogaverint ſub eoque prætextu Cantabrigienſem villam aut aliquam ejus partem pervagati fuerint cujuſque ædes vexaverint oppidanos academicos ſive etiam peregrinos injuria contumelia vel damno affecerint ſine ulla cunctatione carceri per quatuordecim dies includantur neque inde prius liberentur quam quadraginta ſolidos pro admiſſo facinore in manus procancellarii depoſuerint ad uſum communis ciſtæ applicandos. Quod ſi qui eo temeritatis ac petulantiæ proceſſerint ut ſemel in hoc flagitio deprehenſi in idem iterum impingant decreti hujus veſtri authoritate ab academia amoveantur protinus et expellantur ipſo facto.

Placet etiam ut hæc conceſſio veſtra ſtatuti loco habeatur et infra decem dies procancellarii et procuratorum libris inſeratur nec non in ſingulis collegiis intra ſeptimanam proximam promulgetur.

Lib. grat. Z. p. 389.

Dec. 9. 1645.

CUM viceſimo quarto die menſis novembris anno Domini 1606 conceſſum erat ab academia (prout patet e regiſtro veſtro) ut quivis procancellariatus munere ornatus ipſo facto idoneus ſit ad gradum doctoratus in quacunque facultate ſuſcipiendum et ad plenariam admiſſionem creationemque in frequenti ſenatu obtinendam ita tamen ut eadem annorum intervalla eadem exercitia eædem ſolutiones præſtentur quæ ex veteri inſtituto præſtari ſolebant niſi ſpeciali gratia aliter per academiam diſpenſatum fuerit atque ut hæc conceſſio pro ſtatuto in perpetuum habeatur et in libris procuratorum inſcribatur cumque hæc conceſſio in libris procuratorum jam non reperiatur inſcripta ſed viribus caſſa habeatur

Placet

Digitized by Google

Placet vobis ut dicta conceſſio in priſtinum vigorem reſtituatur et authoritate veſtra firma rataque fiat ac perpetuis temporibus futuris vim ſtatuti obtineat inque libris procuratorum infra decem dies proxime ſequentes inſcribatur.

Lib. grat. H. p. 9.
Lib. procan. p. 89.
Lib. proc. ſen. fol. 96. *a.*
Lib. proc. jun. fol. 200. *a.*

Jan. 23. 1645. CUM ad obſervationem quorundam ſtatutorum in baccalaureorum in artibus admiſſione legendorum ſinguli teneantur virtute juramenti ſub pœnis variis in dictis ſtatutis (prout in libris procuratorum integra habentur) expreſſis quarum quidem pœnarum in dictorum ſtatutorum particulis in dicta admiſſione legendis nulla ſit mentio

Placet vobis ut ſinguli in artibus baccalaurei in poſterum admittendi jurent expreſſe ſe vel academiæ ſtatuta (quatenus ipſa ſe concernunt) fideliter obſervaturos vel monitiones correctiones et pœnas dictorum ſtatutorum tranſgreſſoribus incumbentes ſine contradictione quacunque humiliter ſubituros et ut hæc veſtra conceſſio pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra decem dies proxime ſequentes inſcribatur.

Lib. procan. p. 89.
Lib. proc. jun. fol. 200. *b.*

Mar. 20. 1645. CUM ad obſervationem quorundam ſtatutorum in graduatorum admiſſionibus legendorum ſinguli teneantur virtute juramenti ſub pœnis variis in dictis ſtatutis (prout in libris procuratorum integra habentur) expreſſis quarum quidem pœnarum in dictorum ſtatutorum particulis in dictis admiſſionibus legendis nulla ſit mentio

Placet vobis ut ſinguli ad gradum aliquem in poſterum admittendi jurent expreſſe ſe vel academiæ ſtatuta (quatenus ipſa ad ſe ſpectant) fideliter obſervaſſe et obſervaturos vel monitiones correctiones et pœnas dictorum ſtatutorum tranſgreſſoribus incumbentes

Digitized by Google

bentes ſine contradictione quacunque humiliter ſubiiſſe aut ſubituros et ut hæc veſtra conceſſio pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra decem dies proxime ſequentes inſcribatur.

Lib. grat. H. p. 10.
Lib. procan. p. 90.
Lib. proc. jun. fol. 201. a.

CUM per quinquennium proxime elapſum nulla ratio computi ciſtæ Fenne et Neele non ſine magno academiæ incommodo reddita fuerit conceditur ut et cuſtodes et auditores dictæ ciſtæ Fenne et Neele quotannis in poſterum ſupervideant ſtatum et rationem ejuſdem reddant et reliquarum etiam ciſtarum ſcilicet Billingford et Bawcer Darlington et Exceter et Trinitatis eodem tempore quo generalis computus communis ciſtæ coram auditoribus ejuſdem habetur atque ut hæc conceſſio veſtra pro decreto habeatur et infra quatuordecim dies in libros procuratorum inſcribatur. Oct. 10. 1646.

Lib. grat. H. p. 22.
Lib. procan. p. 90.

CUM ſtatutis cautum ſit ut medicinæ baccalaureus tres anatomias videat medicinæ ſtudioſus duas regiuſque in medicina lector unam quotannis faciat modo auditores impenſas perſolvant verum per aliquot jam retro annos quo parceretur exiguo ſumptui ceſſatum prorſus fuerit ab anatomiis faciendis in præclariſſimæ facultatis medicæ chirurgiæque ingens apud nos detrimentum inque ſtatutorum et ſtudioſorum fraudem non ferendam Nov. 28. 1646.

Placet vobis ut communi hac veſtra conceſſione (in libris procuratorum inſcribenda et pro ſtatuto in quinquennium ſubſequens habenda) proviſum de cætero atque ordinatum ſit (ad impenſas unius ſaltem anatomiæ quotannis ſuppeditandas) ut procuratores a ſingulis qui gratiam hic aliquam in medicina aut chirurgia obtinent ejuſce rei reſpectu exigant tredecim ſolidos et quatuor denarios a ſingulis vero admittendis ad reſpondendum quæſtioni vel ad incipiendum in artibus eodem intuitu exigant unicam tantum drachmam atque iſtas ſummas (pro receptorum ratione) ciſtæ

Digitized by Google

communi fideliter perſolvant in craſtino diei cinerum atque magnorum comitiorum. Procancellarius vero a ſingulis ſociis collegiorum non doctoribus quos medicæ profeſſionis privilegio gaudere conſtabit menſe junio quotannis exigat decem ſolidos ſolvendos per magiſtrum collegii aut burſarium ejuſdem ad petitionem procancellarii per bedellum atque applicandos eidem ciſtæ in computo. Idem denique procancellarius lectorem in medicina regium ineunte termino poſt primum diem januarii moneat ut ſe ad legendum paret locumque ipſi cum poſtulaverit opportunum et dies tres aut quatuor aſſignet anatomiæ faciendæ et in craſtino finitarum lectionum ſuarum anotomicarum perſolvat ipſi e ciſta communi impenſas omnes tam pro inſtrumentis quam pro mercede eorum quorum opera uſus eſt in cadavere advehendo diſſecando ſepeliendove cæteraque quæ par eſt in anatomia fieri peragendo. Proviſo ſemper quod ſi intra hoc quinquennium prælectiones iſtæ anatomicæ ex aliquo defectu omittantur etiam et ſolutiones omnes ſupradictæ in eundem annum pariter omittentur.

Lib. grat. H. p. 24.
Lib. procan. p. 90.
Lib. proc. jun. fol. 201, b.

Dec. 16. 1646. CUM Matthæi Whinn Regiſtrarii veſtri munus plurimis expoſitum ſit laboribus cumque emolumentum quod ſubſcriptionum nomine prædeceſſoris ſui feodis acceſſerat jam penitus extinctum ſit et reliqua feoda quæ ei ex hoc munere ſuo accreſcunt tam ſint exigua ut officio tam oneroſo obeundo haud ſufficiant

Placet vobis ad ſummam ejus diligentiam in dicto munere fungendo excitandam ſtipendium illius aliqua ex parte auctius reddere concedereque ut (cum antehac ſinguli qui ad reſpondendum quæſtioni admitterentur duos denarios ad incipiendum in artibus vel ad gradum baccalaureatus in jure medicina aut muſica quatuor denarios ad opponendum in theologia ſex denarios ad incipiendum in theologia jure medicina aut muſica octo denarios regiſtrario veſtro penderent) in poſterum quæſtioniſtæ decem inceptores in artibus nec non baccalaurei in jure medicina aut muſica octo baccalaurei in theologia ſex inceptores in theologia jure medicina aut muſica quatuor denarios illi adjiciant ita ut duodecim in univerſum denarios

Digitized by Google

denarios pro ſe quiſque eidem ſolvere teneatur et ut hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum infra decem dies proxime ſequentes inſcribatur.

MS. 6—12. in Archiv. Acad.
Lib. grat. H. p. 25.
Lib. procan. p. 91.
Lib. proc. jun. fol. 202. *b*.

QUUM illuſtriſſimi cujuſdam herois munificentia libri procuratorum (nimia vetuſtate obliterati) de novo jam ſunt exſcribendi atque adornandi in quibus nec omnia plane inter ſe reperiantur eadem nec eodem digeſta ordine: quin et nonnulla quæ inſcribi oportebat in utriſque penitus omiſſa ſint alia vero non pauca (unde volumina excreſcunt) iſtiuſmodi ſint ut iis exſcribendis inſudare vix ſit pretium operæ conceditur ut una cum domino procancellario et dominis procuratoribus D^r. Love D^r. Medcalfe D^r. Rainbow D^r. Minſhull D^r. Goad D^r. Bond M^r. Molle M^r. Duport M^r. Cudworth M^r. Whitchcott M^r. Wheelock M^r. Fothergill M^r. Ganning M^r. More Caii M^r. Hobart M^r. Worthington M^r. Roades M^r. Crouch M^r. Dyllingham Sen. Syd. M^r. Sylleby aut eorum aliquot octo (e quibus dominus procancellarius et alter procuratorum ſemper ſint duo) authoritate veſtra deputentur qui libros prædictos ſummia cum fide et ſinceritate (ſub virtute juramenti academiæ præſtiti) diligenter conferant in ordinem quam fieri poteſt maxime concinnum redigant quid de jure adſcribi quid contrahi aut omitti poſſit cenſeant: ea tamen conditione ut cum novi libri accedant etiam ut veteres iſti in perpetuam rerum memoriam quotannis tranſmittantur in ſenatu ad ſuccedentes procuratores ſub ſyngrapha centum librarum ab ipſis exigenda de eorundem librorum ſalva cuſtodia. Feb. 22. 1646.

Lib. grat. H. p. 25.

QUANQUAM nihil nobis ſanctius eſſe aut majore cum reverentia et religione haberi oporteat quam juramentum experientia tamen nos docet tam in baccalaureorum atque magiſtrorum Feb. 22. 1646.

Digitized by Google

quam in aliis fere omnibus academiæ noſtræ juramentis partim ex immutatione ſtatutorum partim ex longa nonnullorum rituum deſuetudine factum eſſe ut non ſolum rebus non neceſſariis ſed non intellectis etiam planeque abolitis jurantium conſcientiæ onerentur. Pro cujus ſcandali amotione

Placet vobis ſtatuere ut graviſſimi iidem viri quibus non ita pridem commiſiſtis negotium de libris procuratorum conferendis digerendis exſcribendiſque eadem veſtra authoritate et juramenta omnia academica examinent et eorundem particulas illas ſegregent expungantque quas antiquatas et abolitas eſſe certo reperient.

Porro in majorem tum conſcientiarum ſerenitatem tum memoriarum ſubſidium

Placet etiam vobis decernere ut eodem tempore quo baccalaurei aut magiſtri artium pro gradu ſuo aut quilibet alius communi de cauſa ad ſolenne aliquod juramentum academicum adiguntur (exceptis tantum incorporandis et academiæ officiariis) procancellarius unicuique tradi curet typis academiæ expreſſam juramenti ſui materiam ea lege ut quilibet ſolvat ei in matriculatione unum denarium tantum in gradibus ſingulis cujuſque facultatis uſque ad doctoratum duos denarios in doctoratu drachmam pro cujuſque juramenti typographia.

Lib. grat. H. p. 26.

Eadem gratia conceſſa fuit jun. 10. 1629. Vid. lib. grat. Z. p. 172.

A pr. 29. 1647. CUM acta publica placitaque ſenatus academici literæ inſuper nobilium miſſæ ad academiam ejuſque viciſſim ad illos miſſæ nec non patronorum donationes quærelarum porro litium controverſiarum et cauſarum quarumcunque proceſſus exituſque ad defenſionem jurium noſtrorum privilegiorum immunitatum &c. ſpectantes gratiarum aliquot ſpecialium conceſſiones et quicquid denique cancellarius ſive procancellarius aut jure ſuo aut conſenſu atque arbitratu veſtro commentariis publicis mandari præceperit poſteris perquam utilia ſint et æternitati ſacra eſſe debeant cumque ad acuendam regiſtrarii veſtri in munere ſuo obeundo diligentiam

Digitized by Google

tiam ſtipendium ei ſuffragiis veſtris non ita pridem auctum et amplificatum ſit

Placet vobis ut in uſum academiæ codex ſenatus una cum indice rationario ad ſanctiones veſtras et res ſuis quaſque titulis a regiſtrario exſcribendas et inveſtigandas e veſtigio habeantur ut acta et placita ſenatus cum ſingulis ſuperius memoratis nec non cujuſque termini tranſacta negotia in fine ejuſdem termini diſtincte ſcribantur diſponantur et digerantur ut eadem ita ſuis locis diſtributa poſt decem excluſive a finito termino dies procancellario et in prima congregatione proxime ſequentis termini capiti ſenatus a regiſtrario exhibeantur quo paratius hujuſmodi monumenta procancellario et ſucceſſoribus omnibuſque academiæ negotia procurantibus in procinctu ſemper ſint. Et ut hæc omnia regiſtrario clarius ſubinde innoteſcant et ne quid ſanctionem hanc veſtram remoretur

Placet vobis ut idem regiſtrarius ad nutum procancellarii cuilibet ſenatui convocato ad placita ſenatus expectanda et excipienda interſit ut ad publicos academiæ computos codex ſenatus cum indice rationario a regiſtrario afferantur et auditoribus præſto ſint quo melius conſtare poſſit de actis et rationibus ſupra nominatis fideliter tranſcriptis et ad poſteros prædicto modo tranſmiſſis.

Placet inſuper ſi quid ex prædictis negligenter prætermiſerit aut ſi (quamvis non prætermiſit) dictis temporibus lociſque et coram perſonis ſupradictis ſe munere officioque ſuo (ut ante monitum) defunctum eſſe non comprobaverit

Ut prima vice admonitionem publicam accipiat a procancellario coram capite ſenatus.

Si ſecunda vice in computis academiæ mulctam luat quartæ partis ſtipendii ejuſdem anni quo indiligentiæ ſuæ arguatur.

Si tertia vice partem mediam dicti ſtipendii coram capite ſenatus.

Si quarta coram capite ſenatus quartam.

Verum denique ſi quinta in perpetuum exauctoretur.

Sin vero (quod plerumque ſolet) impunitatem per quatuor vices auferat ſciat tamen ſe ſic ut ante peccantem virtute hujus decreti veſtri

Digitized by Google

veſtri munere ſuo exutum eſſe atque hinc cum per idoneos teſtes coram ſenatu in capite ſenatus reus compertus fuerit aut procancellarius aut alter procuratorum eodem die tempore et loco regiſtrarii publici munus vacare pronunciabit.

Necnon placet (ne veſtrum hoc decretum unde ſplendor et diſciplina academiæ multum pendet ullius in poſterum regiſtrarii oſcitantia aut inſpectorum in bonos mores formandos intemperie irritum fiat intercidatque) ut decretum hoc veſtrum habeatur pro ſtatuto et in prima acie aut fronte ſtatutorum codicis ſenatus tanquam indubitata reliquorum arx et præſidium præſtruatur et præmittatur.

Placet denique ut hodiernus regiſtrarius chirographo ſuo cum hujus ſtatuti aut edicti veſtri æquitatem agnoſcere et comprobare tum diligentiam ſuam et vobis promittere et ſucceſſoribus ſuis commendare dignetur.

Lib. grat. H. p. 26.
Lib. procan. p. 92.

Apr. 29. 1647. CUM peſſimo more candidati poſt diſputationes in ſcholis privatas et majoribus noſtris penitus ignotas invitationes induxerint ad grandem academiæ infamiam et graviſſimas expenſas et damnum eorum qui ſummo labore ſuo et cura ſtudioſos alunt

Placet vobis ut (ad querelam hanc adverſus academiæ diſciplinam auferendam) omnes inceptores et quæſtioniſtæ deinceps futuri ab omnibus hujuſmodi invitationibus comeſſationibus et conventibus abſtineant: nominatim ut moderatores aut diſputantes non audeant vel invitare vel hujuſmodi invitationes cujuſcunque rogatu acceptare aut comeſſationibus ejuſmodi intereſſe et ſi qui in iſto genere delinquant ut habeantur infames propter luxuriam et inobedientiam et ut ad arbitrium domini procancellarii pro tempore exiſtentis vel viginti ſolidis in uſum ciſtæ communis mulctentur vel ab eo gradu quem habent ſuſpenſionem incurrant atque infra annum illum in quo deliquerint nullam gratiam neque gradum in academia obtineant et ut hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto habeatur

Digitized by Google

habeatur et in libris procuratorum infra decem dies proxime ſequentes inſcribatur.

Lib. grat. H. p. 28.
Lib. procan. p. 92.
Lib. proc. jun. fol. 197. *b.*

CUM quilibet qui gradum vel baccalaureatus vel doctoratus in theologia hic ſuſcepturus ſit expreſſe jurare teneatur ſe ſemel ad crucem divi Pauli infra annum poſt gradum ſuſceptum concionaturum Jul. 2. 1647.

Conceditur ut in majorem cautelam in dicto juramento hæc verba inſerantur *ſi legitime vocatus fuit et juſta cauſa non impediatur.*

Lib. grat. H. p. 29.

PLACET vobis ut in majorem in poſterum cautelam jurantium et levamen hæc verba fint annexa juramentis academiæ matriculationis admiſſionis creationis Jul. 3. 1647.

Senatus Cantabrigienſis decrevit et declaravit eos omnes qui monitionibus correctionibus mulctis et pœnis ſtatutorum legum decretorum ordinationum injunctionum et laudabilium conſuetudinum hujus academiæ tranſgreſſoribus quovis modo incumbentibus humiliter ſe ſubmiſerint nec eſſe nec habendos eſſe perjurii reos et ut hæc veſtra conceſſio pro ſtatuto habeatur et infra decem dies in libris procuratorum inſcribatur.

Lib. grat. H. p. 30.

CUM nonnulli eorum qui authoritate veſtra deputantur ad procuratorum libros in concinnum ordinem redigendos propter varia ipſorum negotia in diverſas regni partes profecturi ſint Jul. 6. 1647.

Conceditur ut M^r. Blanckes collegii Caii et M^r. Dillingham Emanuelis annumerentur inter cæteros et eadem authoritate muniantur qui ſimul curent ut eximium illud opus arduum quidem et operoſum hoc æſtivali tempore ſi fieri poterit perfici queat.

Lib. grat. H. p. 30.

CON-

Digitized by Google

Dec. 9. 1648. CONCEDITUR ut D^r. Hill et D^r. Arrowſmith addantur et annumerentur inter cæteros qui authoritate veſtra deputantur ad procuratorum libros in concinnum ordinem redigendos et eadem authoritate muniantur qui ſimul curent ut eximium illud opus arduum quidem et operoſum quam breviſſime fieri poterit ad utilitatem publicam academiæ perfici queat.

Lib. grat. H. p. 50.

Feb. 27. 1649. CUM multæ gratiæ ac beneficia ad ſigillum commune ſpectantia ab academia ſæpenumero conceſſa ſint quæ poſtea ab ipſorum candidatis aut non agnoſcuntur aut omnino rejiciuntur

Placet vobis ut quicunque deinceps petitionem ſive gratiam negotium communi ſigillo academiæ ſigillandum continentem capiti ſenatus offerendam curaverit ſex ſolidorum et octo denariorum ſummam in manus ſenioris procuratoris pro tempore tradat prius et perſolvat quo conſtare poſſit prædictos candidatos hujuſmodi academiæ beneficio bona fide fruituros quoque magis de debitis ſolutionibus inter ſingulos officiarios ob ſigillum rite diſtribuendis cautum ſit et ut decretum hoc veſtrum pro ſtatuto habeatur et infra decem dies in libris procuratorum ſcribatur.

Lib. grat. H. p. 66.
Lib. procan. p. 94.

Jan. 21. 1652. PLACET vobis ut ſi quis diſpenſationem veſtram pro exercitiis ſuis differendis in poſterum ambierit et ob id ipſum requiſitam cautionem obtulerit procancellarius qui pro tempore fuerit neque ſyngrapham neque ſponſores admittat ſed pecuniis tantummodo numeratis acceptis eaſdem demum poſt officii ſui vacationem in generali computo ad academiæ uſum proferat ac rependat neque prius rationum ſuarum onere liberetur quam eas ſummas coram electis academiæ auditoribus communi ciſtæ intulerit atque ut hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto habeatur atque in libris procuratorum infra decem dies inſcribatur.

Lib. grat. H. p. 109.
Lib. procan. p. 95.
Lib. proc. ſen. fol. 201. *b.*
Lib. proc. jun. fol. 203. *a.*

MAY

Digitized by Google

MAY it pleaſe you that theſe undernamed may be appointed delegates and authoriſed by this univerſity to exhibit a petition in the name of the univerſity to his highneſs the lord protector and likewiſe to ſhew reaſons againſt erecting a new univerſity in the city of Durham viz. Apr. 18. 1659.

Thomas Horton
Benjamin Whithcote } doctors in divinity.
Lazarus Seaman

Thomas Slater doctor in phyſick.

Ralph Widdrington orator of the univerſity.

Thomas Bucke one of the eſq^r. beadles.

To his highneſs Richard lord protector of the common wealth of England Scotland and Ireland &c.

The humble petition of the univerſity of Cambridge ſheweth

That your petitioners have notice of a grant ready for the ſeal from your highneſs to a college at Dureſme in biſhopric importing the ſaid college to become an univerſity and beſtow degrees of all ſorts.

Now the ſaid grant being not only prejudicial to but alſo deſtructive of the charters and fundamental privileges of this univerſity which your petitioners are jointly and ſeverally obliged by oath to maintain and aſſert as being eſtabliſhed by act of parliament and likewiſe from time to time confirmed to us and our ſucceſſors by divers of the kings and queens of this nation

May it pleaſe your highneſs to inhibit the ſealing of the ſaid grant untill ſuch time as your petitioners are heard what they have to alledge in the maintenance of their charters and ancient rights

And your petitioners ſhall &c.

May it alſo pleaſe you that this petition be fairly tranſcribed and exhibited to his highneſs the lord protector by the ſaid delegates or ſome of them.

Read and granted april 18. 1659.

Lib. grat. H. p. 200.

Digitized by Google

Maii 31. 1660. CUM durum negotiorum onus ob valde exiguum ſalarium incumbat bibliothecario hujus academiæ

Placet vobis ut Thomas Smith publicus bibliothecarius idem ſortiatur privilegium cum capellanis collegii regalis et collegii individuæ Trinitatis et a concionando in templo beatæ Mariæ ſit exemptus.

Lib. grat. H. p. 221.

Apr. 27. 1661. CUM nobis omnibus incumbat academiæ famam tueri dedecus depellere

Placet vobis ut omnia reſcripta juſſiones et mandata Oliveri nuper dicti protectoris reliquaque iſtius tyrannidis monumenta quæ in regiſtro hujus academiæ vel alibi proſtant viſenda deleantur et de medio penitus tollantur.

Lib. grat. H. p. 248.
Lib. procan. p. 95.

Apr. 27. 1661. PLACET vobis ut eorum omnium qui per hæc tempora præſertim Oliveriana conſtituti ſunt concionatores hujus academiæ ii ſolum qui rite ordinati ſunt juxta formam eccleſiæ Anglicanæ pro veris concionatoribus hujus academiæ habeantur.

Lib. grat. H. p. 248.
Lib. procan. p. 95.

Jul. 4. 1662. CUM ad academiæ honorem ac incolumitatem conducat plurimum ut reſcripta regum ſenatus hujus conſulta cæteraque reipublicæ noſtræ munimenta in loco aliquo tuto ac ſolenni cuſtodiantur quæ hactenus inter oppidanorum ædes incendiis rapinis multiſque caſibus obnoxia deliteſcunt

Placet vobis ut in poſterum intra publicas ſcholas aſſerventur et ut vacivo loco qui inter ſcholas theologicas et philoſophicas interjacet cura domini procancellarii (qui pro tempore fuerit) archivum publicum

Digitized by Google

publicum academiæ impensis clathris et forulis instruatur quo munimenta prædicta possint accuratius et ad usum hujus senatus accommodatius asservari.

Lib. grat. H. p. 270.

CUM in beatæ Mariæ templo non raro desiderentur oratores sacri qui concionandi vices aut ordine suo non alternant aut (quod perinde displicet) ineptos plerumque vicarios in locum suum subornant unde certe et in estimatione hominum vilescit academia et sermonis peregrinitate defessi auditores primariam ædem relinquunt atque alio potius ad auscultandum se conferunt quo grassanti malo præsens remedium adhibeatur ac tergiversantibus in posterum color omnis præripiatur adoptatis præsertim jam in officii sacri partes duobus de novo collegiis Apr. 3. 1663.

Placeat vobis primum ut (in communis obsequii levamen) pomeridiani labores præterquam in dominicis feriisque (quas more majorum in nati vel ascendentis Christi vel Michaelis vel omnium sanctorum vel angelicæ denique salutationis memoriam celebramus) omittantur.

Deinde placeat vobis ne quis deinceps in dominicis festive matutinis cursum suum negligat nisi qui solidis quadraginta culpam redimet.

Placet vobis ut hæc concessio modo lecta vim statuti habeat perpetuis futuris temporibus et infra quindecim dies libris procuratorum inscribatur.

MS. Orig. 14—41. in Archiv. Acad.
Lib. grat. H. p. 295.
Lib. procan. p. 96.
Lib. proc. sen. fol. 202. *a*.
Lib. proc. jun. fol. 203. *b*.

Digitized by Google

Oct. 30. 1663. PLACET vobis ut D^r. Rainbowe procancellarius D^r. Fletewood D^r. Pearſon D^r. Dillingham et D^r. King ſint ſyndici veſtri ad tractandum cum oeconomis inquiſitoribus et parochianis eccleſiæ beatæ Mariæ pro capella ſeu domo veſtiaria in uſum academiæ perpetuis futuris temporibus convertenda et ut quicquid hac in re a ſyndicis veſtris actum et concluſum fuerit a vobis ratum et gratum habeatur et ut ſuper hac conceſſione veſtra literas habeant ſyndicatus ſigillo veſtro communi ſigillatas.

Lib. grat. H. p. 305.

Dec. 16. 1663. &c. CUM dies ad philoſophicam diſputationem in regiis ſtatutis aſſignati non ſufficiant incepturis hoc anno in artibus ad actus ſuos ſcholaſticos peragendos

Placet vobis ut authoritate veſtra liceat iiſdem ſingulis diebus profeſtis cujuſlibet ſeptimanæ in termino cum magiſtris artium diſputare tam in ſcholis dialecticis et philoſophicis quam in juridicis ab hora ſeptima ad nonam et a nona ad undecimam matutinam et ab hora prima ad tertiam et a tertia ad quintam pomeridianam ita tamen ut procuratorum alter per ſe vel aliquis regens per ipſum deputatus interſit ejuſque diſputationis ita habitæ idoneos teſtes habeant ſinguli quorum ſex ad minimum ſint baccalaurei qui in habitibus ſuis toto tempore interfuerunt alioquin hujuſmodi diſputatio pro nulla habeatur.

CUM tempus adeo breve ſit inter principium proximi termini et quadrageſimam ut quæſtioniſtæ et incepturi hujus anni vix commode exercitationes ſuas perficere queant

Placet vobis ut liceat iiſdem in ſuo grege diſputare et declamare quolibet profeſto die tam in termino quam extra terminum temporibus idoneis per dominos procuratores aſſignandis ſic ut unus moderatorum ſemper interſit et quæſtiones diſputandæ valvis ſcholarum ſolito more affigantur et ut duodecim ſophiſtæ ſingulis diſputationibus ſophiſtarum præſentes ſint et ſex baccalaurei declamationibus baccalaureorum.

Lect.

Digitized by Google

Lect. et conceſs. 16. dec. 1663.

Lect. et conceſs. 16. dec. 1664.

Lect. et conceſs. 16. dec. 1666.

Lect. et conceſs. 14. dec. 1667.

Lect. et conceſs. 16. dec. 1668.

Lect. et conceſs. 16. dec. 1669.

Lect. et conceſs. 16. dec. 1670.

Lib. proc. jun. fol. 205. a:

CUM academiæ noſtræ bibliotheca publica recens auctior facta fuerit munificentia ampliſſima virorum omni memoria dignisſimorum doctoris Holdſworth profeſſoris nuperi et magiſtri Lucas pridem burgenſis hujus academiæ et recenti acceſſione redditus annui locupletiſſimi quinquaginta librarum ad novos libros coemendos ex donatione perhonorifica pientiſſimi viri magiſtri Tobiæ Ruſtatt armigeri interea autem temporis nunc quam antea infructuoſius libri hujus bibliothecæ uſibus academicorum inſervire reperiantur id quod vix effugiat veriſimilem offenſionem animorum præſentium et futurorum benefactorum dum viderint libros jam dono datos nulla utili diſpoſitione aut collocationis ordine donatos Dec. 16. 1667.

Placeat vobis ut bibliothecarius veſter publicus ſenatus conſulto veſtro obligetur

Primo ad libros juſto ordine ſeriatim per claſſes digerendos diſponendoſque et in ſubſelliis quoſque ſuis rite collocandos ante feſtum annuntiationis beatæ virginis Mariæ proxime ſecuturum

Et deinde ab eodem bibliothecario perfectus librorum cenſus et catalogus deſcribatur tum impræſentiarum tum deinceps prout acceſſio facta fuerit librorum de anno in annum

Porro ut a bibliothecario eodem veſtro tam aſſidua adhibeatur diligentia ut ſingulis diebus profeſtis vel ipſe per ſe vel per vicarium aliquem ſuum a domino procancellario approbandum bibliothecæ interſit his horis præſtitutis viz. tempore antimeridiano ab hora octava ad undecimam pomeridiano vero a prima ad quintam vel per hyemem ad noctis primum crepuſculum

Denique

Digitized by Google

Denique ut ſyngrapha ſua academiæ firmiter ſe obliget ad librorum quorumcunque jacturam reſarciendam

Et ut has præſcriptiones veſtras ſi præſens vel futurus bibliothecarius quiſquam veſter obſervare detrectaverit vel neglexerit munus illius de veſtra electione in aliam aliquam idoneam perſonam conferatur qui conditiones has et in ſe recipere et fideliter perimplere voluerit.

Placeat vobis ut gratia hæc modo lecta de bibliotheca et bibliothecario veſtro vim ſtatuti habeat in perpetuum et infra decem dies proxime ſequentes in libris domini procancellarii et procuratorum inſcribatur.

Lib. grat. H. p. 448.
Lib. procan. p. 97.
Lib. proc. ſen. fol. 212. *a:*
Lib. proc. jun. fol. 204. *a.*

Mar. 6. 1667. QUUM in ſtatuto academiæ de commemoratione benefactorum nonnullorum nomina omiſſa fuerint alii autem citra illud tempus benefactorum numero acceſſerint

Placet vobis ut eorum omnium nomina catalogo inſerantur ut ne hac inſertione tumultuaria commemorationis ordo violetur aut ipſa nimis prolixa evadat commemoratio tota recognoſcatur et in luculentum ordinem ea qua par eſt brevitate redigatur illudque negotium domino procancellario doctori Fleetwood doctori Boldero doctori Gunning doctori Dillingham doctori Pearſon doctori Widdrington et duobus procuratoribus ſive illis omnibus ſive illorum quinque aut quatuor demandetur et commemoratio ita recognita ante feſtum divi Johannis baptiſtæ vobis repræſentetur.

Lib. procan. p. 96.

PLACEAT

Digitized by Google

PLACEAT vobis ut commemoratio benefactorum academiæ in hanc formam redacta interpositis istis verbis [the first of our present colleges] proxime ante mentionem Simonis Mountague secundum decretum vestrum sexto die martii 1667 factum deinceps die dominico tam ante magna comitia quam ante tertium diem novembris post concionem publice recitetur et ut hoc vestrum decretum statuti vim et locum obtineat et intra viginti dies procancellarii atque procuratorum libris inferatur. Jul. 3. 1668.

Lib. procan. p. 97.

CUM varia nuper brevia e curiis regiis Westmonasterii delata sint quibus scholarium servi in jus vocantur qui ut plurimum inferioris sortis homines sunt nec habent quo academiæ suaque propria privilegia defendant quibus cautum est ne quis scholaris ejusve .... pro quovis pacto contractu aut injuria infra academiæ limites inito et facto in jus alienum ..... aut alium judicem quam cancellarium ejusve commissarium agnoscat in cujus curia quæcunque inciderit causa sincere et æqualiter decernitur et longe minori quam in reliquis sumptu et mora Oct. 20. 1668.

Placeat vobis ut quicunque in posterum academiæ privilegiis gaudens brevi forinseco in jus trahatur academiæ sumptibus et expensis se tueatur ita tamen ut moderati sint et a domino procancellario approbati et ut ii insuper qui privilegia nostra violare et irrita reddere satagant pro infensissimis academiæ inimicis habeantur et ita tractentur.

Lib. grat. Θ. p. 9.

PLACET vobis ut (quod olim per regia statuta in usu fuit) viri sexagenarii cum pluribus senectutis incommodis confligentes ab omnibus publicis exercitationibus (præter eas quæ ad gradum suscipiendum requiruntur) deinceps liberati gratiæ jam vestræ pro tam immenso beneficio ex asse obærentur. Jan. 23. 1673.

Lib. grat. Θ. p. 86.

CUM

Digitized by Google

Oct. 25. 1680. CUM vox ſit et conſentio omnium plurimum referre ut diſputationibus ſophiſtarum in ſcholis publicis peragendis gravior aliquis et in literis provectior deinceps præſit moderator

Placeat vobis ut ſortilegio de magiſtro Jacobo Barnard e collegio Regali magiſtro Thoma Brown e collegio ſancti Johannis et magiſtro .... Smith e collegio Trinitatis a procuratoribus præſente domino procancellario facto declaretur qui duo horum huic muneri (non tamen ultra duos proxime ſequentes terminos) præficiantur authoritate in ſcholis procuratoribus abſentibus procuratoriæ pari communiti. Quoque hiſce de honeſto ſtipendio proſpiciatur vobis porro placeat ut quiſque ad baccalaureatum in artibus infra annum ſequentem promovendus juniori procuratori ſolvat quatuor ſolidos inter dictos magiſtros æquis portionibus dividendos.

Lib. grat. Θ. p. 191.

Oct. 10. 1681. CUM Mr. Thomas Brown collegii Johannis et Mr..... Smith Trinitatis collegii officio moderatorum in ſcholis ſophiſtarum optime huc uſque functi fuerint

Placeat vobis ut in annum ſequentem eidem muneri præficiantur eodem ſtipendio ſub iiſdem legibus et conditionibus.

Lib. grat. Θ. p. 213.

Jul. 5. 1682. CUM procuratorum libri longinqua vetuſtate et quotidiano uſu plurimis in locis eraſi fuerint et mutilati ut nec uſui nec honori academiæ commode poterint inſervire

Placeat vobis ut de novo conſcribantur in pergamena et ſic conſcripti deornati catenis bullis et retinaculis exornentur et ut hæc conceſſio veſtra curæ procancellarii doctoris Spencer doctoris Blythe doctoris Cooke doctoris Brady magiſtri Bainbrigg magiſtri Billers et procuratorum pro tempore exiſtentium exequenda demandetur.

Lib. grat. Θ. p. 220.

CUM

Digitized by Google

CUM dignissimus vir D^r. Knightbridge defunctus professorem practicæ theologiæ instituerit riteque in illud munus jam electus sit reverendus magister Thomas Smoult Oct. 10. 1683.

Placeat vobis ut dicto professori iisque qui in posterum ei in eodem munere successerint locus inter cæteros professores concedatur.

Lib. grat. Θ. p. 245.

CUM bibliotheca publica multum accisa et diminuta nonnullorum consilia et conjunctas operas requirat Jan. 30. 1683.

Placeat vobis ut dominus procancellarius pro tempore et collegiorum præfecti nec non D^r. Widdrington D^r. Babington D^r. Cooke D^r. Gostlin M^r. Smoult M^r. Billers M^r. Johnson M^r. Richardson collegii Emanuelis M^r. Wootton M^r. Beaumont jun^r. M^r. Bernard M^r. Powle domini procuratores pro tempore existentes M^r. Pulleyn plenaria vestra auctoritate constituantur syndici vestri ad consultandum et statuendum de rebus ad dictam bibliothecam spectantibus ita ut quicquid ipsi aut ipsorum octo (præsentibus domino procancellario et duobus ad minimum collegiorum præfectis) hac in re transigendum censeant id vestra omnino auctoritate ratum et transactum habeatur atque ut hæc vestra delegata auctoritas in prædictos syndicos conferatur usque ad diem festum sancti Michaelis archangeli proxime sequentem.

Lib. grat. Θ. p. 247.

Orders and rules agreed upon by the syndics for the better securing the publick library.

1. THAT all persons (except foreigners) be prohibited the use of the publick library unless they first take the following oath. Jun. 20. 1684.

Jurabis quod in bibliothecam publicam admissus nihil quod ad ipsam pertinuerit sciens volens corrumpes aut imminues nullum librum permutabis auferesve aut ipse per te aut per alium quemvis

Digitized by Google

niſi eo modo iiſque conditionibus quæ per univerſitatis decreta requiruntur quodque ſis jure iſto tuo ſincere et bona fide uſurus atque omnino ita ut (quantum in te eſt) nihil inde accreſcat bibliothecæ damni.

Ita te Deus adjuvet et hæc ſancta Dei evangelia.

2. That no perſon (except ſuch as are at preſent members of the ſenate or ſhall be at the next commencement or except ſuch as are actually bachelors of law or phyſick or ſhall be at the commencement) be admitted to the ſaid oath unleſs a grace firſt paſs the houſe for his admittance to the library.

3. That none under the degree of maſters of arts bachelors of law or phyſick be permitted to put up ſuch grace.

4. That no foreigner be permitted the uſe of the library without ſuch a ſponſor as the vice-chancellor for the time being ſhall allow of.

5. That no one ſhall borrow any book without expreſs leave from the vice-chancellor for the time being or his lawful deputy and a note under his own hand expreſſing the name of the book or books ſo borrowed: the books ſo lent to be returned within one month: the under library-keeper or ſome other perſon to bring the note to the vice-chancellor for that purpoſe.

6. That the library-keepers ſhall have a book wherein they ſhall ſet down the names of what books are lent out and to whom and for how long.

7. That the vice-chancellor or his deputy with others that he ſhall call to his aſſiſtance do every year (or oftener if he ſhall think fit) in the long vacation viſit and ſurvey all the books in the library by the claſſical catalogue and in caſe they find any to be wanting to deduct ſo much out of the library-keepers ſalary as will be ſufficient to purchaſe the like again for the library according to a decree made of the univerſity in the year 1667.

8. That every one who in the opinion of the library-keeper ſhall

Digitized by Google

ſhall return any book conſiderably ſoiled blotted or defaced ſtand obliged to buy a new book of the ſame kind or elſe to pay double the value of ſuch book and if he refuſe to do ſo that he be ipſo facto deprived of the uſe of the library for ever by the vice-chancellor declaring him ſo to be at the next congregation.

Henry James procan.

R. Widdrington.	Ra. Cudworth.
Nath. Coga.	John Copleſton.
Ja. Johnſon.	Jo. Spencer.
Jo. Richardſon.	S. Blithe.
Jo. Wotton.	J. Peachill.
Joh. Balderſton.	Jo. Billers.
Rob. Brady.	Tho. Smoult.
J. Goſtlin.	Ben. Pulleyn.
Humf. Gower.	Charles Beaumont.
Humf. Babington.	Joan. Ekins.
Jſph. Beaumont.	

MS. Orig. 12—147. in Archiv. Acad.
Lib. grat. Θ. p. 251.

I Chriſtopher Duke of Albemarle and chancellor of the univerſity of Cambridge having peruſed theſe following orders and rules for the more effectual ſecuring of the publick library there drawn up and agreed upon by certain perſons choſen by the ſenate to deliberate and determine in that affair do approve of them and think it very reaſonable they be ſtrictly obſerved by all: and particularly I am of opinion that no perſon be permitted the uſe of the library untill he firſt take the oath mentioned amongſt theſe orders.

ALBEMARLE.

New Hall
June 26th——84.

MS. Orig. 12—147. in Archiv. Acad.
Lib. grat. Θ. p. 252.

Digitized by Google

Jul. 2. 1684. CUM par ſit et æquum atque etiam e dignitate academiæ ut elegantiſſima facultas muſica ſuum quoque haud ſecus ac cæteræ profeſſorem habeat

Placet vobis ut ſenatus auctoritate conſtituatur muſices profeſſor atque ut ornatiſſimus vir D^r. Stagins hac veſtra gratia in illud munus rite electus nomine et titulo publici veſtri in muſica profeſſoris inſigniatur.

Lib. grat. Θ. p. 250.

Feb. 17. 1685. CUM procuratorum libri &c.

Eadem gratia conceſſa fuit 5° julii 1682.

MS. 19—124. in Archiv. Acad.
Lib. grat. Θ. p. 220.

Feb. 19. 1695. QUUM is qui publicis comitiis in diſputatione theologica reſpondentis vices pro gradu doctoratus gerit lauto convivio academicos alioſque excipere antiquo more teneatur cujus convivii ſumptus ingens multos a reſpondendo ita deterruit ut publica comitia jam in deſuetudinem fere abierint

Placeat vobis (quo melius academiæ honori in poſterum hac in parte conſulatur) ut quicunque deinceps in publicis comitiis reſpondentis in ſacra theologia pro gradu doctoratus vices ſuſtinuerit ultra libras quadraginta in dictum convivium expendere non teneatur ſed ut ſumptus cæteri e cautionibus ſuppeditentur: ita tamen ut præter dictas quadraginta libras ſumma cæterarum omnium expenſarum ſexaginta libras non excedat.

Lib. grat. Θ. p. 399.

CUM

Digitized by Google

CUM nullo prorſus ſtipendio præter pauca admodum emolumenta commiſſarii officium muneretur et deſideretur plerumque qui in foro judiciali domino procancellario (quotieſcunque eidem procancellario viſum fuerit) aſſideat Jul. 3. 1696.

Placeat vobis ut Gulielmo Paſhley veſtræ curiæ commiſſario et aſſeſſorio muneri non impari in futurum utriuſque officii ſubſidium e communi ciſta viginti minæ annuatim erogentur durante beneplacito academiæ.

Lib. grat. Θ. p. 402.

CUM indies in deterius eat bibliotheca publica oblito pene decreto quod in ejus commodum jampridem tulit academia poſthabito prorſus a pleriſque juramento quo literatos ferme omnes in eam tutandam ſponte obſtrictos voluit Mar. 19. 1696.

Placeat vobis ut prædictum juramentum ſolenni iſti quod gradibus competit adſcribendum et per procuratores una recitandum præſtare teneantur ſinguli quemlibet deinceps ſuſcepturi gradum cui ſaltem bibliothecæ publicæ copia conceditur utque hoc placitum veſtrum perpetui ſtatuti loco habeatur.

Lib. grat. Θ. p. 414.

CUM iiſdem gradibus quos in exteris academiis immature præripiunt apud hanc exornari iniquiſſime affectent noſtratium complures Mar. 19. 1696.

Placeat vobis ut Anglis hiſce transfugis ad doctoratus dignitatem omnis præcludatur aditus niſi facultatis quam profitentur gradu inferiori apud vos Oxonienſes aut Dublinienſes prius ſuſcepto filiorum jus aliquatenus conſequantur utque hoc decretum veſtrum procuratorum libris inſcriptum pro perpetuo ſtatuto habeatur.

Lib. grat. Θ. p. 414.
Lib. procan. p. 99.
Lib. proc. ſen. fol. 213. a.
Lib. proc. jun. fol. 205. b.

PLACEAT

Digitized by Google

Oct. 10. 1698. PLACEAT vobis ut auditores ciſtæ communis audiant etiam quotannis computum officinæ typographicæ.

Lib. grat. Θ. p. 440.

Oct. 10. 1698. CUM per gratiam abhinc biennium a vobis conceſſam ſexaginta minæ in convivium ſolenne pro publicis comitiis erogarentur cumque hæ impenſæ graves nimis academiæ jam videantur

Placeat vobis ut gratia illa viribus caſſa ſit.

Lib. grat. Θ. p. 440.

Oct. 10. 1698. CUM ortæ ſæpius ob controverſum ſuffragiorum jus offenſæ liteſque graviſſimæ certius aliquid de iis ſtatui poſtulare videantur

Placeat vobis ut nulli aut theologiæ baccalaurei aut artium magiſtri ſive in propriis ſive in conductis ædibus ſive in collegio aliquo commorantes atque ibidem in tabulis nomina ſua bona fide non habentes apud vos in poſterum jure ſuffragii fruantur niſi qui per ſponſores idoneos a domino procancellario coram academiæ regiſtrario approbandos omnia exercitia gradui et facultati ſuis competentia tum in templo beatæ Mariæ tum in ſcholis publicis ſe præſtare pollicentur neque ut ad hoc jus admittantur niſi peracto integro trium menſium ſpatio poſt datam domino procancellario hac in re fidem utque hæc gratia veſtra legis vigorem obtineat et procuratorum libris inſcribatur.

Lib. grat. Θ. p. 440.
Lib. proc. jun. fol. 206. *a.*

Oct. 10. 1698. CUM declamationes et diſputationes baccalaureorum in ſcholis publicis habitæ videntur operam et authoritatem magiſtri alicujus poſtulare

Placeat vobis ut ad munus et officium moderatorum in ſcholis baccalaureorum conſtituantur moderatores in ſcholis philoſophicis.

Et

Digitized by Google

Et quo iis de honeſto ſtipendio proſpici poſſit placeat vobis inſuper ut quiſque inceptor in artibus ante admiſſionem ſuam tres ſolidos ſeniori procuratori in uſum dictorum magiſtrorum teneatur ſolvere.

Lib. grat. Θ. p. 440.

CUM in maximum academiæ detrimentum pene ceſſerat licentiarum (quas vocant) vinariarum alienatio a noſtratibus ſæpius facta Jun. 11. 1700.

Placeat vobis ut quicunque in oinopolam academicum poſthac eligetur munus illud ſub pœna ejuſdem penitus amittendi ſe in propria ſua perſona bona fide executurum ſpondere teneatur utque hæc conceſſio veſtra ſtatuti vigorem obtineat et in procuratorum libris inſcribatur.

Lib. grat. Θ. p. 453.

CUM ſcholares duos liberali admodum exhibitione ſuſtentari curaverit illuſtriſſimus comes de Craven in iis autem eligendis nullam omnino aſſignaverit methodum Nov. 27. 1701.

Placeat vobis ut digniſſimus dominus procancellarius profeſſores regii et orator publicus per ultimam prædicti comitis voluntatem electores hac in parte nominati una cum reverendis viris domino Gulielmo Dawes et doctore Carolo Roderick legitimis hujuſce donationis fiducianis ſyndici veſtri conſtituantur utque academiæ nomine ipſis aut ipſorum ad minus quinque (quorum unus ſit dominus procancellarius) regularum quæ in poſteris electionibus ratæ ſint figendarum poteſtas plena concedatur.

Lib. grat. Θ. p. 478.

PLACEAT vobis ut in ſtipendium organiſtæ academici viginti libræ e communi ciſta annuatim erogentur prima ejuſdem ſolutione a feſto ſancti Michaelis proxime elapſo præſtanda utque etiam Thomas Tudway muſices baccalaureus propter eximiam in ea arte peritiam dicti organiſtæ academici titulo inſigniatur qui feſtis ſolennioribus Apr. 28. 1704.

Digitized by Google

ſolennioribus ad aſſignationem domini procancellarii hymnum canendum curet: ita tamen ut Johannes Bowman ſingulis diebus dominicis cæteriſque feſtis organa tractare pergat aſſignatumque ſtipendium ſolus percipiat.

Lib. grat. ⊖ p. 503.

Jun. 12. 1707. CUM Georgius Rolfe varias anatomias in hac academia perfecerit ſumma cum laude in uſum ſtudioſæ juventutis optimum placeat vobis ut profeſſoris anatomici titulum propter ſingularem ejus in iſta facultate peritiam honoris ergo conſequatur.

Lib. grat. ⊖ p. 545.

Jun. 11. 1713. CUM reverendus vir Johannes Waller S. T. B. ſit artis chymicæ eximie peritus quod tum medicis tum aliis quam plurimis academicis abunde innoteſcit ejuſdemque artis exercitium ad juvenum ſtudia promovendum in ſe ſuſcipere non dedignetur

Placeat vobis ut idem Johannes Waller profeſſoris chymiæ titulo veſtris ſuffragiis cohoneſtetur.

Lib. grat. ⊖ p. 613.

Nov. 8. 1715. CUM organa muſica apud templum beatæ Mariæ plurimum ſint labefactata cumque oporteat non ſolum præſens remedium afferre verum etiam in poſterum cavere ne per temporis injurias damni quicquam patiantur

Placeat vobis ut ſumma viginti librarum e ciſta communi in eam rem primum expendatur et deinde ut perpetuis futuris temporibus ſumma librarum quinque ex eadem ciſta operario a domino procancellario aſſignando pro annuo ſtipendio ſolvatur.

Lib. grat. ⊖ p. 654.

CUM

Digitized by Google

CUM ad honorem academiæ et medicæ artis incrementum pertineat ut lectiones chemicæ et anatomicæ in loco publico habeantur Oct. 10. 1716.

Placeat vobis ut typographium novum academiæ alioquin infructuosum ad usum Johannis Waller S. T. B. professoris chemiæ et Georgii Rolfe professoris anatomiæ destinetur ut hi professores eorumque successores gratia venerabilis hujus senatus constituti lectiones suas eo in loco habeant celebrentque utque insuper eidem Johanni Waller dictum typographium ita concinnare liceat ut operationes chemicæ rite et commode inibi præstari poterint.

Lib. grat. Θ. p. 667.

CUM senatus dignitas gravitasque omnino postulare videantur ut nihil nisi deliberatum omniumque judicio perpensum vestra authoritate sanciatur Feb. 8. 1716.

Placeat vobis ut omnes in posterum rogationes sive gratiæ (iis tantum exceptis quæ ad gradus ex veteri more pertinent) in duabus congregationibus ante inita suffragia publice recitentur. Si quæ vero aliter latæ et concessæ fuerint eæ viribus cassæ irritæque habeantur atque ut vestrum hoc decretum statuti vim obtineat et intra decem dies procuratorum libris inscribatur.

Lib. grat. Θ. p. 668.
Lib. proc. sen. fol. 209. *b.*
Lib. proc. jun. fol. 207. *b.*

PLACEAT vobis ut ad dies cinerum solennius in posterum observandos eorum aliquis qui gradum baccalaureatus in sacra theologia suscepturi sunt in festo divi Barnabæ proxime sequente quotannis teneatur concionari ad clerum ad assignationem domini procancellarii pro tempore existentis et ut hoc decretum vestrum statuti perpetui vigorem obtineat et in procuratorum libris infra quindecim dies inscribatur. Feb. 11. 1718.

Lib. grat. I. p. 5.
Lib. proc. sen. fol. 210. *a.*
Lib. proc. jun. fol. 223. *b.*

Digitized by Google

Feb. 11. 1718. PLACEAT vobis ut feria ſolennis domini noſtri crucifixi inferatur in futuris concionatorum combinationibus et ut ejus curſus omittatur in combinatione proxima qui (rogante procancellario) concionaturus fuerit viceſimo ſeptimo martii hujuſce anni.

Lib. grat. I. p. 6.

Mar. 6 1718. PLACEAT vobis ut ad dies infra dictos ſolennius obſervandos præfecti collegiorum pro more antiquo quotannis concionari teneantur triceſimo die januarii et quinto die novembris et ut reliqui doctores in ſacris teneantur itidem concionari viceſimo nono maii et primo auguſti (vel die regiæ inaugurationis) incipiendo a ſenioribus et ſic progrediendo ad juniores ſub pœna quinque librarum eis ſolvendarum qui ad aſſignationem procancellarii vices illas concionandi ſuppleverint.

Lib. grat. I. p. 6.

Dec. 15. 1721. CUM pro regis ſereniſſimi munificentia tantaque bibliothecæ publicæ facta inde librorum acceſſione tam academiæ dignitas quam officii ipſius magnitudo poſtulare plane videatur ut præter bibliothecarium quem hactenus unicum habuiſtis (brevi jam eligendum ſolitoque ſtipendio dignandum) alter etiam ſuperioris ordinis tanto muneri præficiatur

Placeat vobis ut reverendus vir Conyers Middleton S. T. P. fide moribus doctrina ſpectatiſſimus in perpetuum veſtræ erga eum benevolentiæ teſtimonium proto-bibliothecarii munere primus honeſtetur utque ſtipendium annuum quinquaginta circiter librarum a ſyndicis infra nominatis conſtituendum habeat ut omnes denique proto-bibliothecarii eodem modo in poſterum eligantur quo dominus procancellarius.

Syndici ſunt dominus procancellarius D^r. Jenkin D^r. Savage M^r. Tillotſon M^r. Burford M^r. Monins M^r. Banyer.

Lib. grat. I. p. 53.

SINGULI

Digitized by Google

SINGULI in artibus quotannis incepturi jurant ſe privatas ſuas cum artium magiſtro diſputationes juxta tenorem gratiæ ſequentis prius præſtitiſſe quam admiſſionem ad dictum gradum obtinere poſſunt. Dec. 16. 1721.

Cum dies ad philoſophicam diſputationem in regiis ſtatutis aſſignati non ſufficiant incepturis hoc anno in artibus ad actus ſuos ſcholaſticos peragendos

Placeat vobis ut authoritate veſtra liceat iiſdem ſingulis diebus profeſtis cujuſlibet ſeptimanæ in termino cum magiſtris artium diſputare tam in ſcholis dialecticis et philoſophicis quam in juridicis ab hora ſeptima ad nonam et a nona ad undecimam matutinam et ab hora prima ad tertiam et a tertia ad quintam pomeridianam ita tamen ut procuratorum alter per ſe vel aliquis regens per ipſum deputatus interſit ejuſque diſputationis ita habitæ idoneos teſtes habeant ſinguli quorum ſex ad minimum ſint baccalaurei qui in habitibus ſuis toto tempore interfuerunt alioquin hujuſmodi diſputatio pro nulla habeatur.

Hæc gratia de anno in annum erit perpetua.

Lib. grat. I. p. 54.

Dec. 16. 1721.

SINGULI quotannis tam in artibus incepturi quam quæſtioniſtæ jurant ſe in peragendis privatim exercitiis ſuis gratiam ſequentem ad amuſſim obſervaſſe.

Cum tempus adeo breve ſit ad quadrageſimam ut quæſtioniſtæ et incepturi hujus anni vix commode exercitationes ſuas perficere queant

Placeat vobis ut liceat iiſdem in ſuo grege diſputare et declamare quolibet profeſto die tam extra terminum quam in termino temporibus idoneis per dominos procuratores aſſignandis ſic ut unus moderatorum ſemper interſit et quæſtiones diſputandæ valvis ſcholarum ſolito more affigantur et ut duodecim ſophiſtæ ſingulis diſputationibus ſophiſtarum præſentes ſint et ſex baccalaurei declamationibus baccalaureorum.

Hæc gratia de anno in annum erit perpetua.

Lib. grat. I. p. 55.

Digitized by Google

Dec. 22. & 23. 1721. THE ſyndics appointed to conſider what ſalary ſhall be paid to your principal librarian and in what manner it ſhall be raiſed without burthening the common cheſt have come to the following reſolution which they now lay before you for your approbation and confirmation.

That fifty pounds per annum be paid in four quarterly payments by the vice-chancellor for the time being to your principal librarian out of the common cheſt which is propoſed to be replaced after the following manner.

1. That forty ſhillings beyond the uſual fees be paid to the ſenior proctor by every one that ſubſcribes in the regiſters book under the title of Oxonienſes et alii incorporati.

2. That twenty ſhillings beyond the uſual fees be paid to the junior proctor by every one that ſubſcribes in the regiſters book under the title of baccalaurei ad baptiſtam excepting the fellows of Kings college.

3. That from henceforward every perſon not bringing a certificate from the maſter or locum-tenens of his college that he did on or before the firſt of february in his fourth year declare to him in writing that he did not intend to proceed in his bachelor of arts degree ſhall before his admiſſion to a bachelors degree either in law or phyſick pay three pounds beyond the uſual fees to the ſenior proctor and that every perſon proceeding in his bachelor of arts degree after ſuch declaration ſhall pay the ſame ſum beyond the uſual fees to the junior proctor.

4. That every perſon coming from the univerſities of Oxford and Dublin not having kept the majority of his terms here ſhall before his admiſſion to a bachelors degree either in law or phyſick pay three pounds beyond the uſual fees to the ſenior proctor.

5. That every perſon proceeding to the degree of doctor in divinity not being before bachelor in that faculty ſhall pay forty ſhillings beyond the uſual fees to the ſenior proctor.

Laſtly

Digitized by Google

Laſtly that every perſon before his admiſſion to any degree in any faculty at an extraordinary commencement ſhall pay twenty ſhillings to the ſenior proctor.

That all theſe payments be accounted for by the proctors to the vice-chancellor at his audit for the benefit of the common cheſt.

That theſe reſolutions be printed and ſent to every college.

Lib. grat. I. p. 56.
Lib. procan. p. 100.
Lib. proc. ſen. fol. 210. *b*.
Lib. proc. jun. fol. 208. *a*.

Digniſſimo præſidi ſociiſque illuſtribus collegii medicorum Londinenſium.

Viri graviſſimi ornatiſſimique.

CUM ex literis veſtris nuper ad nos illatis maximam apud vos inſtitutioni academicæ adhuc haberi rationem abunde conſtaret tantorum virorum favore et judicio nos non mediocriter eſſe devinctos lubentiſſime profitemur. Porro autem cum academicis etiam gradibus illum honorem a vobis ſemper tribui perſpeximus ut eos ſolos qui ſuffragiis noſtris ad doctoratus titulum evehuntur in collegii veſtri ſocios cooptare dignemini id noſtri eſſe officii illico cenſuimus ut vobis viciſſim ſi pro ſingularibus veſtris in nos meritis par quidquam perſolvi non poſſit illam ſaltem quam et facile nos poſſumus quamque vos ultro expetitis gratiam quam primum rependere ſedulo eniteremur. Neque enim humaniores literas ita dedicimus ut ex alienis incommodis ubi nobis innotuerint noſtra quæreremus commoda nec ad rem privatam adeo ſumus attenti ut ob utilitatem publicam de noſtra decedere recuſaremus. Mar. 1. 1721.

Quocirca viri digniſſimi ut voluntati veſtræ rite obſequeremur in frequenti ſenatu alacres convenimus conſenſuque decrevimus unanimi ut nemo in poſterum niſi quem legitimus apud nos et annorum et ſtudiorum decurſus commendaverit ad quempiam in medicina gradum

Digitized by Google

gradum admitteretur: quod ut reipublicæ veſtræ felix fauſtumque ſit obnixe comprecamur.

Dat. e frequenti ſenatu anno Domini 1721.

Placeat vobis ut literæ modo lectæ collegio medicorum Londinenſium inſcriptæ veſtra authoritate et conſenſu muniantur.

Lib. grat. I. p. 59.

Oct. 13. 1722. CUM antiquus mos præſentandi taxatores ſecundum formam ſtatuti academiæ in hac parte editi per multos retro annos non rite obſervatus fuerit

Placeat vobis ut in poſterum ſingula collegia taxatores anno a præſentandis procuratoribus proxime ſubſequente ante primum diem ſeptembris domino procancellario præſentare teneantur ſub pœna decem librarum ciſtæ communi applicandarum collegio iſti a quo præſentatio prædicta omiſſa fuerit infligenda et ut hæc conceſſio veſtra vim ſtatuti obtineat.

Lib. grat. I. p. 76.

Apr. 5. 1723. CUM ad tollendam diſſidii materiam quod inter academicos et oppidanos de redditibus cenſendis oriri poſſet ab omnibus qui utrinque nuper convenerunt commiſſionariis concordatum fuerit ſi veſter accederet conſenſus ut ad ſummam mille quadringentarum viginti trium librarum unius ſolidi et ſex denariorum cum obolo conficiendam quæ ſumma academiæ et oppido pro hoc anno conjunctim irrogatur academia ſe quinquaginta libris oneraret reliquum oppidani in ſe ſuſciperent utque iteratus qui in priorum defectuum ſupplementum habendus eſt cenſus pari ratione penderetur ita ſcilicet ut e viginti et octo partibus ſummæ deficientis academia paulo minus quam unam perſolveret reliquas viginti et ſeptem cum additamento oppidani et denique ut hanc proportionem gratam in poſterum ambobus fore communibus utrinque ſigillis confirmaretur

Placeat vobis ut hujuſmodi concordatio rata ſit utque commune veſtrum ſigillum ſcripto ad hoc obligatorio affigatur.

Lib. grat. I. p. 78.

CUM

Digitized by Google

CUM regulæ jampridem a ſyndicis veſtris conſtitutæ de forma electionis duorum ſcholarium ex fundatione honoratiſſimi domini Craven baronis de Ryton incertum reliquerint ejuſmodi electionis exitum ſi forte eligentium ſuffragia in æquales partes fuerint diviſa quod in electione jam pendente accidiſſe compertum eſt Oct. 31. 1724.

Placeat vobis ne lis indirempta maneat ut quoad præſentem hanc electionem ille a candidatis parem ſuffragantium numerum habentibus pro electo habeatur quem honoratiſſimus dominus de Craven utpote ſummus et præcipuus in illuſtri fundatoris familia anteferendum duxerit. In futuris autem electionibus ſi eadem quæ nunc ſuffragiorum paritas contigerit ea pars prævaleat a qua ſteterit dominus procancellarius.

Lib. grat. I. p. 121.

CUM Ricardus Bradley ſocietatis regalis Londinenſis ſocius in re herbaria ſe peritiſſimum exhibuerit atque horto botanico inſtruendo et exornando et ſumptus et operam impendere ſpoponderit in ſummum hujus academiæ commodum decuſque Nov. 10. 1724.

Placeat vobis ut profeſſoris botanici titulum honoris ergo apud vos conſequatur.

Lib. grat. I. p. 122.

CUM academiæ noſtræ ſtatuta poſtulent ut varia exercitia peragantur antequam gradus ſuſcipi poſſunt Jan. 22. 1725.

Cumque qui gradus ambiunt a vobis crebro petant ut admiſſiones ſuas obtineant ſi cautionem realem ſe ſua exercitia intra terminum proxime ſequentem peracturos in manus procancellarii deponunt hoc autem conceſſo novas petitiones fabricentur ut ulterius differantur exercitia

Placeat vobis ut nullus ſit ejuſmodi petitionibus in poſterum locus ſed pecunia in manus procancellarii depoſita ciſtæ communi ſtatim applicetur niſi exercitia quæ ſinguli præſtare teneantur intra terminum eorum admiſſiones proxime ſequentem peragantur.

Lib. grat. I. p. 146.

CUM

Digitized by Google

Maii 12. 1726. CUM per ſtatuta regia cautum ſit ut omnes quorum annuus reditus eſt ad valorem quadraginta marcarum præter ſtipendia quæ habent a collegiis ſuis aut ab academia ratione alicujus lecturæ ad gradum aliquem ſcholaſticum promovendi dabunt cancellario procuratoribus reliquiſque officiariis togas ſolito more academiæ aut cum his component rationabiliter

Cum vero ſtatutorum veſtrorum perpauca adeo ſint exemplaria ut manibus vulgi academici minime terantur ideoque fortaſſe aliquando inveniantur ii qui pro conſuetudine hoc potius eaque non prorſus approbanda quam pro ſtatuto interpretari velint in grave officiariorum veſtrorum diſpendium

Placeat vobis ne quid vel per eorum qui e gremio academiæ fuerint incuriam vel eorum qui aliunde huc gradibus petendis acceſſerint inſcitiam in hac parte in poſterum peccetur ut ſtatutis in ſingulis admiſſionibus legendis poſt paragraphum *ſinguli inſuper qui hic gradum aliquem ſubituri ſunt* ſtatutum etiam hoc ſubſubjungatur et ut conceſſio hæc veſtra pro decreto perpetuo habeatur domini procancellarii et procuratorum libris intra quindecim dies inſcribenda.

Lib. grat. I. p. 148.
Lib. procan. p. 102.
Lib. proc. ſen. fol. 226. *a*:
Lib. proc. jun. fol. 222. *b*.

Jun. 11. 1726. CUM nullo prorſus ſtipendio præter pauca admodum emolumenta commiſſarii officium muneretur et deſideretur plerumque qui in foro judiciali domino procancellario (quotieſcunque eidem procancellario viſum fuerit) aſſideat

Placeat vobis ut Gulielmo Greaves veſtræ curiæ commiſſario et aſſeſſorio muneri non impari in futurum in utriuſque officii ſubſidium e communi ciſta viginti minæ annuatim erogentur durante beneplacito academiæ.

Lib. grat. I. p. 150.

CUM

Digitized by Google

CUM incolæ hujus oppidi ter ſingulis hebdomadis tam plateas quam angiportus ejuſdem ab omni cœno cæteriſque ſordibus purgare teneantur et tamen (nullo qui hanc rem inſpiciat a vobis conſtituto) id neutiquam faciant Jun. 27. 1726.

Placeat vobis ut præficiatur huic negotio Robertus Nicolſon atque ut ſtipendium quadraginta ſolidorum e ciſta communi annuatim accipiat durante beneplacito academiæ.

Lib. grat. I. p. 151.

CUM quæſtioniſtarum et ſophiſtarum diſputationes in termino quadrageſimali peragendæ hactenus vel penitus neglectæ fuerint vel perfunctorie præſtitæ in juventutis academicæ damnum et contra mentem ſtatuti Dec. 16. 1731.

Placeat vobis ut dicta exercitia tam quæſtioniſtarum in quadrageſima ſtantium quam ſophiſtarum iiſdem diebus et eadem forma habeantur prout in terminis poſt paſcha et feſtum ſancti Michaelis. Cumque inſuper neceſſe ſit ut prædictis diſputationibus præſint moderatores

Placeat vobis ut eiſdem moderatoribus ſtipendium (uti in aliis terminis) e communi ciſta aſſignetur et ut quilibet in poſterum in magiſtrorum vel baccalaureorum artium ordinem cooptandus duos ſolidos huic uſui impendendos ciſtæ communi perſolvere teneatur.

Lib. grat. I. p. 312.

CUM ſepultorum cadavera e cœmeteriis ſæpius furtim ſurrepta fuerint ad gravem plurimorum offenſionem Maii 9. 1732.

Placeat vobis ut quiſquis in poſterum e cœmeterio cadaver aliquod arripuerit vel ita ſurreptum celaverit infra limites academiæ poſtquam legitime convictus fuerit coram procancellario ſi ſcholaris ſit nondum graduatus ſuſpendatur a gradu capeſſendo per biennium ultra conſuetum tempus ſi vero ſit graduatus gradu ſuo privetur ſin ſcholarium gaudeat privilegio in perpetuum privilegium ſuum amittat.

Lib. grat. I. p. 316.

Digitized by Google

Oct. 10. 1732. PLACEAT vobis ut si quisquam scholaris infra gradum magistri in artibus transtulerit se ab alio collegio in aliud nisi prius impetratis literis sub chirographo magistri collegii decani et prælectoris testantibus de honesta sua et laudabili conversatione persolvere teneatur quinque libras collegio a quo secesserit et quinque libras cistæ vestræ communi.

Lib. grat. I. p. 332.

Maij 23. 1733. AD præcavendam omnem infamiam quam academia pati potest si temere gradus immerentibus conferantur

Placeat vobis ut si quis in posterum petat a vobis gradum aliquem postquam ejusdem supplicatio suffragiis vestris fuerit rejecta præfecto uniuscujusque collegii aut ejus vices gerenti intentionem suam supplicandi pridie congregationis in qua supplicaturus est in scriptis notam faciat: quod si omissum fuerit omnis ad gradum aditus pro hac vice præcludatur.

Lib. grat. I. p. 337.

Maij 21. 1734. CUM ad academiæ dignitatem pertineat ut exercitia per statuta requisita rite peragantur

Placeat vobis ut si quis ordine suo juxta statutum de disputationibus theologorum non responderit singulis omissionibus præter mulctam a statuto præscriptam prima vice viginti solidis secunda vice quadraginta solidis tertia et singulis deinceps vicibus quatuor libris mulctetur: quæ novæ mulctæ domino procancellario in usum cistæ communis solventur.

Lib. grat. I. p. 358.
Lib. procan. p. 144.

Mar. 9. 1737. CUM academiam minime deceat ut ejus honoribus ornentur ii de quorum in literis profectu parum aut nihil omnino constet cumque alienum sit a necessitudine quæ inter societates literarias intercedere debet ut qui gradum magisterii in artibus capessere domi non possint hic ad eum admittantur

Placeat

Digitized by Google

Placeat vobis ut nullus artium baccalaureus ab aliqua academia incorporatus ad gradum magiſterii in artibus hic apud nos admittatur qui pro gradu baccalaureatus determinaverit poſt decimum quintum diem julii proxime ſequentis exceptis iis qui poſt ſuſceptum gradum baccalaureatus in alia academia ex novem terminis per ſtatuta noſtra requiſitis ſex ad minimum (aut eorum uniuſcujuſque majorem partem) apud nos compleverint atque etiam iis qui in alicujus collegii Cantabrigienſis fundationem cooptati fuerint et ut hæc conceſſio veſtra vim ſtatuti obtineat atque libris domini procancellarii et procuratorum intra decem dies inſcribatur.

Lib. grat. I. p. 443.
Lib. procan. p. 145.
Lib. proc. ſen. fol. 226. *b*.
Lib. proc. jun. fol. 222. *a*.

CUM ab omnibus ſcholaribus requiratur ut ubi nomina eorum in albo academico inſcribuntur jurent ſe leges et ſtatuta academiæ conſervaturos cumque legis cognitio ſit in primis ad ejus obſervationem neceſſaria Mar. 1. 1738.

Placeat vobis ut ſyndicis veſtris quibus commiſſa eſt prœli adminiſtratio curantibus liber imprimatur qui contineat omnia academiæ ſtatuta quæ ad ſcholares infra gradum magiſtri in artibus ſpectant atque ut iſtius libri exemplaria inter ejuſmodi ſcholares qui jam jurati ſunt diſtribuantur et ut in poſterum unuſquiſque in matriculatione ſua iſtiuſmodi librum a procuratoribus accipiat quem poſtea gradum aliquem ſuſcepturus præ manibus habere tenebitur ut conſtet eum datæ fidei non fuiſſe immemorem.

Lib. grat. I. p. 464.

MAY it pleaſe you that M^r. Burford of Kings college and M^r. Yonge of Trinity college be added to the ſyndics by you already appointed to print a collection of ſtatutes for the uſe of ſcholars. Dec. 18. 1739.

Lib. grat. I. p. 486.

Digitized by Google

Dec. 18. 1739. WHEREAS complaint has been made that of the oaths which are required to be taken by ſuch as are admitted to degrees in this univerſity ſome are become obſolete and others are unintelligible to many of thoſe who take them

Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes : terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus Deus noſter benedicat nos Deus : et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio et nunc et in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lib. procan. p. 134.

Abſolutio in fine termini poſt recitatum Pſalm. LXVII. in novo ſacello.

AUTHORITATE nobis commiſſa nos abſolvimus vos, ab omni levi negligentia forisfactione ſeu tranſgreſſione ſtatutorum privilegiorum et conſuetudinum et Deo et ſacramentis eccleſiæ vos reſtituimus Procan. ſedet in cathedra capite tecto.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Nos diſſolvimus hanc congregationem regentium et non regentium una cum termino } uſque ad { 13 diem januarii. / 11 diem poſt paſcha. / 10 diem octobris.

Lib. procan. p. 135.

Formulæ in baccalaureorum comitiis prioribus uſitatæ.

BACCALAUREI quibus ſua reſervatur ſenioritas comitiis prioribus

D. ———

Nos reſervamus ei ſenioritatem ſuam.

Et ei &c. &c.

Nos continuamus hanc diſputationem in horam primam diei jovis poſt quartam dominicam hujus quadrageſimæ.

Digitized by Google

Formulæ in comitiis posterioribus usitatæ.

BACCALAUREI quibus sua reservatur senioritas comitiis posterioribus.

D. ———.

Nos reservamus ei senioritatem suam.

Et ei &c. &c.

Reliqui petant senioritatem e registro.

Authoritate qua fungimur decernimus creamus et pronunciamus omnes hujus anni determinatores finaliter determinasse et actualiter esse in artibus baccalaureos.

Formulæ in comitiis majoribus usitatæ.

Venerande / Honorande } Pater ad creationem.

Domine doctor / Magister } Incipe.

Ad oppositum.

Pone dextram manum in manum { Doctoris. / Magistri.

Dabis fidem de observando statuta privilegia et consuetudines hujus universitatis approbatas.

Pone manum super librum.

Jurabis (in animam { Doctoris / Magistri } A.B.) de continuatione reginis tui in { Biennium. / Quinquennium.

Jurabis

Digitized by Google

Jurabis etiam quod extra hanc universitatem nusquam præterquam Oxoniis in illa facultate incipies aut lectiones tuas solenniter resumes nec consenties ut aliquis alibi in Anglia incipiens hic pro {Doctore / Magistro} in illa facultate habeatur.

Determinabis quæstionem in aure {Doctoris / Magistri} sedendo.

(Ad professionem)

Exito.

Exemp. typis excus.

Formula professionis inceptorum in theologia.

IN DEI nomine Amen. Ego A. B. ex animo amplector universam sacram scripturam canonicam veteri et novo testamento comprehensam omniaque illa quæ vera ecclesia Christi sancta et apostolica verbo Dei subjecta et eodem gubernata respuit respuo: quæ tenet teneo: et in his omnibus ad finem usque vitæ perseverabo Deo mihi pro summa sua miserecordia gratiam præstante per Jesum Christum Dominum nostrum.

Lib. grat. Δ. fol. 90. *a*.
Exemp. typis excus.

TABULÆ

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULÆ FEODORUM.

Digitized by Google

TABULA FEODORUM.

Tabula antiqua ſolutionum ab illis qui gradus ambiunt faciendarum.

SEQUUNTUR ſolutiones faciendæ vice-cancellario procuratoribus bedellis et aliis hujus academiæ officiariis ab illis qui gradus ambiunt in quacunque facultate.

Magiſter grammatices. Magiſter grammatices ſolvet in ſua admiſſione bedellis pro viſitatione v^{s} IIII^{d}: quanquam communiter non ſolvet uſque in diem commenſationis quia ſæpe admittuntur ignorantibus bedellis et tunc ſolvunt pro duabus viſitationibus x^{s} VIII^{d} niſi forte ſolverit pro una in admiſſione quod raro admodum contingit. Item ſolvet bedellis pro chirotecis VI^{d}.

Summa XI^{s} II^{d}.

Baccalaureus in muſica. Baccalaureus in muſica ſolvet in ſua admiſſione pro collectis bedellorum IIII^{s} VIII^{d}. Item in ſua admiſſione ſolvet vice-cancellario II^{s} præſentatori II^{s} procuratoribus II^{s} pro communa XX^{d} pulſatori campanæ XII^{d} regiſtro IIII^{d} bedellis pro prandio VI^{d}: in tempore introitus ſolvet bedellis pro viſitatione VI^{s} VIII^{d} pro chirotecis VI^{d}.

Summa XXI^{s} IIII^{d}.

Inceptor in muſica. Inceptor in muſica ſolvet pro collectis bedellorum II^{s} VIII^{d} pro duabus reſponſionibus XIII^{s} IIII^{d} pro introitu corporis muſicæ VI^{s} VIII^{d} vice-cancellario II^{s} præſentatori II^{s} procuratoribus II^{s} pro

Digitized by Google

pro communa xx^{d} pulsatori campanæ xii^{d} registro viii^{d} pro prandio bedellorum vi^{d}: in crastino commensationis solvet pro visitatione xiii^{s} iiii^{d} pro calendario iii^{s} iiii^{d} pro chirotecis vi^{d}.

Summa xlix^{s} viii^{d}.

Baccalaureus in artibus solvet in sua admissione vice-cancellario iiii^{d} præsentatori iiii^{d} procuratoribus viii^{d} pro communa xii^{d} pro mathematica lectura viii^{d} registro ii^{d}. Item in respondendo quæstioni solvet bedellis pro chirotecis vi^{d} de qualibet domo nisi forte responderint diversis temporibus: tunc enim pro quolibet tempore solvet vi^{d} vel tria paria chirotecarum. Solvet etiam in die cinerum bedellis v^{s} iiii^{d} pro chirotecis vi^{d}. Baccalaureus in artibus.

Summa x^{s}.

Baccalaureus in artibus incorporatus solvet sicut quæstionista in sua admissione. Solvet etiam bedellis pro visitatione v^{s} iiii^{d} et pro chirotecis vi^{d}. Baccalaureus in artibus incorporatus.

Summa v^{s} x^{d}.

Item baccalaureus in artibus volens incipere in eisdem solvet bedellis v^{s} iiii^{d} pro introitu in libros posteriorum. Introitus in libros posteriorum.

Inceptor in artibus solvet vice-cancellario ii^{s} præsentatori xii^{d} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} pro mathematica lectura iii^{s} pro commutatione iiii^{d} pro registro iiii^{d}. Solvet etiam bedellis in crastino commensationis v^{s} iiii^{d}. Inceptor in artibus.

Summa xv^{s} viii^{d}.

Solvet etiam bedellis pro omni disputatione v^{s} iiii^{d} nisi disputaverit bis in anno pro seipso incipiendo a nativitate Domini.

Nota quod si novus magister disputaverit bis ante nativitatem Domini non visitabit bedellos.

Incorporatus in artibus solvet in incorporatione sua vice-cancellario Magister incorporatus.

Digitized by Google

lario 11^s procuratoribus 11^s præſentatori XII^d pro communa XX^d pro commutatione IIII^d regiſtro IIII^d bedellis pro viſitatione X^s VIII^d et pro chirotecis VI^d.

Summa XVIII^s VI^d.

Baccalaureus in medicina. Baccalaureus in medicina ſolvet pro collectis IIII^s VIII^d vice-cancellario 11^s præſentatori 11^s procuratoribus 11^s pro communa XX^d pro viſitatione VI^s VIII^d regiſtro IIII^d pro prandiis bedellorum VI^d. Solvet etiam in introitu VI^s VIII^d pro chirotecis VI^d.

Summa XXVII^s.

Admiſſus ad practicandum Admiſſus ad practicandum ſolvet vice-cancellario IIII^d præſentatori IIII^d procuratoribus VIII^d cuilibet bedellorum IIII^d.

Summa 11^s IIII^d.

Inceptor in medicina. Inceptor in eadem ſolvet pro collectis 11^s VIII^d pro duabus reſponſionibus XIII^s IIII^d pro introitu corporis medicinæ VI^s VIII^d vice-cancellario 11^s procuratoribus 11^s præſentatori 11^s pro communa XX^d regiſtro VIII^d pro prandio bedellorum VI^d: in craſtino commenſationis ſolvet bedellis XIII^s IIII^d bedello in artibus pro calendario III^s IIII^d et pro chirotecis VI^d.

Summa XLVIII^s VIII^d.

Baccalaureus in jure civili. Baccalaureus in jure civili ſolvet pro collectis bedellorum IIII^s VIII^d vice-cancellario 11^s præſentatori 11^s procuratoribus 11^s pro communa XX^d pulſatori campanæ XII^d regiſtro IIII^d pro prandio bedellorum VI^d: in introitu ſolvet pro viſitatione VI^s VIII^d et pro chirotecis VI^d ad minus.

Summa XXI^s IIII^d.

Incorporatus in jure civili. Incorporatus in jure civili ſolvet pro collectis ut prædictum eſt de baccalaureo juris civilis XXI^s IIII^d.

Nota quod ſtudens in jure civili et gradum aſſumens in jure canonico ſolvet bedello in artibus pro collecta per annum VIII^d pro quolibet

Digitized by Google

quolibet anno. Nihilominus ſolvet bedello in theologia integraliter pro quolibet anno VIII^{d} quibus annis in jure canonico ſtudere debuiſſet et e contra.

Procurator in curia d. cancellarii ſolvet in ſua admiſſione vice-cancellario IIII^{d} præſentatori IIII^{d} procuratoribus VIII^{d} cuilibet bedellorum IIII^{d}. Procurator in curia.

Summa II^{s} IIII^{d}.

Inceptor in jure civili ſolvet pro collectis II^{s} VIII^{d} pro duabus reſponſionibus XIII^{s} IIII^{d} pro introitu parvi voluminis VI^{s} VIII^{d} vice-cancellario II^{s} præſentatori II^{s} procuratoribus II^{s} pro communa XX^{d} pulſatori campanæ XII^{d} regiſtro VIII^{d} et pro prandio bedellorum VI^{d} ad minus. Solvet etiam in craſtino commenſationis pro viſitatione XIII^{s} IIII^{d} bedello in artibus pro calendario III^{s} IIII^{d} et pro chirotecis VI^{d}. Inceptor in jure civili.

Summa XLIX^{s} VIII^{d}.

Baccalaureus in jure canonico ſolvet pro collectis decem annorum VI^{s} VIII^{d} vice-cancellario II^{s} præſentatori II^{s} procuratoribus II^{s} pro communa XX^{d} pro campana XII^{d} regiſtro IIII^{d} pro prandio bedellorum VI^{d}. Solvet etiam in introitu VI^{s} VIII^{d} et pro chirotecis VI^{d}. Baccalaureus in jure canonico.

Summa XXIII^{s} IIII^{d}.

Si aliquis intraverit in utroque ſolvet plenarie pro utroque. Intrans in utroque jure.

Incorporatus in jure canonico ſolvet ut prædictum eſt de baccalaureo juris canonici XXIII^{s} IIII^{d}. Incorporatus in jure canonico.

Inceptor in jure canonico ſolvet bedellis pro collectis decem annorum VI^{s} VIII^{d} pro duabus reſponſionibus XIII^{s} IIII^{d} pro introitu decretorum VI^{s} VIII^{d} regiſtro VIII^{d} vice-cancellario II^{s} præſentatori II^{s} procuratoribus II^{s} pro communa XX^{d} pulſatori cam- Inceptor in jure canonico.

Digitized by Google

lario 11^s procuratoribus 11^s præſentatori XII^d pro communa XX^d pro commutatione IIII^d regiſtro IIII^d bedellis pro viſitatione X^s VIII^d et pro chirotecis VI^d.

Summa XVIII^s VI^d.

Baccalaureus in medicina. Baccalaureus in medicina ſolvet pro collectis IIII^s VIII^d vice-cancellario 11^s præſentatori 11^s procuratoribus 11^s pro communa XX^d pro viſitatione VI^s VIII^d regiſtro IIII^d pro prandiis bedellorum VI^d. Solvet etiam in introitu VI^s VIII^d pro chirotecis VI^d.

Summa XXVII^s.

Admiſſus ad practicandum Admiſſus ad practicandum ſolvet vice-cancellario IIII^d præſentatori IIII^d procuratoribus VIII^d cuilibet bedellorum IIII^d.

Summa II^s IIII^d.

Inceptor in medicina. Inceptor in eadem ſolvet pro collectis II^s VIII^d pro duabus reſponſionibus XIII^s IIII^d pro introitu corporis medicinæ VI^s VIII^d vice-cancellario II^s procuratoribus II^s præſentatori II^s pro communa XX^d regiſtro VIII^d pro prandio bedellorum VI^d: in craſtino commenſationis ſolvet bedellis XIII^s IIII^d bedello in artibus pro calendario III^s IIII^d et pro chirotecis VI^d.

Summa XLVIII^s VIII^d.

Baccalaureus in jure civili. Baccalaureus in jure civili ſolvet pro collectis bedellorum IIII^s VIII^d vice-cancellario II^s præſentatori II^s procuratoribus II^s pro communa XX^d pulſatori campanæ XII^d regiſtro IIII^d pro prandio bedellorum VI^d: in introitu ſolvet pro viſitatione VI^s VIII^d et pro chirotecis VI^d ad minus.

Summa XXI^s IIII^d.

Incorporatus in jure civili. Incorporatus in jure civili ſolvet pro collectis ut prædictum eſt de baccalaureo juris civilis XXI^s IIII^d.

Nota quod ſtudens in jure civili et gradum aſſumens in jure canonico ſolvet bedello in artibus pro collecta per annum VIII^d pro quolibet

Digitized by Google

quolibet anno. Nihilominus ſolvet bedello in theologia integraliter pro quolibet anno viii^{d} quibus annis in jure canonico ſtudere debuiſſet et e contra.

Procurator in curia d. cancellarii ſolvet in ſua admiſſione vice-cancellario iiii^{d} præſentatori iiii^{d} procuratoribus viii^{d} cuilibet bedellorum iiii^{d}. Procurator in curia.

Summa ii^{s} iiii^{d}.

Inceptor in jure civili ſolvet pro collectis ii^{s} viii^{d} pro duabus reſponſionibus xiii^{s} iiii^{d} pro introitu parvi voluminis vi^{s} viii^{d} vice-cancellario ii^{s} præſentatori ii^{s} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} pulſatori campanæ xii^{d} regiſtro viii^{d} et pro prandio bedellorum vi^{d} ad minus. Solvet etiam in craſtino commenſationis pro viſitatione xiii^{s} iiii^{d} bedello in artibus pro calendario iii^{s} iiii^{d} et pro chirotecis vi^{d}. Inceptor in jure civili.

Summa xlix^{s} viii^{d}.

Baccalaureus in jure canonico ſolvet pro collectis decem annorum vi^{s} viii^{d} vice-cancellario ii^{s} præſentatori ii^{s} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} pro campana xii^{d} regiſtro iiii^{d} pro prandio bedellorum vi^{d}. Solvet etiam in introitu vi^{s} viii^{d} et pro chirotecis vi^{d}. Baccalaureus in jure canonico.

Summa xxiii^{s} iiii^{d}.

Si aliquis intraverit in utroque ſolvet plenarie pro utroque. Intrans in utroque jure.

Incorporatus in jure canonico ſolvet ut prædictum eſt de baccalaureo juris canonici xxiii^{s} iiii^{d}. Incorporatus in jure canonico.

Inceptor in jure canonico ſolvet bedellis pro collectis decem annorum vi^{s} viii^{d} pro duabus reſponſionibus xiii^{s} iiii^{d} pro introitu decretorum vi^{s} viii^{d} regiſtro viii^{d} vice-cancellario ii^{s} præſentatori ii^{s} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} pulſatori cam- Inceptor in jure canonico.

Digitized by Google

panæ xii^{d} pro prandio bedellorum vi^{d} ad minus pro visitatione xiii^{s} iiii^{d} bedello in theologia iii^{s} iiii^{d} pro chirotecis vi^{d}.

Summa liii^{s} viii^{d}.

Baccalaureus in theologia.

In theologia baccalaureus solvet in prima responsione pro visitatione vi^{s} viii^{d} in admissione vice-cancellario ii^{s} præsentatori xii^{d} procuratoribus ii^{s} registro vi^{d} pro prandio bedellorum vi^{d}. Solvet etiam in introitu vi^{s} viii^{d} et pro chirotecis vi^{d}.

Summa xix^{s} x^{d}.

Religiosus quicunque solvet ultra prædicta pro una communa xx^{d}.

Fratres quatuor claustrorum non solvent in prima responsione sed in admissione solvent bedellis pro non regendo vi^{s} viii^{d}. Omnes alii religiosi solvent in prima responsione.

Baccalaureus in theologia incorporatus.

Baccalaureus in theologia incorporatus solvet sicut baccalaureus in eadem xix^{s} x^{d}.

Inceptor in theologia.

Inceptor in theologia solvet pro introitu bibliæ vi^{s} viii^{d} vice-cancellario ii^{s} præsentatori xii^{d} procuratoribus ii^{s} pro communa xx^{d} registro viii^{d} et pro prandiis bedellorum vi^{d}. Solvet etiam in crastino commensationis pro visitatione bedellorum xiii^{s} iiii^{d} bedello in theologia pro calendario iii^{s} iiii^{d} et pro chirotecis vi^{d}.

Summa xxxi^{s} viii^{d}.

Quilibet doctor prædicans ad clerum vel determinans quæstiones dat bedellis unam refectionem in prandium vel xii^{d} inter eos dividendos.

Simili modo baccalaureus in theologia prædicans ad clerum dat prandium bedellis vel xii^{d}.

Incorporati ad magisterium in aliqua facultate solvent prout de incorporatis in artibus dictum est servata ... suæ propriæ facultatis.

Item admissus in aliqua facultate solvet officiariis illius anni in quo est admissus pro admissione.

Lib. proc. jun. fol. 26. *b.*

Vid. tabulam feodorum an. 1mo. *regin. Eliz. edit. p.* 194.

Vid. tabulam feodorum an. 12mo. *regin. Eliz. edit. p.* 260.

Tabula

Digitized by Google

Tabula solutionum pro gradibus edita Hen: Butts procan.

Solutiones faciendæ ab iis qui gradus suscipiunt.

Baccalaureus in artibus ante admissionem.

	£.	S.	D.
DECRETUM est per academiam xxi die januarii 1631 ne examinatores recipiant a quæstionistis pro examinatione ordinaria ultra — —	0	1	8
Nec ab eisdem pro examinatione extraordinaria ultra	0	3	4

Sub pœna in dicto decreto expressa.

Solvet procuratoribus pro compotationibus et cœnis	0	4	0
Registro pro subscriptione — — —	0	0	6

Baccalaureus in artibus in admissione solvet

Procancellario — — —	0	0	4
Oratori — — — —	0	1	6
Procuratoribus — — — —	0	2	0
Eisdem pro chirothecis — — —	0	0	6
Eorum servis — — — —	0	0	2
Scrutatoribus — — — —	0	0	8
Præsentatori — — —	0	0	4
Bedellis — — —	0	7	8
Registro — — — —	0	0	2
Pulsatori — — —	0	0	3
Ecclesiæ beatæ Mariæ — —	0	0	4
Cistæ communi — — —	0	3	5
Pro copia juramenti — — —	0	0	2
Dabit etiam academiæ cautionem realem quod respondebit quæstioni et stabit in quadragesima usque ad extremum actum more consueto — —	0	13	4
	1	10	10

Inceptor

Digitized by Google

Inceptor in artibus ſolvet ante admiſſionem

	£.	S.	D.
Procuratoribus et eorum ſervis pro qualibet reſponſione extraordinaria — — —	0	1	6
Bedellis pro qualibet reſponſione extraordinaria aut variatione — — —	0	1	0
Eiſdem pro introitu in libros poſteriorum — —	0	5	4
Regiſtro pro ſubſcriptione — —	0	0	6

In admiſſione ſolvet

Procancellario — — — —	0	2	0
Oratori — — — —	0	2	0
Procuratoribus — — —	0	2	0
Eiſdem pro petenda gratia niſi fuerit collegii Regalis	0	1	4
Eorundem ſervis — — —	0	0	2
Scrutatoribus niſi ſit collegii Regalis — —	0	0	8
Præſentatori — — — —	0	1	0
Bedellis — — — —	0	8	4
Regiſtro — — — —	0	0	4
Pulſatori — — —	0	0	6
Eccleſiæ beatæ Mariæ — —	0	0	2
Ciſtæ communi — — —	0	5	9
Pro copia juramenti — —	0	0	2
Dabit etiam academiæ cautionem realem pro præſtanda diſputatione ad valorem — —	2	0	0
Summa	3	4	5

Idem poſt admiſſionem ſolvet

Bedellis pro diſputatione — — —	0	5	4
Eiſdem jentaculum aut — —	0	1	0

Baccalaureus

Digitized by Google

Baccalaureus in theologia ſolvet

	£.	S.	D.
Procancellario — — —	0	2	0
Procuratoribus — — — —	0	4	0
Præſentatori — — — —	0	2	0
Bedellis — — — —	0	16	4
Eiſdem pro actibus { reſponderit — —	0	4	0
ſi doctori { non reſponderit — —	0	3	0
Regiſtro — — — —	0	0	6
Pulſatori pro actibus { reſponderit — —	0	1	4
ſi doctori { non reſponderit —	0	1	0
Ciſtæ communi — — —	0	1	0
Summa	1	11	2
Aut	1	9	10

Inceptor in theologia ſolvet

Procancellario — — —	0	2	0
Procuratoribus — — —	0	2	0
Scrutatoribus — — — —	0	0	8
Præſentatori — — —	0	1	0
Bedellis — — — —	1	6	4
Eiſdem pro invitandis — — —	0	3	0
Eiſdem pro actibus { reſponderit — —	0	4	0
ſi doctori { non reſponderit —	0	3	0
Ciſtæ communi — — —	0	3	0
Regiſtro — — — —	0	0	8
Pulſatori — — — —	0	1	0
Eidem pro actibus { reſponderit — —	0	1	4
ſi doctori { non reſponderit —	0	1	0
Dabit etiam academiæ realem cautionem quod determinabit quæſtionem infra annum — —	2	0	0
Summa	4	5	0
Aut	4	3	8

Baccalaureus

Digitized by Google

Baccalaureus in { Musica / Medicina / Jure } solvet

	£.	S.	D.
Procancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	2	0
Præsentatori	0	2	0
Bedellis	1	1	0
Eisdem pro actu	0	1	0
Regiſtro	0	0	4
Pulsatori	0	1	0
Eidem pro actu	0	0	4
Academiæ loco cautionis quòd leget	0	13	4
Ciſtæ communi	0	2	4
Summa	2	5	4

Item eorum quilibet solvet

Regiſtro pro subscriptione	0	0	6

Inceptor in { Musica / Medicina / Jure } antea baccalaureus solvet

Procancellario	0	2	0
Procuratoribus	0	2	0
Præsentatori	0	2	0
Bedellis	2	2	4
Eisdem pro invitandis	0	3	0
Eisdem pro actibus	0	2	0
Regiſtro	0	0	8
Pulsatori	0	1	0
Eidem pro duobus actibus	0	0	8
Ciſtæ communi	0	3	0
Summa	2	18	8

Item

Digitized by Google

Item quilibet eorum ſolvet

	£.	S.	D.
Regiſtro pro ſubſcriptione — — —	0	0	6
Si non fuerit antea baccalaureus in eadem facultate ſolvet etiam feoda debita pro gradu baccalaureatus niſi quod ſolvet inſuper procuratoribus pro gratia petenda — — — —	0	6	8
Scrutatoribus pro eadem — —	0	3	4
Ciſtæ communi tantum — — —	0	4	8

Practicans in { medicina / et / chirurgia } ſolvet

Procancellario — — —	0	2	0
Procuratoribus — — — —	0	5	4
Præſentatori — — — —	0	2	0
Bedellis — — — —	1	11	0
Regiſtro — — — —	0	0	4
Pulſatori — — — —	0	1	0
Ciſtæ communi — — —	0	1	8
Academiæ dabit loco cautionis quod leget —	1	0	0
Summa	3	3	4

Procurator in curia ſolvet in admiſſione ſua — — *

Solutiones aliæ.

Omnes incipientes in aliqua facultate dabunt cancellario patri et procuratoribus pro creatione et diſputatione pro veteri more academiæ.

Qui progrediuntur † . . . . . tum ſatisfacient academiæ et officiariis pro gradibus inferioribus more ab academia ‡ re . . . . . .

Incorporatus ſolvet prout de corporatis dictum eſt ſervata taxatione ſuæ facultatis.

Componens

* In exemp. E. 65. "2s. 4d."
† In exemp. E. 65. progrediuntur "per ſaltum."
‡ In exemp. E. 65. "recepto."

Digitized by Google

Componens ſolvet

	£.	S.	D.
Procancellario — — —	2	0	0
Procuratoribus — — —	2	0	0
Scrutatoribus — — — —	1	0	0
Bedellis — — —	3	0	0
Eiſdem pro invitandis — —	0	3	0
Pulſatori — — — —	0	3	4
Summa	8	6	4

Item quilibet prædicans ad clerum aut populum pro gradu aut determinans quæſtionem dabit bedellis — — 0 1 0
Pulſatori — — — — — 0 0 4
Item bedellis dabitur pro qualibet concione ordinaria 0 0 4
Item eiſdem pro cathedra juris — — — 0 6 8
Item { Procan. / Procurat. / Scrutat. / Bedellis } pro quolibet ſigillo viz. ſingulis eorum 0 0 4

Pro re anatomica

Singuli quæſtioniſtæ et inceptores in artibus ſolvent ad . . . . . in decreto academiæ limitatum — 0 0 4
Item ſtudioſi medicinæ ſolvent pro re anatomica ſingulis † . . . . . ad tempus prædictum ‡ . . . . .

HEN. BUTTS procanc.

Exemp. E. 65. in archiv. acad.

† In exemp. E. 65. "annis"
‡ In exemp. E. 65. "10s."

APPENDIX

Digitized by Google

APPENDIX.

STATUTA REGINALDI POLI.

19° maii 1557° et r. Ph. et M. 3° & 4to.

REGINALDUS miſeratione divina tituli ſanctæ Mariæ in Coſmedin ſanctæ Romanæ eccleſiæ preſbyter cardinalis Polus archiepiſcopus Cantuarienſis ſanctiſſimi domini noſtri papæ et ſedis apoſtolicæ ad ſereniſſimas Phil. et Mar. Angl. reges et univerſum Angliæ regnum de latere legatus diſcreto et nobis in Chriſto dilecto univerſitatis ſtudii generalis oppidi Cantabr. Elien dioc. vice-cancellario ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum in viſitatione iſtius univerſitatis nuper de mandato noſtro peracta inter alia quæ reformatione digna viſa ſunt ſtatuta ipſius univerſitatis una cum compoſitione de procuratoribus eligendis non modica emendatione indigere compertum fuerit utpote cum aliqua ex eis quæ præſentium temporum qualitati non conveniunt immutanda quædam cum his negotiis propter quæ condita ſunt non ſufficienter provideant ſupplenda et quia multa de novo emerſerunt quæ novis indigent remediis alia nova ſtatuta illis addenda ſunt nos ſtatutorum et compoſitionis hujuſmodi reformationem ſummopere deſiderantes diſcretioni tuæ de qua in his et aliis plurimum confidimus quatenus cum majoris congregationis conſilio pariter et aſſenſu duos vel tres ex qualibet facultate viros pietate et doctrina rerumque iſtius univerſitatis cognitione et experientia inſignes qui una tecum ejuſdem univerſitatis ſtatuta et compoſitionem

Digitized by Google

nem prædictam adhibitis etiam quoad compositionem hujusmodi reformandam collegiorum seu aularum præpositis diligenter revideant et examinent ea sub nostri beneplaciti reservatione reforment corrigant et emendent superflua tollendo et præsentibus temporibus non convenientia immutando contraria ad concordiam et inordinata ad ordinem reducendo diminuta supplendo aliaque statuta prout necessitas et utilitas ipsius universitatis suadebit de novo condendo eligas deputes et instituas eaque ad nos transmittas: quodque interim pro directione ac salubri regimine dictæ universitatis sequentes ordinationes omnes fere per eos quos nuper ad visitandum eandem universitatem deputavimus eidem universitati in eorum discessu insinuatas et ejusdem universitatis statuta præsenti tempori convenientia et ordinationibus hujusmodi non contraria tu in primis quatenus personam tuam concernunt observes et ab omnibus aliis quos ea tangunt sub pœnis in eisdem ordinationibus et statutis contentis facias inviolabiliter observari auctoritate apostolica nobis hac in legatione concessa qua fungimur tenore præsentium committimus et mandamus statutis et consuetudinibus ipsius universitatis quatenus eisdem ordinationibus obviarent et aliis non obstantibus quibuscunque.

De electione vice-cancellarii.

CAP. I.

SINGULIS annis in crastinum commemorationis animarum vel si is dies dominicus sit postridie electio vice-cancellarii celebretur. Quod si forte acciderit ut ante hunc diem per mortem vicecancellarii vel alias hoc munus vacet tum intra triduum a die vacationis alius in vice-cancellarii locum usque ad dictum diem eligatur et surrogetur. Hæc autem forma in ejus electione servabitur. Pridie festi omnium sanctorum convenient præpositi collegiorum item omnes cujuslibet facultatis doctores et baccalaurei theologiæ qui tum in universitate aderunt. Hi duos vitæ et morum honestate literarum scientia et in rebus gerendis experientia ad hoc munus obeundum magis aptos et idoneos eligent et nominabunt atque hujusmodi electionem et nominationem per bedellos statim procuratoribus significabunt et die superius statuto convocata regentium congregatione alter ex his duobus sic ut præfertur nominatis per regentes

Digitized by Google

regentes juxta veterem morem eligetur. Quod ſi ipſi præpoſiti doctores et baccalaurei in duobus hujuſmodi per ipſos nominandis non concordarent tum hi electi et nominati intelligantur in quos major pars concurrerit. Si vero (quod abſit) in tribus ſcrutiniis major pars in duobus nominandis non concordaret tum iidem electores intra biduum nomina eorum qui in ſcrutinio nominati fuerint ad cancellarium mittent qui ex eis duos nominabit et hanc nominationem intra quinque dierum ſpatium ad regentes mittet ipſique habita hac nominatione ſtatim convocata congregatione unum ex duobus ſic nominatis in vice-cancellarium ut præfertur eligent.

De electione lectorum ordinariorum.

CAP. II.

VICE-CANCELLARIUS cum præpoſitis ſeu magiſtris collegiorum vel aularum tempore per ſtatuta vel fundationes lectionum aſſignato vel ſi non ſit certum tempus aſſignatum intra octavam feſti corporis Chriſti pro unaquaque lectione ordinaria duos ex regentibus eligant et nominent quorum unus ad lectionem anni futuri per magiſtros regentes eligatur per modum ſcrutinii in cujus capite erunt vice-cancellarius procuratores et unus lector publicus theologiæ: et hujuſmodi ſcrutinium fiet intra biduum ex quo nominatio a vice-cancellario et præfectis prædictis celebrata fuerit. Quod ſi ipſi vice-cancellarius et præpoſiti in duobus hujuſmodi nominandis non concordarent tum hi electi et nominati cenſeantur in quos major pars concurrerit. Si vero (quod abſit) in tribus ſcrutiniis major pars non convenerit tum hujuſmodi nominatio ad vice-cancellarium et duos ſeniores doctores in univerſitate præſentes unum ſcilicet theologiæ et alterum juris devolvatur et unus ex eis per eos vel vice-cancellarium et alterum doctorem ſi alter diſſentiret nominatis per regentes ut præfertur eligatur et deputetur.

De

Digitized by Google

De gradibus exhibendis.

CAP. III.

NULLUS ad aliquem gradum admittatur nisi perfecerit eas omnes disputationes et responsiones cæteraque experimenta scholastica quæ gradus ipse ante admissionem requirit. Nulli absenti gradus conferatur et diligens inquisitio fiat de vita moribus et scientia ejus qui ad gradum admittendus est nec cito et temere in re tanti momenti procedatur: super præmissis etiam minime dispensetur.

De gratiis concedendis.

CAP. IV.

NULLA gratia concedatur nisi in quatuor conciliis qui non sint plures quam quatuor in anno nisi magna et rationabilis causa per regentes et non-regentes approbanda id requirat. Et tum illi dt non alii sint in capite qui initio anni pro capite deputantur: et quilibet eorum habeat vocem negativam. Nemini ulla gratia gradum concernens concedatur nisi antea ad minus per spatium unius diei publice in plena congregatione lecta fuerit et cætera deinde observentur quæ in statutis præscribuntur. Ut autem electionibus et aliis per congregationem deliberandis et statuendis quiete et tranquille agatur nullus sive regens sive non-regens maxime in congregationibus solicitet aliquem pro voce danda nec transeat ab una parte domus ad alteram partem ut inde præmoneat quid ab aliis dictum aut factum sit aut quid ab illis fieri velit aut quemcunque incitet ad aliquid faciendum sed quiete quilibet maneat in loco suo et det vocem suam libere cuicunque et utcunque conscientia sibi dictaverit sub privatione vocis per semestre spatium et aliis arbitrio vice-cancellarii pro excessus qualitate moderandis pœnis.

De

Digitized by Google

De regentia per triennium continuanda.

CAP. V.

QUILIBET regens continuet ſuam regentiam per triennium: ſit tamen neceſſarius ut dicitur regens pro uno anno tantum. Quod ſi deponat cappam ſuam ante triennium omni beneficio academiæ perpetuo careat.

De vice-cancellario et aliis officialibus ac miniſtris univerſitatis.

CAP. VI.

VICE-CANCELLARIUS procuratores et alii quocunque nomine nuncupentur hujus univerſitatis officiales miniſtri et ſervientes digne et laudabiliter officium ſeu miniſterium ſibi commiſſum exerceant et omnia ad quæ ipſi tenentur fideliter et diligenter compleant. In primis autem curet vice-cancellarius ut ejuſdem univerſitatis ſtatuta non violentur (id quod etiam tum fieri intelligendum eſt quando ſuper eis abſque ulla legitima et rationabili cauſa diſpenſatur) ut delicta et exceſſus impuniti non remaneant et profectus in ſana doctrina honeſtis moribus et literis indies augeatur. Procuratores vero qui ſunt oculi vice-cancellarii exequiis diſputationibus et omnibus aliis actibus et conventibus publicis juxta ipſius univerſitatis ſtatutorum et laudabilium conſuetudinum formam interſint et ut quiſque tam in lectionibus et diſputationibus recte atque ordine faciendis quam in reliquis omnibus officio ſuo fungatur enixe curent; delinquentes et deſides corripiant et alia quæ ad eorum officium pertinent faciant.

Quod ſi vice-cancellarius in aliquo præmiſſorum aut alia qualibet re vel cauſa quæ ad officium ſuum ſpectet defecerit tum ipſe per cancellarium pro tempore exiſtentem prout qualitas delicti ſeu negligentiæ exiget corripiatur. Procuratores vero ſeu eorum ſubſtituti in caſu eorum legitimæ abſentiæ ſi abſque legitima cauſa per eos ultro intra biduum vel ante vel poſt propoſita ac per vice-cancellarium probata exequiis diſputationibus et aliis actibus publicis juxta univerſitatis ſtatutorum præſcriptum non interfuerint vel

alios

Digitized by Google

alios qui abfuerint et lectores qui non legerint et ſcholares qui non fuerint in lectionibus præſentes non punierint ſeu per vice-cancellarium et alios ad quos eos corrigendi jus ſpectat puniri non curaverint ac violationes ſtatutorum aliaque delicta exceſſus et negligentias toleraverint ſeu alias quomodolibet in officio ſuo ſeu iis quæ tam per has ordinationes quam alias illis debite fuerint injuncta deliquerint omni excuſatione ſemota quoties in præmiſſis ſeu eorum aliquo peccaverint ſi per ſtatuta ſeu has ordinationes alia ſpecialis pœna conſtituta non ſit (quæ quidem pœna eo caſu locum habebit) pro prima vice unius pro ſecunda duorum pro tertia quinque ſolidorum mulctam incurrant. Quod ſi eorum contumacia ulterius proceſſerit tum tanquam incorrigibiles per vicecancellarium officio priventur et ad omne aliud univerſitatis officium ad tempus vel etiam pro exceſſus qualitate in perpetuum ejuſdem vice-cancellarii arbitrio ſint inhabiles. Reliqui autem officiales et miniſtri qui ea quæ ad ipſorum officium tam ex ſtatutorum aut præſentium ſeu quarumlibet aliarum legitimarum conſtitutionum ſive injunctionum præſcripto quam ex approbata conſuetudine ſpectant debite non impleverint ſeu mandatis ſuperiorum non obedierint quoties id fecerint pœnas in procuratores ſtatutas in omnibus et per omnia ut ſupra exprimitur incurrant.

Capellanus univerſitatis debito ad quod juxta inſtitutum magiſtri Nigelli de Thornton capellani fundatoris tenetur ſatisfaciat et curet ut ſuus famulus pernoctet in ſchölis vel diligenter ſingulis diebus attendat ne quis ibi noctu remaneat utque ante ſolis occaſum claudat ſcholarum oſtia eaque tempore congruo aperiat. Idemque capellanus per ſe vel aliam honeſtam perſonam habitu clericali et ſuperpellicio indutam crucem univerſitatis in proceſſionibus portet et bibliothecæ academicæ nec non tam crucis quam calicum et aliorum vaſorum et indumentorum ac librorum ad res divinas pertinentium curam gerat de quibus habeat inventarium et reddat ſingulis annis rationem computo ſuo diligenter providendo ut omnia hæc integra ac munda et nitida teneantur et admonendo vice-cancellarium et procuratores de his quæ ad divinum cultum ſunt neceſſaria emendis et procurandis. Quod ſi in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum defecerit pro prima vice unius pro ſecunda duorum pro tertia quinque ſolidorum mulctam ipſo facto incurrat. Et ſi ulterius intra unius anni ſpatium in contumacia proceſſerit tanquam

Digitized by Google

tanquam incorrigibilis officio hujuſmodi privetur nec ad illud poſſit ulterius eligi ſeu quomodolibet admitti.

De puritate catholicæ fidei ſervanda.

CAP. VII.

QUÆCUNQUE hujus univerſitatis perſona cujuſcunque ſtatus gradus ordinis et conditionis exiſtat et quocunque nomine nuncupetur aliqua verba quæ eccleſiæ catholicæ ſacramentis ſummo Romani pontificis primatui et auctoritati et cuicunque articulo vel doctrinæ quam ſancta Romana et apoſtolica eccleſia tenet et prædicat directe vel indirecte repugnant ſeu quomodolibet ad illum ſenſum trahi poſſunt publice vel occulte ſcripſerit vel ore protulerit libros hæreticos vel de fide ſuſpectos proprios vel alienos habuerit vendiderit vel legerit ſacramenta et ſacramentalia dies feſtos jejunia et alios quoſlibet ritus cæremonias et conſuetudines eccleſiæ catholicæ verbo vel ſigno ſeu quovis alio modo contempſerit ſeu aliquem ab eorum obſervatione retraxerit eave obſervantes irriſerit aut ſacerdotes et reliquos miniſtros eccleſiæ illuſerit et aliquo ſcommate exceperit eoſque debito honore non affecerit vel cum hæreticis aliquod commercium aut communionem habuerit præter pœnas contra hæreticos vel de hæreſi ſuſpectos vel in hujuſmodi peccatores de jure communi ſeu alias quomodolibet promulgatas pro prima vice a collegio vel domo in qua manet pro ſecunda ab hac univerſitate perpetuo ſit ipſo jure excluſus. Si quis tamen tantam errati ſui pœnitentiam oſtenderit ut vice-cancellario et præpoſito domus venia dignus videatur tum pœna excluſionis a domo in aliam eorum arbitrio pro prima vice tantum commutari liceat niſi tale quicquam commiſerit ut de fide catholica ſe male ſentire manifeſte oſtenderit. Si quis vero ſcierit vel audierit aliquem in præmiſſis ſeu eorum aliquo deliquiſſe et eum tam præpoſito domus in qua commoratur quam vice-cancellario univerſitatis non denunciaverit pœnam excommunicationis a qua non poſſit niſi per cancellarium pro tempore exiſtentem vel ejus epiſcopum dioceſanum præterquam in mortis articulo abſolvi eo ipſo incurrat et aliis pœnis ſi de hoc convictus fuerit arbitrio ſuorum ſuperiorum ſubjiciatur: qui quidem vice-cancellarius et præpoſitus domus poſt hujuſmodi denunciationem ſtatim ſuper ea diligentem inquiſitionem

Digitized by Google

facere teneantur et ſi eam veram eſſe cognoverint hoc ſtatutum eo ipſo ſine alia ſententia deſuper ferenda executioni demandent: aut ſi quid impedimento fuerit quo minus poſſint id exequi ſtatim hoc ipſius univerſitatis cancellario pro tempore exiſtenti ſignificent. Quod [*ſi] ipſi hujuſmodi neglexerint tanquam hæreticorum ſeu de hæreſi ſuſpectorum vel hujuſmodi delicta perpetrantium fautores habeantur et pro talibus ab eorum ſuperioribus puniri poſſint et debeant.

De miſſis proceſſionibus et exequiis publicis.

CAP. VIII.

MISSÆ proceſſiones exequiæ et alia divina officia ad quæ univerſitas ex ſtatutis vel piis fidelium ordinationibus vel ex laudabili aliqua conſuetudine tenetur rite et debite celebrentur nullaque ratione omitti debent aut poſſint omneſque qui illis intereſſe debent omni excuſatione et gratia ſemotis excepta infirmitatis ſeu alia urgente et neceſſaria cauſa antea vel poſt intra biduum ultro per abſentem allegata et per vice-cancellarium probata a principio uſque ad finem juxta ſtatutorum formam interſint et eadem officia devote et attente celebrent et canant non curſim et feſtinanter ſed tractim et cum pauſa decenti. Quod ſi quis contra præmiſſa abfuerit pœna in ſtatuto de abſentibus ab exequiis expreſſa mulctetur: quæ pœna etiam in abſentes a proceſſionibus et aliis divinis officiis locum habebit. Si quis autem per tres vices in anno pœna prædicta mulctatus fuerit et ulterius ejus contumacia proceſſerit tum gravioribus pœnis uſque ad privationem omnis officii et beneficii univerſitatis arbitrio vice-cancellarii puniatur. Bedelli vero univerſitatis omnes graduatos a prædictis officiis abſentes notare et eorum nomina per totum illum vel ſequentem diem vice-cancellario tradere teneantur qui eos juxta formam præſcriptam mulctet. Quod ſi bedelli aut vice-cancellarius id facere neglexerint ipſi omnem eam pœnam quam delinquentes incurrerint ſubeant. Deputent etiam præpoſiti ſive magiſtri collegiorum vel aularum unum ex aptioribus et fidelioribus collegii vel aulæ qui ſimili modo ſub pœna bedellis ſtatuta nomina non graduatorum abſentium ejus collegii deſcribet et vice-cancellario ut ſupra tradat.

De

* Si deeſt in MS.

Digitized by Google

De concionibus.

CAP. IX.

STATUTUM univerſitatis ut nullus baccalaureus theologiæ admittatur ad incipiendum niſi prius in eccleſia beatæ Mariæ prædicaverit omnino ſervetur nec ſuper eo aliqua diſpenſatio concedatur. Quilibet doctor in theologia intra duos annos immediate ſequentes ejus inceptionem baccalaureus vero theologiæ intra duos annos poſt introitum in libros ſententiarum per ſe vel alium theologiæ doctorem vel baccalaureum ſecularem ad crucem ſancti Pauli Londini concionem habeat nec ſuper hoc alicui gratia fiet immo in admiſſione cuilibet deferatur juramentum de hujuſmodi ordinatione obſervanda. Quod ſi non obſervaverit pœnam quadraginta ſolidorum ciſtæ communi ſolvat et nihilominus ad concionem alio tempore ad arbitrium venerabilis in Chriſto patris epiſcopi Londinenſis habendam teneatur. Quod ſi ſecundo defecerit tum omni ſuſcepti gradus honore et commodo careat. Quælibet hujus univerſitatis perſona quocunque honore fungatur et quocunque nomine nuncupetur omnibus concionibus et prædicationibus ad clerum quæ in hac univerſitate habebuntur niſi legitimo impedimento per domus præpoſitum ſeu magiſtrum probato fuerit detenta a principio uſque ad finem interſit. Quod ut omnino fiat hic ordo obſervetur ut ſcilicet eo die quo eundum ſit ad prædicationem ſeu concionem præpoſiti ſeu magiſtri collegiorum vel aularum eorumve loca tenentes advocent omnes ſui collegii perſonas et ipſimet una cum eis ad eccleſiam vadant et finita concione ſeu prædicatione ſimili modo domum cum eis revertantur. Qui quidem modus et ordo progrediendi quoties ad proceſſiones miſſas exequias et alias publicas convocationes ad quas ipſi præpoſiti accedere tenentur prodeundum fuerit ſervabitur. Si quis vero præpoſitus ſeu magiſter collegii ejuſve locum tenens hunc ordinem prætermiſerit pro prima vice unum ſolidum pro ſecunda duos pro tertia tres pro quarta quatuor et pro quinta quinque perſolvat. Quod ſi ulterius negligens et contumax fuerit ad arbitrium cancellarii ſeverius puniatur. Si quæ vero ex eorum collegii perſonis mandato ſuorum præpoſitorum in præmiſſis non obedierit et in hujuſmodi ordine ſervando negligens fuerit ſi communias percipiat pro prima vice prandii vel

Digitized by Google

cœnæ pro ſecunda unius diei pro tertia trium pro quarta hebdomadæ unius communias amittat. Et ulterius creſcente intra unius anni ſpatium contumacia a collegio expelli poſſit. Si vero communias non percipiat arbitrio præpoſiti vel magiſtri ejuſve locum tenentis illo abſente in pecunia ſi ſolvendo ſit ſin minus alia pœna puniatur atque etiam pro contumaciæ gravitate e domo expellatur.

De habitibus.

CAP. X.

QUÆLIBET hujus univerſitatis perſona cujuſcunque ſtatus gradus ordinis et conditionis exiſtat in habitu honeſto et decenti ac gradui et ordini ſuo convenienti incedat. Quælibet de clero perſona coronam ſive tonſuram in capite ordini ſuo convenientem gerat. Nemo etiam non clericus barbam nutriat nec caput tondeat ſed capillos prope aures inciſos geſtet.

Nemo ſubbiretis ſeu pilioli nocturnis utatur niſi qui eorum uſu indiguerit vel ætatis maturioris ratione vel cauſa infirmitatis præpoſito ſive magiſtro aulæ vel collegii ex teſtimonio unius medici probata. Ac tum hujuſmodi pilioli non ſint ex velluto ſed ex panno vel alia honeſta materia non tamen per regni leges prohibita non inciſi ſed plani et honeſte compoſiti. Nemo geſtet caligas vel aliud genus veſtimenti inciſum ſeu feneſtratum nec alterius coloris quam nigri vel ſubnigri nec camiſias ad collum et ad manus criſpas ſeu ſerico vel filo torto laboratas ſed planas nec collaria pendeant. Arma cujuſcunque generis (cultello ad menſam neceſſario duntaxat excepto) nemini gerere licet. Et quilibet indutus toga talari cum caputio ſi graduatus fuerit juxta hujus univerſitatis ſtatuta et antiquas ac laudabiles conſuetudines incedat.

Non ſolum autem in hac univerſitate atque oppido et ſuburbiis hæc habitus honeſtas obſervetur verum etiam equitantes et proficiſcentes extra oppidum et alibi commorantes nullo habitu militari ſeu aulico utantur ſed cum brevi habitu clericali incedant. Sacræ autem theologiæ baccalaurei et doctores cum iter faciunt ſemper inſigne ſacerdotale circa collum cum chlamyde aut toga ſua brevi gerant. Qui vero in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum deliquerit ſi ſit alicujus collegii aulæ vel domus præpoſitus ſeu magiſter ſocius vel ſcholaris qui ex eo collegio communias percipiat pro prima

vice

Digitized by Google

vice unius hebdomadæ pro ſecunda unius menſis pro tertia duorum communias amittat. Si ex collegio vel aula communias non percipiat ſi ſit puer vel pauper ſcholaris verberibus jejuniis ſeu alio modo ad arbitrium præpoſiti ſeu magiſtri domus caſtigetur: ſin alterius conditionis fuerit mulctam pecuniæ numeratæ eodem modo quo ſocii vel ſcholares collegii pœnam ſubtractionis communiarum ut præfertur incurrat. Si vero ulterius ejus contumacia proceſſerit tanquam inobediens per vice-cancellarium excommunicetur. Et ſi in excommunicatione remanſerit vel abſolutus in eandem inobedientiam inciderit tum pro qualitate exceſſus gravius etiam uſque ad privationem omnis officii et beneficii univerſitatis puniatur. Nemo in hac univerſitate ludos gladiatorios vel ſaltatorios exerceat aut hujuſmodi ludum vel ſcholam aperiat vel ſecreto hujuſmodi ludos doceat et vice-cancellarius hujuſmodi ſcholæ magiſtris hic habitare nullo modo permittat. Nemo aleis vel cartis pictis aut pila pedali ad ludendum utatur præterquam iis temporibus quibus per ſtatuta collegiorum permiſſum eſt idque non ex avaritia vel turpis lucri ſtudio ſed vel animi relaxationis vel exercitationis cauſa. Si quo tamen alio ludo vel modo ſcholares honeſtius ſe recreare poſſent is potius probandus et ſequendus eſſet. Vice-cancellarius vero neminem ex oppidanis hujuſmodi ludum cartarum ſeu alearum quo ſcholares a literarum ſtudio avocentur domi habere ſinat et contumaces juxta facultates ſibi per privilegia conceſſas in carcerem detrudat atque etiam ſi ſe non cornexerint ab univerſitate expellat. Nemo in publicis diverſoriis ſeu etiam privatis domibus in quibus minus honeſte vivatur ſeu alioqui per vice-cancellarium ſcholaribus interdictis verſetur nec etiam eadem diverſoria ſeu tabernas etiam honeſtas frequentet. Nemo per oppidum noctu vagetur ſed quilibet hyeme poſt horam veſpertinam octavam æſtate vero poſt nonam domi ſe contineat niſi quis ex mandato vice-cancellarii et de licentia domus præpoſiti cum procuratoribus ſeu cum eorum altero plateas ſeu aliam oppidi partem noctu circumluſtrare cogeretur. Si quis vero in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum deliquerit pœnam de qua in præcedenti capite facta eſt mentio eiſdem ordine et modo et alias in omnibus quemadmodum in eodem capite deſcribitur incurrat. Filios autem nobilium non graduatos hoc ſtatutum quoad habitum non liget ſed iis illo habitu quo hactenus uti conſueverunt impoſterum uti liceat et ſuis expenſis viventes.

De

Digitized by Google

De publicis prælectoribus.

CAP. XI.

OMNES in qualibet facultate publici lectores ſingulis diebus quibus kalendario univerſitatis non eſt oppoſitum *non le* die jovis quoties in ea hebdomada alius dies non legibilis ex kalend. non occurrit excepto in ſuis ſcholis et horis conſuetis per unam integram horam lectiones ſuas per ſe et non per ſubſtitutos legere teneantur; nec ulla impedimenti excuſatio admittatur nullaque diſpenſatio ſuper hoc concedatur niſi ex cauſa infirmitatis vel publicæ alicujus neceſſitatis cujus ratione vice-cancellarius poſtquam de infirmitate vel publica neceſſitate hujusmodi ſibi ſufficienter conſtiterit cum lectore diſpenſabit ſuper vacationem uſque ad convaleſcentiam ſeu ejuſdem publicæ neceſſitatis ceſſationem et lector de idoneo ſubſtituto a vice-cancellario probato qui ejus vices interim ſuppleat providebit. Qui vero aliter fecerit pro qualibet vice de conſueto ſalario ſolidum unum amittat: et ſi frequenter defecerit arbitrio cancellarii etiam lectione privetur. Deputentur autem in qualibet facultate per vice-cancellarium certi monitores qui lectoris ſui defectum hujuſmodi vice-cancellario ſtatim denuntient qui curabit ut tantum ex ipſius lectoris ſalario detrahatur quantum ex lectionum omiſſione eum amittere debere deprehenſum fuerit. Quod ſi monitores ſic deputati lectionum omiſſiones hujusmodi non denunciaverint ipſimet eandem pœnam pecuniariam quæ lectori eſſet irroganda ſubeant: quod et in vice-cancellario qui eam exigi non curaverit locum habeat: et nihilominus propterea lector qui officio defuerit a pœna per ipſum incurſa non liberetur.

Quilibet publicus prælector vice-cancellarium et magiſtros ſive doctores et baccalaureos illius facultatis quam publice profitetur lector autem humanitatis et linguæ græcæ vel hebraicæ vice-cancellarium et præſides collegiorum in fine cujuſlibet termini quid ſibi in principio ſequentis legendum ſit conſulat ut inter eos mature deliberetur quid potiſſimum legi oporteat et ſcholaribus maxime utile futurum ſit: idque obſervabitur donec certa quædam ratio et ordo legendi in qualibet facultate conſtituatur. Omni autem ſtudio et diligentia curent omnes prælectores ut doctis et utilibus lectionibus ſcholaſticos ad ſe libenter et frequenter audiendos potius

Digitized by Google

potius invitent et alliceant quam metu pœnæ in eos ſtatutæ compellant.

De auditoribus publicarum lectionum.

CAP. XII.

NULLUS ſcholaris quocunque gradu et nomine cenſeatur ullam publicam lectionem ejus profeſſionis cui deſtinatus eſt amittat ſed a principio uſque ad finem quiete et attente eam audiat nullaque ejus excuſatio admittatur niſi infirmitatis vel alterius urgentis neceſſitatis prius vel poſt intra biduum per abſentem a lectione ultro alleganda et per præpoſitum ſeu magiſtrum collegii vel aulæ in qua commoratur probanda. Qui huic ordinationi non paruerit ſi ex aliquo collegio vel aula communias percipiat pro prima vice communias ejus diei pro ſecunda trium pro tertia hebdomadæ pro quarta quindenæ amittat pro quinta intra unius anni ſpatium tanquam incorrigibilis a collegio vel aula expellatur. Præſes autem ſive magiſter ſeu eo abſente vice-præſes cujuslibet collegii vel aulæ [* *deputare teneatur unum aliquem de ſuo collegio ex his qui diſputationibus intereſſe debent,*] qui ſub pœna amiſſionis communiarum ejus diei quo ſecus fecerit quolibet die legibili notet omnes qui ex ea claſſe lectionibus non interfuerint et notatorum nomina eo ipſo vel ſequenti die præpoſito domus tradat qui juxta præſcriptam formam eos puniat: quod ſi is non fecerit pro qualibet vice communias ejus diei amittat. Socii et ſcholares non graduati cujuslibet claſſis ex omni collegio bini ſimul ubi commode id fieri poteſt ad ſcholas ſe conferant: quod ſi non fecerint pro qualibet vice cœnam vel prandium ejus diei amittant. Eorum autem qui communias de collegio vel aula non percipiant ſi puer vel pauper ſcholaris ſit qui in præmiſſis deliquerit flagris jejunio ſeu alio modo ad arbitrium domus præpoſiti caſtigetur: ſin alterius conditionis fuerit mulctam pecuniæ numeratæ eodem modo quo ſocii vel ſcholares collegii pœnam ſubtractionis communiarum ut præfertur incurrat.

* Deſunt in MS. vide p. 576.

De

Digitized by Google

De publicis disputationibus.

CAP. XIII.

NULLA disputatio aut alia exercitatio scholastica in qualibet facultate præterquam in jure civili canonico et medicina in quibus propter scholarium paucitatem aliud specialiter statuendum erit omittatur. Et si ob aliquam necessitatem vel justam causam per vice-cancellarium procuratores et ejus scientiæ prælectores probatam eo die disputatio esset omittenda ea in alium diem transferatur. Disputationibus autem magistrorum procuratores seu eorum alter et tam his quam aliis disputationibus seu quibusvis exercitiis scholasticis omnes ejus scientiæ sive baccalaurei sive alii qui ex statutis universitatis interesse tenentur semper interfint. Si quis vero a dictis disputationibus ex alia quam infirmitatis vel alterius urgentis necessitatis causa prius vel post intra biduum allegata et per præpositum collegii probata abfuerit si ex aliquo collegio vel aula communias percipiat pro prima vice unius pro secunda trium pro tertia unius hebdomadæ pro quarta quindenæ communias amittat. Et si ulterius intra unius anni spatium ejus contumacia processerit a collegio vel aula expellatur. Eorum qui ex collegio vel aula communias non percipiunt si sit puer vel pauper scholaris qui in præmissis defecerit flagris jejuniis seu alio modo ad arbitrium domus præpositi castigetur. Sin alterius conditionis fuerit mulctam pecuniæ numeratæ eodem modo quo socii vel scholares collegii pœnam subtractionis communiarum ut præfertur incurrat. Præpositus autem sive magister seu eo absente vice-præses cujuslibet collegii vel aulæ deputare teneatur unum aliquem de suo collegio ex his qui disputationibus interesse debent qui sub pœna amissionis communiarum unius diei quoties secus fecerit quolibet die disputationum notet omnes qui eisdem disputationibus non interfuerint. Et si præpositus vel magister aut vice-præpositus neglexerit eos ut præfertur punire ipse pro qualibet vice qua id prætermiserit communias ejus diei amittat. Socii et scholares non graduati qui disputationibus hujusmodi interesse tenentur ex omni collegio simul ubi id fieri poterit ad easdem disputationes proficiscantur: quod si omiserint singuli cœnam vel prandium ejus diei amittant. Si qui vero communias de collegio vel aula non

Digitized by Google

non percipiant hi arbitrio vice-cancellarii ſive præſidis vel magiſtri coerceantur.

Nulla publica diſputatio ſuper aliqua quæſtione theologica celebretur niſi prius quæſtio ſit per vice-cancellarium et duos ſeniores doctores vel baccalaureos theologiæ in univerſitate præſentes probata. Si quis vero aliter quæſtionem propoſuerit pro prima vice in una libra ſterling pro ſecunda in duabus pro tertia in tribus per vice-cancellarium mulctetur. Quod ſi intra unius anni ſpatium ulterius progreſſus fuerit ab univerſitate tanquam incorrigibilis expellatur. Diſputationes in qualibet facultate omnibus inutilibus prætermiſſis quiete et ſine convitiis et maledictis celebrentur reſque argumentis non declamationibus et ſuperflua loquacitate agatur omneſque argumenta reaſſumant eiſque in forma reſpondeant. Opponens autem ſeu reſpondens ſi quid contra fidei orthodoxæ veritatem propoſuerit in principio vel in fine proteſtetur veritatem eſſe in contrarium ſeque eam tenere et profiteri ſed diſputationis tantum gratia id ſe proponere.

De uſu latini ſermonis.

CAP. XIV.

QUILIBET hujus univerſitatis doctor magiſter et ſcholaris in ſcholis publicis atque in omni congregatione et aliis publicis conventibus tam in ipſis ſcholis quam extra eas habendis latino ſermone utatur ſub pœnis quæ in ſtatutis continentur ei qui ſecus fecerit abſque ulla remiſſione infligendis.

De communi ciſta.

CAP. XV.

VICE-cancellario procuratoribus univerſitatis ſeu cuivis omnino perſonæ quæ univerſitati ſervit nullam quantumvis etiam minimam pecuniæ ſummam aut alia bona ad univerſitatem quomodolibet ſpectantia in manibus propriis retinere liceat ſed quæcunque pecunia aut quicquid aliud omnino ex bonis univerſitatis ad manus eorum devenerit id intra ſeptem dierum ſpatium in ciſta communi univerſitatis reponatur. Qui ſecus fecerit duplum ejus quod retinuerit univerſitati pendere teneatur. Nihil de pecunia univerſitatis pro expenſis indies occurrentibus ex ciſta com-

Digitized by Google

muni ultra ſummam viginti ſolidorum auferri liceat niſi de neceſſitate majoris ſummæ expendendæ per vice-cancellarium ac regentes et non regentes prius approbata conſtet nec aliam ſummam viginti ſolidorum iterum auferri liceat niſi poſtquam prior ſumma fuerit expenſa ac de ea compotum vice-cancellario et compotorum auditoribus redditum niſi aliqua neceſſitas ut præfertur probata aliter poſtulet. Vice-cancellario ſine congregationis regentium et non regentium et procuratoribus ſine ejuſdem vice-cancellarii et ejuſdem congregationis regentium et non regentium expreſſa licentia de bonis univerſitatis quicquam ultra ſummam viginti ſolidorum per totum anni ſpatium expendere non liceat. Procuratores prætextu nocturnarum viſitationum ſeu inquiſitionum vel cujuſvis alterius negotii in aliquod jentaculum ſeu compotationem pecunias univerſitatis non expendant nec eis pro hujuſmodi cauſa quicquam in rationibus allocetur. Nullus ex procuratoribus vel alius quilibet Londinum vel ad alium locum extra univerſitatem expenſis univerſitatis [**proficiſcatur*] niſi ex cauſa neceſſaria et plane hujuſmodi ut non niſi per nuntium ſpecialem expediri poſſit: ac tum certum aliquid pro impenſis ejus qui mittendus eſt conſtituatur. Aſſignetur etiam certum tempus intra quod idem nuntius debeat negotium confeciſſe quo elapſo ſi is non redierit nullæ ei expenſæ ultra tempus præſcriptum ab univerſitate perſolvantur niſi ultro ſufficienter docuerit de neceſſitate longioris abſentiæ ex quo reverſus fuerit per eum alleganda et per vice-cancellarium et regentes approbanda. Procuratores habeant librum in quo ordine et expreſſe deſcribant omnia per eos recepta et expenſa et quid quaque in re quaque de cauſa fuerit receptum et expenſum cum tempore receptionis et expenſionis hujuſmodi. Iidem procuratores intra quindecim dierum ſpatium in præſentia vice-cancellarii et aliorum qui juxta ſtatutum univerſitatis rationibus intereſſe debent faciant compotum et reddant rationem de omnibus et ſingulis per eos adminiſtratis: et ſi in aliquo debitores illius univerſitatis remanſerint intra hebdomadæ ſpatium ſub pœna dupli ſatisfaciant. Quod ſi intra alteram hebdomadam exinde proxime ſequentem capitale cum pœna dupli prædicta non ſolverint tum ad omne officium et beneficium univerſitatis ſint inhabiles et nihilominus omnibus viis [**et*] remediis ad ſolutionem debiti compellantur. Jocalia et quæcunque alia bona mobilia ipſius univerſitatis

* Deeſt in MS.

Digitized by Google

tatis præter ea quæ quotidianis usibus sunt necessaria et omnia privilegia et monimenta universitatis autentica in cista communi perpetuo asserventur nec ea nisi pro necessario usu ipsius universitatis et de consensu regentium inde auferri liceat: et quum aliquid ex cista auferetur tum in ea relinquatur chirographum ablationis hujusmodi. Inventarium omnium bonorum tam mobilium quam immobilium jurium ac privilegiorum et quarumlibet aliarum scripturarum et monimentorum ad ipsam universitatem spectantium intra quindecim dierum spatium conficiatur. Hujus autem inventarii duo fiant autentica instrumenta sub sigillo communi quorum unum in cista communi et alterum apud ipsos procuratores pro tempore existentes servetur qui intra quindecim dierum spatium post eorum officium finitum in præsentia vice-cancellarii et regentium novis procuratoribus inventarium ipsum perlegant omniaque in ipso descripta consignent: et si quid ipsi universitati accesserit id etiam in inventario ascribatur.

De cistis privatis.

CAP. XVI.

QUÆCUNQUE ex fundationibus omnium cistarum statuta et ordinata sunt omnino observentur. Nullæ igitur cuiquam pecuniæ præterquam scholaribus hujus universitatis mutuo dentur et qui pecuniam aliquam mutuo sumere volet ipse personaliter si adeo infirmus non sit ut domo prodire nequeat ad eam accipiendam accedat et se eam ad suum usum non alienum sumere juret. Si quis autem in mendacio deprehensus fuerit tanquam perjurus ab omni commodo et beneficio universitatis sit perpetuo excluſus. Caveant autem cistarum custodes ne cui hoc juramentum sub privationis officii et aliis pœnis sibi ad arbitrium vice-cancellarii infligendis remittant. Pecunias cistarum prædictarum non liceat in alium usum expendi quam in eum ad quem per ipsarum cistarum fundatores sint destinatæ. Non dentur posthac pecuniæ cistarum alicui mutuo nisi cum pignore aureo argenteo vel mixto cujus valor excedat per quartam partem pecunias mutuo concessas. Pecuniæ gratis et absque ullo pecuniario vel alterius rei commodo mutuo dentur: ita ut non solum usura non committatur sed omnis etiam usurariæ pravitatis suspicio evitetur. Cautiones seu pignora

Digitized by Google

in tempore redimantur: quod ſi factum non fuerit pignora ipſa tempore ad hoc præſcripto abſque ullius perſonæ reſpectu vendantur. Itaque cancellarius publice edictum proponat ut qui habent pignora ultra tempus præfixum apud ciſtas ea intra quindenæ ſpatium redimere curent alioqui juxta ſtatutorum formam ciſtarum pignora ipſa diſtractum iri. Pecuniæ ciſtarum in manibus vicecancellarii cuſtodum ſeu cujuſvis alterius non remaneant ſed in ipſis ciſtis ſerventur et quum pignus redimitur vel aliqua pecuniæ ſumma ad ciſtam pertinens exigitur id fiat apud ciſtam et ſtatim pecunia in ciſta reponatur. Cuſtodes ciſtarum ſtatim finito ſuo officio reddant compotum et rationem adminiſtrationis ſuæ in præſentia trium præpoſitorum collegiorum per congregationem deputandorum: et ſi in aliquo debito remanſerint id per totum illum et ſequentem diem perſolvant alioqui duplum pendant: quod ſi non fecerint per totam illam hebdomadam omni officio ac beneficio ipſius univerſitatis perpetuo careant. Si vero vel cancellarius vel cuſtodes ciſtarum in præmiſſis vel eorum aliquo deliquerint ipſi illis pœnis ſubjiciantur quæ in capite de officialibus negligentibus officium ſuum continentur quæ hic pro expreſſis et repetitis habeantur: quæ tamen pœnæ pro exceſſus qualitate ad arbitrium præpoſitorum collegiorum etiam augeri poſſint. Auditores compotorum tam communis quam reliquarum ciſtarum per vicecancellarium et quinque ex ſenioribus doctoribus ac præpoſitos collegiorum tum temporis domi præſentes deputentur: electio autem aliter facta nullius ſit momenti.

Ut pax et tranquillitas in hac univerſitate perpetuo conſervetur quilibet quiete pacifice et tranquille vivat neminemque dicto vel facto offendat et præſertim occaſione viſitationis nuper habitæ ut quia aliqui denunciati ſive mulctati ſuſpicentur aliquem ſe denunciaſſe vel contra ſe depoſuiſſe nec ulla de hujuſmodi rebus quæſtio ſeu diſputatio vel contentio agatur eave quiſquam alteri objiciat ſed omnia perpetuo ſilentio involvantur: et poſtquam omnes hujus univerſitatis perſonæ ex Dei miſericordia catholicæ eccleſiæ reconciliati ſunt et vix unus demum inventus eſt qui ſe catholicum aperte profeſſus non ſit et dolorem præteritorum errorum non præ ſe tulerit nemini liceat alteri objicere præteritos errores ſed quilibet qualis unuſquiſque nunc ſit non qualis fuerit attendat: omniſque illa catholicorum et non catholicorum diſtinctio et differentia penitus

Digitized by Google

nitus tollatur et amoveatur cum tota academia ſe catholicam profiteatur ſub expulſionis a collegio et aliis graviſſimis ad arbitrium cancellarii pœnis per quemcunque qui in præmiſſis deliquerit incurrendis.

Item ſubſequentes ordinationes pro directione et ſalubri regimine collegiorum aularum ſeu domorum ejuſdem univerſitatis Cantabr. ab omnibus ad quos ſpectant ſimiliter obſerventur.

De debito numero ſociorum et ſcholarium in collegiis habendo.

CAP. I.

IN omni collegio ſive aula vel domo [*quod] numerum ſociorum et ſcholarium ac miniſtrorum juxta formam tam primæ quam ulterioris fundationis completum non habet numerus per ſtatuta et fundationes prædictas deſignatus qui aliquem effectum habuit ante feſtum divi Michaelis archangeli proxime ſequens omnino compleatur, ſub pœna amiſſionis ſtipendii et communiarum per eos ad quos electio ſpectat donec huic ordinationi ſatisfecerint incurrenda.

De numero in collegiis non diminuendo et ſcholaribus ab univerſitate non temere dimittendis.

CAP. II.

NON liceat præpoſitis magiſtris et cuſtodibus collegiorum aularum vel domorum etiam de expreſſo omnium ſociorum conſenſu poſthac ex aliqua cauſa ſeu prætextu etiam diminutionis redituum ipſius domus numerum ſociorum vel ſcholarium ſeu miniſtrorum per fundationes et ſtatuta deſignatum propria auctoritate diminuere nec etiam ob annonæ caritatem ſeu alia quavis de cauſa caſu peſtis duntaxat excepto aliquos ex ſociis ab univerſitate ad tempus dimittere: ſed quum hujuſmodi caſus occurrerit de his ſuos viſitatores conſulant: et ſi neceſſitas diminuendi numerum vel dimittendi aliquem ſcholarem inciderit quæ juſta ac legitima ſit et ab

* Deeſt in MS.

Digitized by Google

ab eodem visitatore approbata tum id accedente sociorum consensu fieri liceat: quod tam diu durare debeat quousque talis necessitas duret: sed ea cessante pristinus numerus revocetur. Pœnam autem præpositus collegii qui secus fecerit amissionis omnium communiarum seu stipendii (si communias non habet) incurrat: quæ quidem pœna tam diu duret quamdiu aliquis de numero designato hujus ordinationis forma non servata a collegio dimissus abfuerit.

De electionibus.

CAP. III.

IN omnibus electionibus tam scholarium et sociorum quam officialium et ministrorum collegii sive aulæ *statutorum ejus domus observetur et præcipue nullius electio fiat qui non habeat qualitates per statuta requisitas. Quod si quis eligatur per statuta expresse non eligibilis in hoc electio facta ipso jure non valeat et qui inhabilem scienter elegerint per visitatorem puniantur. Curent autem potissimum eligentes ut omni favore et humano affectu postposito pauperiores honestiores et magis ad studia idonei in collegio cooptentur. Si quis autem pro alicujus in scholarem vel socium admissione seu quemcunque aliam in locum vel ministerium electione seu assumptione pecuniam vestem equum vel ullum aliud donum ante vel post electionem seu assumptionem ab electo ipso vel alio pro eo acceperit locum collegii sui amittet nec in aliud collegium eum per biennium recipi liceat et in omnibus actibus universitatis voce activa et passiva privetur. Qui vero dederit seu pro se dari consenserit in eandem pœnam quæ contra accipientem statuta est incurrat.

Ne autem posthac electiones clandestinæ fiant in collegiis in quibus statuta huic casui sufficienter non providerunt cum aliqua officialium seu ministrorum electio facienda erit de ea antequam fiat omnibus de collegio publice fiat notitia: scholarium autem et sociorum [†*electiones*] tam in collegio quam in scholis publicis duæ præcedant monitiones quarum una alteram per triduum subsequatur et nomina eligendorum præposito et sociis collegii quatriduo ante ipsam electionem offerantur ita ut socii eligentes de eorum moribus

* Ita legitur in MS. † Deest in MS.

Digitized by Google

moribus et literatura commode cognoscere possint et debitæ examinationes præcedant. Secus facta electio nullius sit momenti. Electiones scholarium vel sociorum admittendorum ad collegia fiant intra duos menses ab eo die quo aliquis socii vel scholaris locus vacaverit nisi statuta illius collegii seu consuetudo antiqua seu aliqua necessitas aliave rationabilis causa a visitatore collegii probata aliter suaserit.

De absentia præpositi.

CAP. IV.

PRÆPOSITI seu magistri collegiorum vel aularum non nisi eo tempore quo id eis per statuta licet absint a collegio. Ac ne socii quidem et scholares collegiorum vel aularum præposito suo seu magistro ut absit licentiam concedant nisi in his casibus in quibus per statuta domus licet. Et tunc etiam nemini licentiam dent generalem discedendi quandocunque ei libuerit seu ejus negotia requisierint: cujus generis si quæ antehac licentiæ concessæ sint eæ pro revocatis habeantur. Qui vero ex aliqua causa necessaria abfuturus est eam coram omnibus ad quos id pertinet collegialiter congregatis exponere teneatur: quam si urgentem et necessariam vel omnes vel major pars judicaverint tum ei pro illa vice licentiam concedant certo tempore pro necessitatis ratione limitato: habeantque imprimis rationem temporis quo petitur hujusmodi licentia scilicet an sit pleni termini an vacationum quo vacationum videlicet tempore magis liberum est abesse. Quod si præpositus magister sive custos aliter quam statutum est supra abfuerit communias et stipendium pro spatio temporis absentiæ amittat. Et si per duos menses absentiam continuaverit collegio per ordinarium collegii visitatorem privetur.

De officio præpositi sive magistri et aliorum officialium et ministrorum collegii debite fungendo.

CAP. V.

PRÆPOSITUS sive magister aut custos decani et alii cujuslibet collegii aulæ vel domus officiales servientes et ministri digne et

Digitized by Google

et laudabiliter officio ſibi commiſſo fungantur et omnia quæ per ſtatuta et laudabiles conſuetudines collegii aulæ vel domus ſibi ſunt injuncta fideliter et diligenter exequantur. Præpoſitus autem et vice-præpoſitus ac decani qui ſunt oculi præpoſiti in primis ſtudeant et efficiant ne qua ſtatuta collegii violentur neve delinquentes impuniti remaneant aut deſides in otio vitam agant ſed ut omnes in literarum ſtudiis et in recta diſciplina ac moribus plurimum proficiant. Quod ſi præpoſitus vel aliquis ex præmiſſis officio ſuo defuerit pœnam quæ in ſtatuto continetur ſine ulla remiſſione incurrat. Inferiores vero a præpoſito miniſtri qui deliquerint ſi pœna eorum delictis per ſtatuta non eſt conſtituta ipſius præpoſiti arbitrio per ſubtractionem pecuniarum et alias pœnas prout gravitas exceſſus requiſierit coerceantur. Si vero præpoſitus ipſe in culpa fuerit per viſitatorem collegii puniatur et ad officium ſuum debite fungendum compellatur.

De divinis officiis.

CAP. VI.

MISSÆ exequiæ et alia divina officia per fundatores collegiorum aularum vel domorum juxta fundationum et ſtatutorum formam digne et laudabiliter celebrentur nec ea ullius cauſæ prætextu omitti liceat eiſque omnes qui intereſſe debent a principio uſque ad finem interſint et omnes cantent et omnia quæ ſpecialiter in quadam nota ſuper divinis officiis celebrandis nuper omnibus collegiis exhibita continentur faciant et exequantur. Imprimis autem miſſa matutinalis in quolibet collegio in quo præter præpoſitum tres ſunt ſacerdotes ſingulis diebus inter horam quintam et ſextam celebretur cui omnes juxta ſtatutorum deſuper editorum formam interſint. Atque ubi ſtatuta nihil de hac re ſpecialiter præſcribunt nihilominus etiam eadem miſſa celebretur et omnes ſacerdotibus exceptis eidem interſint. Sacerdotes autem collegiorum ita per vices celebrationem miſſarum diſponant ut quolibet die miſſa ſupradicta celebretur. Qui vero in ſacerdotio ſunt conſtituti miſſam alia hora vel loco prout magis ſibi commodum fuerit vel celebrent vel audiant. Quod ſi ſacerdos pro ſua vice miſſam celebrare ſine legitimo impedimento per præpoſitum probato recuſaverit vel neglexerit quoties id fecerit communias unius

hebdomadæ

Digitized by Google

hebdomadæ amittat. Et ſi per quinque vices in unius anni ſpatio id admiſerit tum a collegio expellatur. Qui vero miſſæ non interfuerit pœnam per ſtatutum collegii conſtitutam incurrat. Ubi vero ea conſtituta non eſt ſi ex collegio communias percipiat pro prima vice prandium vel cœnam amittat pro ſecunda unius diei pro tertia hebdomadæ pro quarta quindenæ pro quinta menſis. Quod ſi ulterius intra unius anni ſpatium contumacia proceſſerit a collegio tanquam incorrigibilis expellatur. Qui vero communias non habet ſi ſit puer vel pauper ſcholaris verberibus jejuniis ſeu alio modo ad arbitrium præpoſiti ſeu magiſtri domus caſtigetur. Sin alterius ſit conditionis mulctam pecuniæ numeratæ eodem modo quo ſocii vel ſcholares pœnam ſubtractionis communiarum ut præfertur incurrat. Deputet autem præpoſitus aliquem fidelem et diligentem ex collegio ſi is per ſtatutum non eſt deputatus qui habeat librum in quo nomina omnium de collegio qui abfuerint ſeu ſe decenter in eccleſia non geſſerint aliudve omiſerint quod illis injunctum notet et punctet antequam ex choro egrediantur et veſpere tradat eorum nomina præpoſito cuſtodi ſeu magiſtro qui juxta præſcriptam formam eos mulctet. Quod ſi punctator aliquam fraudem vel negligentiam in punctando commiſerit pro qualibet vice communias ejus diei amittat. Singulis autem menſibus vel ſeptimanis punctator ſi ita præpoſito videbitur mutetur. Et nemini ſub pœna amiſſionis communiarum quamdiu in contumacia perſtiterit hoc onus per præpoſitum ſibi deferendum recuſare liceat. Præpoſitus autem negligens in delinquentibus et contumacibus ut præfertur puniendis pro qualibet vice qua eos punire prætermiſerit ſolidum amittat et aliis pœnis creſcente contumacia et negligentia ad arbitrium ordinarii collegii ſeu aulæ viſitatoris puniatur. Curent autem præpoſiti collegiorum et aularum in quibus numerus trium ſacerdotum non adeſt ut is numerus quam primum fieri poterit habeatur et interim ad eccleſiam viciniorem hora conveniente et magis commoda ad miſſam audiendam ſocii et ſcholares conveniant.

Digitized by Google

De precibus non omittendis.

CAP. VII.

PRECES quæ in collegio ſunt per ſocios et ſcholares publice vel privatim recitandæ nullo modo omittantur ſed quilibet eas recitet. Si quis publicas omiſerit pro qualibet vice pœnam per ſtatuta conſtitutam incurrat quæ ſi conſtituta non ſit communias unius diei amittat et gravius etiam prout contumaciæ modus exegerit arbitrio præpoſiti puniatur. Quod autem ad privatas et ſecretas preces attinet quilibet animæ ſuæ ſaluti conſulet conſiderans ſe aliquando rationem redditurum judici qui omnia videt et falli non poteſt. Et cum breves quædam preces tum matutinæ tum veſpertinæ ſociis et ſcholaribus per ſtatuta ordinatæ ſint ut eas memoriter diſcant et recitent quia compertum eſt aliquos eas memoriter non tenere curent præpoſiti magiſtri vel cuſtodes collegiorum aularum ſeu domorum ut intra decem dierum ſpatium a præſentium ordinationum publicatione computandorum quilibet eaſdem preces in ſcriptis habeat eaſque intra ſpatium aliorum decem dierum proxime exinde ſequentium memoriæ mandet et coram ipſis recitet. Quod ſi quis hujuſmodi preces per negligentiam memoriter non tenere deprehenſus fuerit præpoſiti arbitrio caſtigetur.

De geſtando per ſtatuta collegiorum habitu deſignato.

CAP. VIII.

QUILIBET ſocius et ſcholaris præter honeſtum habitum in genere ut ſupra ordinatum eſt teneatur etiam geſtare et habere illum habitum quem particularia ſtatuta collegii ſeu domus in qua manet conſtituerunt idque intra ſex menſium ſpatium a die publicationis præſentium computandorum. Quod ſi non paruerit per præpoſitum collegii ſeu aulæ pœna ſubtractionis communiarum ad dicti ſtatuti obſervationem compellatur.

De

Digitized by Google

Quo modo ſcholares per oppidum ire debent.

CAP. IX.

NEMO qui graduatus non ſit ſolus per oppidum vagetur ſed cum ſocio incedat * et duos ſimul ire conſueſcerent quorum ſocietas aliquo modo ſuſpecta eſſet per præpoſitum ſeu vice præpoſitum vel aliquem ex decanis ſeparentur et utrique alius ſocius deputetur. Si quis huic ordinationi non paruerit pro qualibet vice illius diei communias amittat et creſcente contumacia arbitrio præpoſiti creſcat pœna. Nihilominus ſubſiſatoribus et pauperioribus ſcholaribus quum ita neceſſitas poſtulabit ad obeunda dominorum ſuorum negotia ſine comite egredi liceat.

De non pernoctando extra domum.

CAP. X.

NEMO niſi ex neceſſaria cauſa per præpoſitum approbata extra collegium pernoctet ſub pœna unius ſolidi pro prima vice pro ſecunda duorum pro tertia trium pro quarta quatuor pro quinta quinque. Et ſi ulterius intra unius anni ſpatium contumacia creverit collegio privetur.

De non diſcedendo ab univerſitate.

CAP. XI.

NEMO ab univerſitate diſcedat abſque licentia ſui præpoſiti vel eo abſente vice-præpoſiti qui videbit ex qua cauſa et ad quem locum aliquis diſcedere poſtulet. Et ſi juſta eſt cauſa et locus honeſtus licentiam concedat. Habeatur autem in hujuſmodi licentiis concedendis ratio temporis. Nam ſi † terminus et lectionum non niſi ex neceſſaria aliqua et probabili cauſa concedatur. Idem etiam obſervetur in perſonis. Nam ſi lector ſit vel officium in collegio habeat non permittatur ut diſcedat. Si quis vero abſque licentia præpoſiti vel eo abſente vice-præpoſiti diſceſſerit pro quolibet die quo abfuerit 11^{d} ſolvat: et ſi per tres menſes

* *Ita* legitur in MS. † Ita legitur in MS.

Digitized by Google

abſens fuerit a ſocietate collegii excluſus declaretur. Qui autem licentiam abeundi obtinebit huic aſſignetur certum tempus intra quod revertatur. Quod ſi ultra tempus præfixum ſine juſta cauſa per præpoſitum approbanda abfuerit pro quolibet die pœnam ſuperius expreſſam incurrat.

De mulieribus ad comedendum in collegio vel aula non admittendis.

CAP. XII.

NULLA mulier ad prandium vel cœnam in collegio ſive aula communi ſive in cubiculis privatis vel domo præpoſiti etiam ſi maritum ſecum habeat admittatur. Qui aliquam admiſerit communias unius hebdomadæ pro qualibet vice amittat. Et ſi contumacia uſque ad quinque vices in anno proceſſerit collegio privetur. Liceat nihilominus tempore ſuſceptionis graduum et nundinarum de Sterbr. honeſtis mulieribus in collegiis ſine tamen ipſorum collegiorum onere prandere vel cœnare nullo autem modo pernoctare. Item matres et aliæ mulieres conſanguineæ uſque ad tertium gradum incluſive alicujus de collegio vel aula præter tempora prædicta bis duntaxat in anno ad prandium vel cœnam in collegiis admittantur.

De mulieribus in collegium non admittendis.

CAP. XIII.

NULLA mulier intret in collegium ſine expreſſa licentia præpoſiti quæ abſque neceſſaria cauſa non concedatur. Excipitur autem lotrix ita tamen ut non accedat niſi ad loca publica ſibi per præpoſitum indicta et certis temporibus ſimiliter per præpoſitum ſtatutis.

De comedendo in aula.

CAP. XIV.

QUILIBET præter præpoſitum vel magiſtrum collegii vel aulæ quum cum eo per ſtatuta eſt diſpenſatum ut extra aulam communem cibum ſumere poſſit cujuſcunque ſtatus ordinis et conditionis

Digitized by Google

ditionis exiſtat et potiſſimum vice-præſes decani et burſarii in aula communi ſemper prandeant et cœnent excepta infirmitatis cauſa vel alia urgenti et neceſſaria cauſa per præpoſitum approbata. Omnes autem in aulam conveniant antequam menſa benedicatur et nemo niſi poſt gratiarum actionem a menſa ſurgat. Modicum autem tempus inter pulſationem campanæ et benedictionem menſæ intercedat quo omnes commode a cubiculis ad aulam convenire poſſint. Si quis autem tempore debito ut præfertur ad menſam non convenerit careat prandio vel cœna ad quam tempeſtive non venerit. Quod ſi quis temerarie voluerit ſe ingerere ad menſam per ſuperiorem caſtigetur. Qui vero noluerit in aula comedere nihil ex promptuario vel coquina habeat. Quod ſi promus vel coquus aliquid dederit id ipſe collegio de ſuo reſarcire teneatur. Qui vero adeo contumax fuerit ut velit in cubiculo vel oppido comedere etiamſi de proprio id faciat tamen ſi uſque ad decem vices in anno proceſſerit a collegio expellatur.

De non admittendis extraneis qui oneri ſunt collegio.

CAP. XV.

PRÆPOSITUS et quilibet alius de collegio cujuſcunque qualitatis exiſtat non invitet ſeu admittat aliquem extraneum etiam tempore ſolennitatum ad prandium vel cœnam ſeu quocunque alio modo cum onere et incommodo collegii niſi quatenus id ſtatuta permiſerint et tum quoque parce menſa apparetur nec etiam tempore ſolennitatum collegii ſuperfluitas ciborum adhibeatur. Siquis vero huic ordinationi non paruerit pro qualibet vice unius hebdomadæ communias amittat et creſcente contumacia arbitrio præpoſiti creſcat pœna.

De portis tempore debito claudendis.

CAP. XVI.

PORTÆ cujuſlibet collegii vel domus hyeme hora octava æſtate nona claudantur et ſtatim hoc eſt poſt quartam partem horæ præpoſito vel magiſtro ſeu his abſentibus eorum locum tenenti claves tradantur. Teneatur autem janitor cuivis etiam tum januam pulſanti

Digitized by Google

pulsanti respondere et quisnam sit et quid velit intelligere idque præposito seu magistro domus nunciare. Interim vero curent omnes magistri et præpositi ne claves in alicujus manus deveniant sed per janitorem fideliter custodiantur. In primis autem de fidelibus et honestis janitoribus provideatur qui familiam non habeant ut in collegio assidue residere et pernoctare possint. Si quis vero janitor noctu hostia non claudere deprehensus fuerit a servitio collegii illico nulla excusatione admissa excludatur: si vero non tempore debito communias unius diei careat. Quod si hoc decies in anno commiserit e collegio similiter expellatur.

De tutela non suscipienda absque præpositi licentia.

CAP. XVII.

NEMO de collegio tutelam alicujus pupilli suscipiat sine expressa licentia ipsius præpositi qui antequam illam concedat diligenter cognoscat de qualitate pupilli et de persona ejus qui suscipere tutelam velit an sit apta et idonea ad pupillum in bonis moribus sana doctrina et literis instituendum et an satis temporis ad id faciendum habeat. Quod si quis contra hanc ordinationem tutelam aliquam suscepit pupillo in collegium intrare non permittatur et ille ad tutelam imposterum suspiciendam sit inhabilis. Præpositus autem ac vice-præpositus et decani sub ipsorum conscientiæ onere utilitati hujusmodi pupillorum prospicere teneantur videantque an bene regantur et gubernentur et ut præfertur recte instituantur.

De lectionibus.

CAP. XVIII.

IN quolibet collegio aula vel domo lectiones per statuta decretæ singulis diebus profestis per proprios lectores et non per alios ad id per eos substitutos legantur nullaque excusatio nisi infirmitatis seu alterius urgentis necessitatis per collegii præpositum et duos seniores ex sociis probatæ admittatur: quo etiam casu per idoneum substitutum defectum suum supplere teneatur. Quod si quis lectionem sibi assignatam omiserit pro prima vice perdat communias

Digitized by Google

nias duorum dierum pro ſecunda unius hebdomadæ pro tertia quindenæ. Et ſi ulterius defecerit gravius etiam puniatur uſque ad privationem collegii ſi intra anni unius ſpatium ad duodecim vices hujuſmodi defectus proceſſerit. Omnes autem ſcholares ei lectioni ad quam deputati ſunt continue a principio uſque ad finem interſint nullaque excuſatio niſi infirmitatis ſeu alterius urgentis neceſſitatis admittatur ut præfertur probatæ. Quod ſi quis aliter fecerit pro qualibet vice ſive e collegio communias percipiat ſeu non percipiat et ſolvendo ſit denarium collegio pendat: ſin minus alia pœna arbitrio præpoſiti puniatur quæ etiam creſcente contumacia augebitur. Deputabit autem præpoſitus vel decanus vel alius per ſtatuta deputatus ſingulis ſeptimanis aliquem ſeu aliquos e ſcholaribus collegii qui habeant librum in quo notent omnium qui abfuerint nomina eaque ſingulis diebus tradant præpoſito. Quod ſi malitioſe vel per negligentiam aliquem abſentem non notaverint ipſi pro qualibet vice ſi communias ex collegio percipiant illius diei prandii vel cœnæ communias amittant. Si vero non percipiant tum præpoſiti arbitrio puniantur et creſcente contumacia augeatur etiam ejuſdem præpoſiti pœna. Quod ſi præpoſitus delinquentes punire omiſerit pro qualibet vice ejus diei communias amittat: et ſi frequenter in hoc defecerit etiam majori pœna ad arbitrium viſitatoris illius collegii ſubjiciatur.

De diſputationibus.

CAP. XIX.

IN ſingulis collegiis habeantur omnes diſputationes per eorum ſtatuta ordinatæ quas omitti nullo modo liceat niſi ex cauſa alicujus publicæ neceſſitatis et tum diſputatio omiſſa alio die habeatur. Diſputationibus autem decanus vel prælector ejus facultatis in qua diſputationes ipſæ habentur et omnes alii qui ad eandem facultatem ſunt deſtinati interſint. Decanus autem vel prælector ſi abfuerint ſubeant mulctam contra prælectores omittentes lectiones in præcedenti capite ſtatutam. Eandem etiam incurrant ſcholares abſentes a diſputationibus quæ contra abſentes a lectionibus in eodem præcedenti capite continetur. In hujuſmodi autem diſputationibus celebrandis omnia ea obſerventur quæ ſupra in capite de publicis diſputationibus præſcripta ſunt quæ hic pro repetitis habeantur

Digitized by Google

habeantur. Si quis vero cursum suum in disputando vel respondendo prætermiserit pro prima vice unum solidum pro secunda duos amittat pro tertia communiarum unius mensis amissione mulctetur et nihilominus in sequenti hebdomada cursum prætermissum supplere teneatur. Quod si ejus contumacia ulterius processerit a collegio expellatur. Præpositus autem deputet præter decanum aliquem qui absentes notet. Quod si is punctator in punctando vel præpositus in puniendo absentes defecerit eandem pœnam quæ in præcedenti capite contra punctatoris et præpositi defectum in punctando et puniendo absentes a lectionibus statuta est incurrant.

De gradibus et ordinibus assumendis.

CAP. XX.

QUILIBET gradum et ordinem per statuta sibi injunctos tempore per eadem statuta præfixo et terminato si ad eos idoneus sit assumere teneatur: nec liceat cum eo super hoc dispensari. Quod si quis sua culpa hujusmodi statutorum ordinationi in tempore non satisfecerit vel aliquam fraudem aut subterfugium quo minus satisfaciat invenerit a collegio expellatur sitque inhabilis ut in aliud collegium cooptetur. Curabit præpositus ut in hac re statuta diligenter observentur nec ullo modo eludantur. Et ne qua fraus ut fieri consuevit ad subterfugiendos sacros et presbyteratus ordines posthac committatur quilibet statim ut magister artium est creatus deliberet cuinam scientiæ an scilicet theologiæ an juri civili aut canonico an medicinæ operam dare velit idque faciat cum consilio et assensu præpositi et seniorum et alias juxta statutorum desuper editorum formam. Semel autem electione facta nequeat mutare sententiam in elusionem statuti sacros et presbyteratus ordines requirentis.

De latino sermone.

CAP. XXI.

IN quolibet collegio domo vel aula in locis publicis quilibet latine loquatur alioqui pœnam statuti super hac re editi incurrat.

Digitized by Google

curat. Quod si in aliqua domo nihil de hac re statutum sit quilibet qui ut præfertur latino sermone non utetur pro qualibet vice solvat quadrantem et crescente contumacia crescat arbitrio superioris ejusdem domus pœna.

De seniorituo servando.

CAP. XXII.

QUILIBET majori se gradu officio et ordine debitum honorem tam in collegio quam extra deferat nec minores cum senioribus nimis familiariter conversentur. Qui aliter fecerit pro qualibet vice pœna statuti vel ubi statuta non provident ad arbitrium præpositi puniatur.

De communiis.

CAP. XXIII.

NEMO de collegio aula seu domo prædictis habeat majores communias vel stipendia quam sibi per statuta est assignatum. Ubi vero ob annonæ caritatem statuta permittunt communias vel stipendia augeri et certa summa pro hujusmodi augmento assignata est hæc omnino servetur. Ubi autem hoc arbitrio sociorum relinquitur augmentum ad summam viginti denariorum singulis hebdomadis nec ultra fieri liceat dummodo etiam collegia ipsa hoc augmentum cum debito sociorum et scholarium numero ferre possint. Sin minus augeantur communiæ quatenus facultates collegii patiantur ita ut ære alieno non gravetur. Præpositus autem et bursarii communias prædictas ita dividant ac moderentur ut summam determinatam non excedant et in fine cujuslibet mensis diligenter videant an eo mense excesserint. Quod si excessisse repererint statim curent detrimenta ex hac causa collegio provenientia per socios resarciri provideantque ne in futurum excedant. Quod si negligentia præpositi et bursariorum aliquid detrimenti collegium excepit ipsi de suo satisfaciant. Hujus autem statuti executio usque ad proximum festum divi Michaelis differetur.

De burſariis.

CAP. XXIV.

NON liceat præpoſito ſive cuſtodi vel magiſtro ſeu eorum loca tenentibus burſariis ſive cuilibet perſonæ alicujus collegii aulæ vel domus apud ſe retinere pecunias ſeu aliquam rem ad ipſum collegium aulam vel domum ſpectantem. Et quoties aliqua hujuſmodi pecunia vel alia res ad eorum manus devenerit curet ut ſtatim id eſt intra decem dierum ſpatium in ciſta communi reponatur. Nec etiam alicui liceat aliquid hujuſmodi apud ſe retinere prætextu expenſarum quas debeat ſubire pro collegio ratione ejus officii quod gerit. Non liceat burſariis alicujus collegii ſeu aliis qui curam expenſarum domus habent penes ſe habere majorem ſummam pecuniæ quam quæ expenſis unius quindenæ ſufficiat. Ideoque ea tantum ſumma ex ciſta communi ſumatur quæ pro hebdomada ſatis ſit. Finita quindena et computo ſummæ expenſæ præpoſito ſive vice-præpoſito reddito alia item ſumma pro ſequenti quindena neceſſaria ex eadem ciſta ſumatur idque ſucceſſive fiat niſi neceſſitas majoris expenſæ per præfectum collegii probanda aliter poſtulet et duos ſeniores. Burſarii temporibus ſtatutis computos et rationes adminiſtrationis ſuæ reddant: et ſi in aliquo debitores collegio remanſerint intra biduum id perſolvant alioqui duplare ſint obligati. Quod ſi per octo dies a die computi numerandos principale debitum cum pœna non ſolverint ad omne officium collegii ſui perpetuo ſint inhabiles, et nihilominus omnibus juris remediis ad ſolutionem compellentur.

De ſeneſcallo.

CAP. XXV.

SENESCALLUS juxta formam ſtatutorum officio ſuo in omnibus quæ ſibi ſunt per ſtatuta injuncta debite fungatur. Et ſi deprehenſus fuerit aliquid de pane potu aut reliquis cibis collegii vel per ſe retinere vel ad alios mittere pro qualibet vice communis unius hebdomadæ privetur. Et ſi intra unius anni ſpatium id ter commiſerit a collegio expellatur.

De

Digitized by Google

De registro seu libro in quo acta collegii describantur.

CAP. XXVI.

IN quolibet collegio aula vel domo sit liber in quo acta collegii omnia aulæ vel domus describantur scilicet admissiones in socios vel scholares juramenta præstita creationes officialium dispensationes gratiæ et indulta mulctæ item et pœnæ ut sciatur per quot vices quis mulctatus fuerit aliaque omnia quæ alicujus momenti sint quæ ad collegium sive ad personas in eo residentes pertinent cum die mense et anno necnon causæ dispensationum et licentiarum: atque hic liber in manibus præpositi aut vice-præpositi fideliter custodiatur. Quod si præpositus vel vice-præpositus non curaverint hæc omnia ut præfertur notari pro qualibet [**vice*] qua omissum aliquid fuerit ipse communias suas per hebdomadam amittat. Qui autem allegaverit licentiam vel dispensationem seu quidpiam aliud hujusmodi in eo collegio sibi concessum si id in libro descriptum non fuerit gratia ipsa seu aliquid ejusmodi sibi omnino non suffragetur etiamsi aliunde probari posset.

De mulctis applicandis.

CAP. XXVII.

LICET autem sperandum sit fore ut omnes sua sponte honestatis et virtutis causa ita se gerant ut nulli pœnæ relicturi sint locum si tamen aliquid secus acciderit tum ipse vice-cancellarius et præpositi magistri seu custodes collegiorum domorum et aularum curent ut mulctæ supradictæ debite solvantur et aliæ pœnæ executioni demandentur. Ipsæ autem mulctæ ubi specialiter per statuta vel præsentes ordinationes alicui usui particulariter non fuerint assignatæ convertantur in communias ipsius collegii in quo offendentes commorantur: ita ut mulctæ sociorum ad mensam sociorum et inferiorum ad mensam inferiorum applicentur: et si quæ a vice-cancellario officialibus ministris et publicis prælectoribus universitatis in publico suo officio peccantibus exactæ fuerint in publicum universitatis commodum convertantur. Quum in superioribus ordinationibus de præpositis collegiorum sæpe fiat mentio multaque

• Deest in MS.

ab eis requirantur et cum multoties accidat ut ab universitate legitime absint vice-præpositi seu sub-magistri vel eorum loca tenentes quocunque nomine nuncupentur in omnibus superius ordinatis ipsorum præpositorum absentium vices sub eisdem pœnis ac mulctis quibus iidem præpositi supplere teneantur.

Quoniam autem fieri potest ut in aliquibus rebus statuta universitatis sive collegiorum vel aularum strictiora sunt quam superiores ordinationes in hoc casu ipsa statuta tam in dispositionibus rerum quam in adjectione pœnarum locum habeant et observentur nec enim illis aliquo modo per easdem ordinationes derogetur sed hoc tantum agitur ut ubi statuta non adsunt de aliqua utili aut necessaria ordinatione provideatur vel ubi nullæ pœnæ vel nimis leves statutis sint appositæ per earum appositionem vel auctionem efficiatur ut ipsa statuta diligentius observentur.

Quoties aliquod dubium circa interpretationem dictarum ordinationum occurrerit ad cancellarium universitatis pro tempore existentem recurratur ut ejus interpretationi stetur.

Quilibet ex præpositis collegiorum copiam harum ordinationum intra unius mensis spatium a die publicationis earundem in ecclesia beatæ Mariæ habere teneatur et curabit ut ea etiam in collegio legantur et cuivis eas legere volenti earum copia fiat.

Dat Grenewychi Roffens. dioc. A° a nativitate Dni 1557° 25° K. aprilis pontificatus sanctissimi in X° patris dni nri dni Pauli divina providentia papæ 4ti A°. 2°.

Reg. Carl° Polus leg.

Cod. MS. 118 p. 189 ° in bibliotheca Coll. Corp. Chris. Cant.

An

An interpretation of a part of the statute De causis forensibus.

WHEREAS it is carefully by statute provided that all causes and controversies hereafter commenced or coming before Mr. Vice-chancellor should with great expedition be adjudged and determined: yet notwithstanding it is of late years come to pass that causes are very often a long time delayed and protracted not only to the great trouble of the magistrate * * *. * of suitors and their extreme charge and hinderance but even to the discredit of the court and university Oct. 6. 1596.

For remedy whereof Mr. Roger Goade doctor in divinity vice-chancellor of the university and the heads of colleges whose names are under-written have and do interpret and explain a doubt rising of a branch of the former part of the 48th chapter of the statute instituted *De causis forensibus* and beginning thus *Omnes causæ et lites quæ ad universitatis tribunal pertinent &c. finem autem accipiant infra triduum si fieri potest omni juris solemnitate semota* viz. in these words *infra triduum si fieri potest* that all causes and controversies whatsoever wherein the vice-chancellor is competent judge shall be by him or his deputy adjudged determined and ended within three several ordinary court days and those within three weeks next immediately following (saving and excepting such weeks and court days as by law are to be excepted as dies non juridici) the first day of the three to be the first court day next after the day upon which the party defendant shall or ought to make his personal appearance and the other two the two ordinary court days in the two several weeks next following without any fraud or further delay.

Roger Goade procan.
Robert Some
Umphry Tyndall.
Thomas Nevile.
Edmond Barwell.
Jo. Duport.
John Jegon.
Laur. Chaderton.
James Mountagu.

SENATUS-

The original writing is on a file in the registrary's office.

Digitized by Google

SENATUSCONSULTA SIVE GRATIÆ.

Jul. 2. 1596. CUM statutis academiæ cautum sit ut quilibet in theologia incipiens semel infra annum suscepti gradus quæstionem ipse sibi proponere in scholis publicis teneatur cujus ambigua et dubitationes in utramque partem enucleabit definiet determinabitque sub pœna quadraginta solidorum academiæ solvendorum; usu tamen evenire vidimus ut prædicti officii plerique sint immemores et (quod academiæ damno fit non mediocri) a statuti pœna evadant immunes

Placet vobis ut nemo inceptorum in theologia hujus anni solennem creationem recipiat nec quisquam post proxima comitia ad incipiendum in sacra theologia admittatur qui prædictam summam quadraginta solidorum in manibus procuratorum prius non deposuerit academiæ forisfaciendorum si prædictum statutum non observaverit: atque ut singuli deinceps pro-cancellarii virtute juramenti prius academiæ præstiti teneantur veram harum cautionum rationem in computis suis anniversariis coram auditoribus cistæ communis reddere et pecuniam si quæ forisfieri contigerit in dictam cistam imponere: et deinceps ut hæc concessio vestra pro statuto habeatur et in libris procuratorum inscribatur.

Concessa Julii 2° anno Dom. 1596.

Vid. grat. orig. in archiv. acad.

Dec. 16. 1596. CUM oppidani [* *et burgenses villæ Cantabrigiensis infesti quare et sæpissime calumniatores querelas nuper more suo honoratissimis hujus regni*] consiliariis malitiose detulerunt hujus academiæ [*jugulum omni*] conatu petentes et nominatim procuratores et taxatores [*nostros*] falsis et injustis criminationibus in invidiam trahentes

Placet vobis sano et maturo vestro consilio hanc labem academiæ [*aspersam*] eluere et omnem in posterum calumniandi materiam tollere [*vestrisque*] suffragiis et consensu providere et statuere ut si qui deinceps

* Verba hic et infra uncis inclusa vetustate obliterata sunt in MS. orig. leguntur autem in exemp. authent.

Digitized by Google

deinceps hujus academiæ officiarii vel eorum miniſtri in executione officii ſui ratione clerici mercatus aut gubernatione victualium cum oppidanis aut aliis quibuſcunque commercium habentes aliquod promiſſum aut aliquas pecuniæ ſummas exceptis feodis uſitatis et de jure aut ſtabilita conſuetudine debitis aut munera quæcunque directe vel indirecte recipiant niſi prius in judicium et forum partes delinquentes in forma juris trahantur et ſententia judicis in ea parte competentis condemnentur quilibet officiarius prædictus vel ejus miniſter qui pecuniam, promiſſum aut munus aliquod ut ſupra dictum eſt recipiet et ſuper eo legitime convictus fuerit munere et officio ſuo privetur: et ut hæc conceſſio veſtra pro ſtatuto habeatur et in libris procuratorum inſcribatur infra decem dies proxime ſequentes.

Conceſſa Decembris 16° 1596.

Vid. grat. orig. in archiv. acad.

Dec. 16. 1684.

CUM in regulis auctoritate cancellarii ſenatuſque academici nuper editis pro bibliotheca publica melius conſervanda graduati in muſica (quibus per academiæ ſtatuta et conſuetudines æque ac aliis graduatis conceſſa eſt eam adeundi facultas) ſunt omiſſi et ab hac facultate penitus excluſi

Placeat vobis ut Thomas Tudway in muſica baccalaureus juri et privilegio ſuo in hac parte reſtituatur.

Lib. grat. Θ. p. 262.

Feb. 10, 1702.

CUM Johannes Franciſcus Vigani Veronenſis artem chemicam multa cum laude (non ſine magno ſtudioſorum emolumento) per annos viginti hic apud nos exercuerit

Placeat vobis ut dictus Johannes Franciſcus Vigani titulo profeſſoris chemiæ in academia Cantabrigienſi cohoneſtetur.

Placeat etiam ut ſuper hac conceſſione veſtra literas habeat veſtras teſtimoniales muneris ſui profeſſionii ſigillo veſtro communi ſigillatas.

Lib. grat. Θ. p. 490.

A decree concerning the ſervants of the proctors and taxors.

Oct. 6. 1596. WHEREAS the offices of proctors and taxors are annually choſen and allowed for the ſervice of the univerſity and their men ſerving under them have continued for many years together (by their great and importunate ſuits before-hand) whereby they have become expert for their own commodity and negligent in faithful ſervice for intimating abuſes to their maſters or Mr. Vice-chancellor ſo as not only thoſe offices but alſo the governors and whole univerſity receiveth an evil report and thoſe of both bodies much prejudice and hinderance in the things belonging to the ſaid offices and ſome of the party's notoriouſly known to be of ſo lewd behaviour as not meet to ſerve any honeſt man: for remedy hereof it was ordered and decreed by the conſents of Mr Dr Goad vice-chancellor Mr Drs Soame Tindall Barwell Nevill Duport Jeggon Preſton and Mr Chaderton and Mountague that from henceforth none ſhould be allowed to ſerve in thoſe rooms of proctors and taxors men (being for the buſineſs and privilege of the univerſity) but ſuch as are of good report and ſhall be thought meet by the vice-chancellor for the time being and the more part of the heads for their honeſty and fidelity to ſerve in thoſe places.

Roger Goade procan.	Jo. Duport.
Robert Some.	John Jegon.
Umphry Tyndall.	Thomas Preſton.
Edmund Barwell.	Laur. Chaderton.
Thomas Nevile.	James Mountagu.

The original writing is on a file in the regiſtrary's office.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google